

VLR. FRID. KOPP

natus Cassellis Hassiae

d. XVIII Mart. a. MDCCLXII.

PALAEOGRAPHIA
CRITICA

AVCTORE

VLRICO FRIDERICO KOPP

HASSO CASSELANO.

PARS PRIMA.

MANNHEMII
SVMTIBVS AVCTORIS
MDCCCXVII.

Quod si deficiant vires, audacia certe
Laus erit — — — — — — —

PROPERT.

TACHYGRAPHIA VETERVM

EXPOSITA ET ILLVSTRATA

AB

VLRICO FRIDERICO KOPP

HASSO CASSELANO.

VOLVMEN PRIMVM.

MANNHEMII

SVMTIBVS AVCTORIS

MDCCCXVII.

Saepe tamen dixi: Cui nunc haec cura laborat?

OVID.

P O S T E R I S

H O C

O P V S

AB AEQVALIVM MEORVM STVDIIS FORTE ALIENVM

D O D I C O

A T Q V E

D E D I C O.

CONTENTA

VOLVMINE PRIMO.

Praefatio p. 1.
I) De notis tachygraphorum Latinis. p 5.
Caput I. De via ac ratione notas Tironianas tractandi. p. 5.
Caput II. De fine notarum Tironianarum. p. 12.
Caput III. Historia notarum Tironianarum. p. 18.
Caput IV. Scientiae notarum historia, et studii earum per tempora brevis expositio. p. 45.
Caput V. Notitia literaria. p. 53.
Caput VI. Elementa notarum. p. 69.
Caput VII. De positione variaque inclinatione characterum, quibus notae constant. p. 123.
Caput VIII. De nexu literarum. p. 129.
Caput IX. De notarum constructione et compositione. p. 146.
Caput X. De compendiaria scribendi ratione. p. 159.
Caput XI. De signis compendiariis. p. 208.
Caput XII. De orthographia. p. 296.


Caput XIII. De praestantia, qua Tironiana scriptura antecellit reliquis. p. 280.

Caput XIV. De Tironianarum notarum cognitionis usu et utilitate. p. 291.

II) De notis tachygraphorum Graecis. p. 435.

III) Addenda. p. 481.

IV) Index quum rerum, tum nominum propriorum. p. 489.



PRAEFATIO.

EA fere omnium rerum antiquarum est natura et conditio, ut quo longius intercesserit temporis intervallum, eo difficilior reddatur earum explicandarum ratio. Maturato igitur opus esse nemo non intelligit, ne, tempestiva indagatione neglecta, ad extremum penitus nos fugiat, quidquid in venerandae vetustatis delitescit monimentis. Ista autem obscuritas in iis maxime monimentis ingravescit, quae, priscis et obsoletis exarata characteribus, interpretes vexant, suspensosque tenent animos, ita ut damnum haud mediocre inde capiant artes et disciplinae. Sic

quae hieroglyphis involuta significavit, immensumque per aevum manere voluit prisca Aegyptus, ea tot saeculorum decursu vel nunc quidem manent, sed vim ac potestatem eorum ne ullo quidem modo vel doctissimi adhuc perspicere valuerunt. Neque felicius cesserunt eorum studia, qui in explicandis literis Persepolitanis (*Cuneatas* vocant) operam collocarunt. Vix tandem incertam effugere sortem inscriptiones Phoeniciae, Palmyrenae, Persicae cet. quas, tenebris diu obductas, oblivioni qui eriperent opportune et feliciter exstiterunt viri perenni et amplissima gloria digni Barthelemy, Svinton, Sacy.


§. 2. Quae quum in animo nobiscum reputaremus, *negotiis jam procul*, ut poeta ait, *nostris nos ducere vitam auspiciis, fato ferente*, magnam aetatis partem, diesque noctesque in hoc studio colendo consumsimus, quod, ut infelix, quivis in perpetuum profecto desereret incultum, qui lucri causa libros scriberet. Neque enim ulla bonarum artium magis neglecta et veluti squalore obsita jacet, quam palaeographia: cujus perexiguam partem vix amplectuntur necessitate coacti artis diplomaticae studiosi. Inter philologos etiam, aliosque, qui antiquitatis studio tenentur, raro reperies veterum scripturarum curiosum. Quos tamen ipsos, si palaeographia non imbuti sunt, cum doctis analphabetis haud injuria comparaveris. Quin etiam, quum peregrinas regiones perlustrarem, in tabulariorum custodes incidi, quibus ne legere quidem per imperitiam liceret chartas curis ipsorum commissas.

§. 3. Equidem ab initio rei diplomaticae tantum operam navavi, et de iis, quae in hac arte scribere conatus sum, in scriniis adhuc latentibus, jam aliquot abhinc annos (in ephem. lit. Gothan. 1802. n. 101. p. 881.) certiores facti sunt viri docti. Sed haecce palaestra quum nimis angusta mihi deinde videretur, atque inprimis ad stirpem et cognationem tot scripturae veteris familiarum investigandam fontes repeterem; jam pridem spatium minus arctis circumscriptum finibus quaesivi, majora gravioraque amplexus. Quo factum est, ut palaeographiae criticae condendae magnos susciperem labores, quaelibet excutiens scripta sive in marmore, sive in aere, sive in membrana, sive in papyro, sive in argilla, sive in quavis alia materia; sive literae sint orientis, sive occidentis, modo ad literatae scripturae familias cognatas, quarum stirpem Semiticam dicunt, spectent.

§. 4. In animo quidem fuerat, non prius operum meorum quidquam edere, quam coronidem ipsis imposuissem. Sed quum immensum instituti considerarem ambitum, cui numerus annorum vitae fortassis non sufficeret, ab amicis praeterea peritissimis, magnoque judicii acumine praeditis, ad edendum id, quod licet avulsum a ceteris per se ipsum tamen constare possit, excitarer; ab hoc tandem volumine, quo *institutiones tachygraphiae veterum* continentur, primordia capere non recusavi.

§. 5. Jam vero orientalis tachygraphiae monimenta quum prorsus deficiant, intra occidentalis fines nos contineamus necesse

est. Etenim ut syncopas literasque ligatas, quibus in scribendo usi sunt Phoenices, Palmyreni, alii, huc referamus, nemo certe a nobis impetrabit, neque eorum scripturas hic tractamus. Quae vero tam Romanorum quam Graecorum vera adhuc supersunt tachygraphiae specimina, ea in hoc libro scrutabimur. Illorum quidem satis magnus exstat numerus, horum vero perexiguus. Quare Graecis in appendicem operis rejectis, tachygraphiae Romanae tradendae periculum faciemus.



DE

NOTIS TACHYGRAPHORUM LATINIS.

CAPUT PRIMUM.

De via ac ratione notas Tironianas tractandi.

§. 6. Insigne est illud, quod sub nomine Tironis venit, genus scribendi, singularem exigens indagationem, eoque magis dignum, quod e tenebris, quibus jacet involutum, eruatur, quo minus ad explicandum id profecit summorum ingenium virorum, Gruteri (§. 72. 73.) Mabillonii (§. 76.) Carpentieri (§. 65. 77. 106. 298. 363.) Toustinii (§. 79. 98. 106.) Lichtenbergii (§. 82. seq. 440.) cet. Fuere quidem, qui, notarum Tironianarum obscuritate afflicti, inexplicabiles eas, adeoque negligendas statuerent; inter quos vel Maffeum (sigl. Graec. 15.) audias clamantem: „Sinensia profecto

„σύμβολα perlegere ac perscribere discas!" Sed neque haec, neque alia de ista scribendi ratione perperam et temere lata judicia magni facimus. Licet enim Josephus Scaliger (ad Cardan. Exerc. 327. p. 1006.) notarum artem imposturam dixerit ac delirium, eamque Binkershoek (Obs. jur. Rom. L. I. C. 23. Op. ed. IV. T. I. p. 32.) ob ambiguam illarum interpretationem perstrinxerit; tantum tamen abfuit, ut haec animum in hoc studium incumbendi nobis frangerent, ut potius inflammarent. Id enim jam non agimus, ut ejusmodi notas excogitemus, aut novum malum faciamus, sed ut jam pridem inventas, aut sane exstantes explicemus, ideoque malo praesenti medicinam, quoad ejus fieri possit, afferamus. Quo quidem munere rite functi, satis nobis de orbe literato meriti esse videmur, ut aequo etiam animo patiamur, philologum palaeographiam negligere et despicere, philosophum prae se neminem putare palaeographum, atque hujus artem tamquam laborem illiberalem et sordidum contemnere, quin etiam Senecam ipsum (ep. 90.) in tachygraphorum notas sic invehi: „Quid loquar verborum notas, quibus, quamvis citata, excipitur „oratio, et celeritatem linguae manus sequitur? Vilissimorum „mancipiorum ista commenta sunt. Sapientia altius sedet, nec „manus edocet, animorum magistra est."

§. 7. Quamvis igitur non dubitemus, fore plerosque, qui, quae tractamus, curiosius nos tractare putent, quam mereantur, ideoque persuasum habeamus, quod edimus opus iis libris ad-

scribi non posse, quibus in nundinis Lipsiensibus liceat esse felicissimis; satis tamen praemii, quum vel minimam partem humanarum artium ab interitu vindicamus, huic ipsi labori inesse arbitramur. Praevaluerit certe opera nostra plurimis, quae librorum recens impressorum tabulae profitentur, commentitiis ac fugitivis, ut vocant, opusculis. Ducenti scilicet anni sunt et amplius, quum Justus Lipsius (Cent. ad Belg. ep. 27. Op. Lugd. 1613. I. 202.) notas Tironis cum aliis auctorum scriptis inanibus comparans, diceret: „Ajunt libros alibi in bibliothecis exstare harum notarum. Cur „non edunt? Quanto utilius, quam *nugas quasdam, hodie at-„que heri natas!*"

§. 8. Opus igitur quod aggressus sum, si non jucundius et svavius, certe utilius et gratius erit, quippe quod ea legere docet, quae majores notis exararunt. Quam quidem artem quum adhuc indotatam atque incomtam esse viderem, ejus ego praecepta non eo consilio tradidi, ut auctor eorum vanam expeterem gloriam, siquidem omnia, quae protuli, quamvis exercitationis maximae, ingenii tamen mediocris sunt; sed ut offusam huic scriptionis generi caliginem a doctorum virorum animis tandem depellerem. Atque suscepta semel hac provincia errores diuturni atque praejudicia inveterata mihi erunt corrigenda, eoque auctores, tam qui nunc vigent, impugnandi, quam, qui vita functi sunt, culpandi. Unde fiet, ut in illorum, siquidem inique sentiant, indignationem incurram; horum autem Manes non, ut par sit, colere videar.

Sed parum haec me movent. Neque enim ulli sunt errores perniciosiores aut pejores, quam quos committunt viri celebritate et auctoritate ita conspicui, ut cuilibet facile imponant. Errores, a quocunque orti sint, magni semper est, ut detegantur, licet a tironibus id fiat. Corrigendi itaque veniam petimus, damusque vicissim.

§. 9. Privatos quidem homines vix reperiri, qui sumtus ad opus de notis Tironianis tot characteribus aere et ligno incisis imprimendum tolerare possint, Schoenemannum nostrum non fugiebat, sperantem (Syst. art. dipl. I. 604.) fore ut publice tandem suppeditentur. Verum enimvero quum quae nunc sunt res publicae in alias res expensas faciant necesse sit; tanta spe nequaquam detentus impendii licet gravis et molesti periculum egomet ipse suscepi. Et pari quidem forma atque eodem modo omnes paulatim palaeographiae partes, fato ferente, tractare statui; ita ut cuique liceat hoc, quod nunc edo, volumen pro parte tantum totius operis habere, aut reliquis rejectis eo solo frui, quippe quod per se integrum neque imperfectum videbitur, si toto palaeographiae opere nondum absoluto, me id molientem mors praevenerit.

§. 10. Ex quo tempore altius in hujus scriptionis naturam penetrare, notasque in partes, quibus constant, resolvere tentavi, numquam non dolui, literatos omnem in lexico Tironiano spem repositam habere idque avidissime exspectare (§. 82.); potissimum quum intelligerem, artis diplomaticae vel peritissimos, eo dum-

taxat edito, nihil amplius impedimenti fore, falso sibi habere persuasum (Schoenemann syst. I. 604. Gatterer ephem. hist. 1773. I. 93). Quem enim, quaeso, usum praebere poterit lexicon ei, qui nescit legere? Quo loco singula quaeret? Quo reperiet? Qui vero non nisi ex signis, sive διὰ σημείων ejusmodi lexicon componat, quo is ordine varias figuras disponere poterit ita, ut aliis etiam sit usui? Fac insuper, id fieri posse, nae nos numquam hujusmodi instituti auctores simus! Eo enim notae Tironianae ex genere scripturarum, vocis sonum literis declarantium, sive soni tantum interventu comprehensibilium, (*literatarum*, ut vocant) transferrentur in alterum genus scripturarum, quae in mentem proxime incidunt (*realium*), ad quod minime pertinent (§. 51. 86. 87); memoriaque quam velocissima et capacissima ad retinendam tantam signorum multitudinem nequaquam sufficeret (§. 62). Abeant igitur, qui notas Tironianas ut signa arbitraria tractant (§. 61). Abeant, qui ignota et obscura scripta interpretari aggrediuntur, haud addita perspicua ac sufficiente legendi ratione.

§. 11. Neque notarum Tironianarum accuratam cognitionem unquam adipiscentur, qui non exploratis partibus, quibus constant, in nuda earum significatione acquiescunt. Nos aliam ingressuri viam ad easdem rite explicandas, instituti nostri rationem breviter exponemus. Primum quis notarum Tironianarum finis fuerit videbimus (§. 13. seq.), ut ad indagandum earum fontem locus nobis aperiatur. Deinde praemissa ipsarum et originis et in-

teritus historia (§. 20. seq.), studii per varia tempora ad eas adhibiti, conditionem recensebimus (§. 55. seq.). Hoc facto ad analysin, sive explicationem partium, quibus constant, progrediemur: quas veras esse literas demonstrabimus, cujusque generis sint literae, simul indicabimus. Quodque vulgo credunt atque dicunt, notas forma singulari atque extraordinaria esse figuratas, hac quidem reprehensione eas liberabimus, similes literas ex inscriptionibus, numis, librisque scriptis proferentes. Quum vero literarum, quibus notae Tironianae constant, non solum simplicium, sed etiam conjunctarum, ratio spectari debeat; tam conversionem earum et decurtationem (§. 86. seq.) quam situm sive inclinationem iis propriam (§. 147. seq.) perpendemus. Inde ad rationem notandi ipsam pergentes, et nexum literarum §. 155. seq.) et structuram verborum (§. 173.), tam literis omnibus constantium, quam compendii gratia diminutorum et decisorum, explorabimus (§. 188. seq.). Eundemque finem ulterius persequentes, periculum faciemus signa compendiaria, quae veris literis vulgo opponuntur, explicandi, aliarum etiam scripturarum rationem habentes, indeque similitudinis comparationem instituentes (§. 246. seq.).

§. 12. Quibus peractis, rationem recte scribendi, quam orthographiam appellant, in notis Tironianis latentem illustrabimus, simulque ostendemus, eum, qui orthographiae antiquioris ignarus sit, notas in literas, quibus constant, solvere vix posse (§. 296. seq.). De ratione numeros exprimendi (§. 313. seq.), verborumque et

enuntiationum distinctione et interpunctione (§. 315. seq.) quum non sit, quod multa verba faciamus, paucis tractabimus. Sed praestantiam ostendemus, qua Tironiana scriptura antecellit reliquis (§. 323), quod παράδοξον quidem videbitur, nihilo tamen minus in multis probabile fiet. Ceterum ne quis forte notarum studiosus putet, frustra se in hoc studio desudare; utilitatem non mediocrem ex illarum cognitione capi posse demonstrabimus (§. 326). Praeter enim illud commodum, quod ipsum per se elucet, in facultate consistens, ea, quae notis Tironianis scripta sunt, legendi (quorum quidem plura, quae supersunt (§. 7), recensebimus §. 328), mirificos etiam fructus redundare docebimus ad palaeographos, philologos, et diplomaticae arti deditos. Palaeographis plurima, quae literis vulgaribus, quin etiam siglis Romanorum exarata sunt, dubia et obscura, notis cognitis, explicatu reddentur faciliora (§. 370). Philologi, eo studio imbuti, aetatem librorum quorumdam manu scriptorum certius definient, ipsisque licebit, feliciori successu indagare, quomodo fieri potuerit, ut falsae passim exsisterent variae lectiones (§. 375). Orthographiae praeterea, in notis Tironianis obviae, singularis ratio omnino digna videbitur, quae diligentius examinetur (§. 376. seq.). Notarumque subtilior cognitio, novam atque a vulgari prorsus diversam viam aperibit ad vocabulorum etyma indaganda (§. 377. seq.). Uberrimos denique fructus ex earum studio percipient arti diplomaticae dediti, propterea quod in chartis regum Francorum pri-

mae et secundae stirpis illae saepissime comparent: quae ab imperitis quidem non intelliguntur, intellectae vero discernendis diplomatibus genuinis a spuriis non parum afferent auxilii (§. 382. seq.).

CAPUT SECUNDUM.

De fine notarum Tironianarum.

§. 13. Qui rei alicujus finem ignorat, perfectam ejus scientiam numquam tenebit. Cavendum igitur, ne eorum decipiamur opinione, qui notas Tironianas genus esse cryptographiae docent (Lessing anal. ex bibl. Guelpherbit. II. 343. not.). Paucissimis calami ductibus ut scriptio absolveretur sine ulla dubitatione primus harum notarum finis fuit. Quod autem earum notio plurimis latuit, hujus quidem causa minime fuit (*objectiva*) praemeditata earum occultatio, sed (*subjectiva*) inscitia et imperitia eas legere conantium. Illud quidem probatu facillimum, quum ex partibus, quibus notae constant, tum ex earum usu. Analysis, quam mox instituemus, docebit, eas comprehendere literas non tam inusitatas, quam festinanter pictas, ideoque aliquando decurtatas et contractas. Quo facto neminem unquam fore credimus tam parum subacti judicii, qui hoc genus scriptionis, ex literis antiquitus nemini non notis, constans, ad celandum id, quod scriptis continetur, adhibitum fuisse, sibi persuadeat, inprimis, quum com-

pertum sit, veteres omnibus fere occulte scribendi generibus satis fuisse imbutos.

§. 14. Quae vero tandem hisce notis exarata reperiuntur? Inprimis libri manuscripti, quibus continentur psalmi, commentationes de astris, lex Salica, capitularia regum Francorum (§. 327), cet. Hujusmodi res celandi consilio scriptas fuisse, a fide abhorret, ac ne cogitari quidem potest. Scholia praeterea sive annotationes marginales, notis exaratae, non majora complectuntur arcana (v. Benedictinor. nov. op. dipl. T. III. p. 614. §. XI.). Denique in diplomatibus notata sunt quaedam hisce characteribus. Non temere dico, *in* diplomatibus. Nam profecto errant Gatterer (in elem. art. dipl. p. 76. §. 68.) Schoenemann (system. I. 596) Schmidt-Phiseldeck (institut. p. 55. §. 88.), qui integra his exarata notis diplomata exstare dicunt. Ne primam quidem eorum adumbrationem (vulgo Minuta, Concept; Gallis Brouillon) *meris* notis Tironianis scriptam reperies (§. 187), multo minus autographa, quorum suae quodque aetatis literas prae se fert. Animadversiones vero quasdam, notis scriptas, in autographis diplomatum post sanctionem iis additam, praesertim in notariorum signis, nonnumquam conspici, nemo ibit inficias. Sed nihil occultatu dignum eas continere, peracta earum explicatione (§. 385. seq.), ad unum omnes sibi persuasum habebunt. Ridiculum quoque foret, si quis arbitraretur, celandi consilium habuisse quemdam in prima scripti adumbratione, cujus autographum in vulgus

erat edendum, quo cuncta, quae in eo continebantur, omnibus patefierent. Sine ulla igitur dubitatione non nisi festinationis causa veteres hoc genere scribendi utebantur.

§. 15. Hinc discrimen illud apud Romanos inter *notata* et *perscripta*. Sic enim Suetonius (Galba C. V. p. 227): „Quia *no*- „*tata*, non *perscripta*, erat summa, herede Tiberio legatum ad „quingenta revocante, ne hoc quidem accepit." Perspicua etiam legis notissimae (40 de testam. mil.) verba: „Lucius Titius nota- „rio testamentum scribendum *notis* dictavit, et antequam *literis* „*perscriberetur*, defunctus est. — Aliud est *notis* dictare testa- „mentum, aliud *perscribere*. Nam *perscribi* dicuntur verba, „quae *literis omnibus* exarantur." Ita etiam in judiciis codices tabularum *excipiebantur*, id est, notarum compendiis scribebantur, postea *edebantur*, omnibus scilicet literis perscripti (Grupen de forma confic. acta ap. Rom. 11. 26. 35). Atque ut *notariorum* erat munus dictata excipere, sic *librariorum*, notata transscribere. Id quod docet Scaevola (l. 92. de R. I.) verbis: „Si *li*- „*brarius* in *transscribendis* verbis stipulationis errasset" cet.

§. 16. Profecto igitur notae, ut celerior breviorque procederet scriptura, adhibitae sunt. Cui quidem sententiae quamvis doctissimorum etiam virorum (Brisson. de V. S. 914. 916. Panciroll. rer. deperd. L. II. T. 14. p. 265.) accedat auctoritas; non tamen dissimulemus, neque taceamus dubium, quod ex ipsis notarum formis moveri possit, hoc: Omnis scriptura festinans, certi ordinis

impatiens, leviora momenta non curat, continuoque currit, variasque literarum lineas jungit, nullo relicto intervallo. Huic prorsus dissimiles videntur Tironianae notae. Asperae sunt et rigidae, angulatae, incisae, et divisae, neque effingi possunt, nisi diligentissima circumspectione habita, et forma debita accuratissime servata, quippe quum vel minima formae mutatione diversa plane efficiatur sententia. Idque fit tum variata ejusdem figurae inclinatione, ut nota , qua notatur *Talis*, paulum inclinata  significatur *Qualis* (8),  = *are*  = *irc* (22),  = *Pellit*  = *Pepulit* (83); tum minima characteris, quo vocabula terminantur, motione ex loco, ut  = *Incipit* (17)  = *Init* (20),  = *Incedit* (17); tum etiam mutata puncti positione, ut  = *Ager* (61),  = *Amicus* (59),  = *Arbiter* (52),  = *Ante* (14),  = *Animus* (45); tum denique modica vel prolongatione vel decurtatione lineae tenuissimae, ut  = *Rescribit* (10),  = *Regis* (Mab. 457),  = *Sopit* (135),  = *Sospes* (110),  = *It*,  = *Is* (47),  = E, = Es (6) cet.

§. 17. Quid igitur? Tot tantasque minutias, dum cito cursimque scriberent, curare poterant tachygraphi? Nonne hae quemvis stili ductum potius morabantur? Num quis ergo Tironianam

scriptionem genus fuisse tachygraphiae sibi persuadere poterit? Hae quamvis speciosae videantur dubitationes, non desunt tamen, quibus eas diluamus, quin etiam tollamus. Namque si quid temporis absumi videtur eo, quod scriptura interrumpitur, atque in ea notarum varia inclinatio, ac peculiaris illa tenuitas diligentissime servari debet; quantopere contra tempori parcitur, dum uno calami ductu longum significatur vocabulum? Et quod attinet scripturae rigorem, is quidem apud Gruterum (in app. thes. inscr.) in figuris ligno incisis omnino comparet; probe vero notandum, eas ex libro quodam depromtas esse, qui non a tachygrapho, sed a librario scriptus fuit, quo specimen exhiberet calligraphiae; notas vero in diplomatibus aut schedis (§. 399. 415. 416. 420. Carpent. praef. p. IX.) a manibus tachygraphorum longe agilioribus esse formatas.

§. 18. Quae quum disputamus, minime dicimus, nostra etiam aetate hanc scripturam ad celeriter scribendum aptam esse. Namque ea tantummodo tempora sunt respicienda, quibus orta est. In quo duo potissimum considerari velim. Unum, notas Tironianas, quum eo tempore videantur natae, quo literae non nisi majusculae in usu erant, si has cum notis contuleris, tachygraphis utique expedivisse: ut primum autem scriptura minuta (ea, quam *currentem* vocant) in usu esse coeperit, notas, quoniam illa commodior et ad festinanter scribendum aptior esset, jam non tanti habitas esse, quin etiam prorsus denique exole-

visse (§. 437. seq.). Alterum, neque materiam, in qua scriberetur, neque instrumenta, quibus ad scribendum uterentur, semper eadem fuisse, atque ideo ex nostra scribendi ratione, veteribus eandem fuisse, minus recte colligi.

§. 19. Romani igitur epistolas ad amicos, sic et prima dictata, atque inprimis omnia ea, quae leviter tantum notanda erant, in tabulis ceratis vel ligneis scriptitarunt. Quum vero neque in cera, neque in mero ligno, ullus calami usus esse potuerit, stilus erat adhibendus. Hinc cerae cum stilo simul mentio saepissime fit, ut apud Plinium secundum, qui (L. VII. Ep. 27. p. 591.) *de Athenodoro philosopho ceris et stilo incumbente* narrat. Inde et praeclarum illud Horatii (Satyr. I. 10. 72):

Saepe stilum vertas, iterum, quae digna legi sunt,
Scripturus cet.

atque apud Plautum (Bach. IV. 4. 63) *Stilum, ceras, et tabellas effer.* Quibus consideratis, asperitatis ac rigoris in notarum Tironianarum formis ratio et causa affatim cognoscitur. Quum enim stilus, qui in cera sive ligno aegre procedit, ad flexus leniter incurvatos minime esset aptus; non est mirum, asperam illam notarum formam, inde profectam, ubi semel inducta et usitata fuit, etiam tum esse retentam, quum stili jam rarior usus esset.

CAPUT TERTIUM.

Historia notarum Tironianarum.

§. 20. Qui antiquitatem notarum Tironianarum investigare student, iis subtilius distinguenda est Tironiana scriptio nominatim, ab aliis tachygraphiae generibus satis antiquis. Namque simul ac multa scribebantur, festinans quoque genus quoddam scribendi exstitisse haud absurde colligimus; licet non simus ii, qui (quod fecit Funccius de script. vet. 175. f.) Adamum ipsum tachygraphum fuisse fingamus.

§. 21. Aegyptios tribus scribendi generibus usos esse dicunt (Porphyrius de vita Pythagorae C. XI et XII. p. 15. Clemens Alex. Stromat. L. V. p. 555. 556). Ex quibus unum ad celeriter scribendum eos usurpasse, mihi quidem fit verisimile. Nec Hebraeis incognitam fuisse tachygraphiam, ex Psalmi XLV. v. 2. verbis לְשׁוֹנִי עֵט סוֹפֵר מָהִיר *Lingua mea stilus scribae velocis* — pervulgata exiit opinio. Graecorum *ταχύγραφοι* et *ὀξύγραφοι*, notissimi sunt (§. 498), eorumque vestigia exstant in vita Xenophontis, in qua Diogenes Laërtius (L. II. Segm. 48) anno circiter CXL post Christum natum *καὶ πρῶτος* inquit *ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα, εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν*, i. e. *et primus notis excipiens dicta* (Socratis) *in lucem hominesque protulit.* A Graecis tachygraphiam accepisse dicuntur Romani (Imm. Fr. Gregor. de scribendi genere *διὰ σημείων*, in act. soc. Lat. Jen. Vol. II. p. 107. §. V).

Quod si de arte illa generatim intellexeris, a vero haud longe aberraveris (§. 498): sin Carpentiero (alphab. Tiron. praef. p. IV.) duce *Romanos* dixeris *iisdem notis, quae ex instituto Graeca significassent verba, usos esse ad eadem Latine exprimenda* rem sane absurdam propones (§. 65).

§. 22. Orationes inprimis, in senatu ac foro habitas, Romani excipere solebant tachygraphi (Lomeyer dier. gen. Dec. II. p. 439). Eos egregie descripsit Manilius, Augusti aequalis, tritis his versibus (Astron. IV. v. 197):

Hic et scriptor erit velox, cui litera verbum est,
Quique notis linguam superet, cursimque loquentis
Excipiat longas nova per compendia voces.

Similiter Martialis (Lib. XIV. Epigr. 202):

Currant verba licet, manus est velocior illis;
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Item Ausonius (Epigr. 138) notarium suum alloquens:

Tu sensa nostri pectoris
Vix dicta, jam ceris tenes —
Et praepetis dextrae fuga
Me tu loquentem praevenis.

§. 23. Verumtamen, etiamsi tachygraphiam aperte haec resipiant, an Tironiana illa intelligenda sit, certum non habemus. Quum enim et Romani et posterioris aevi scriptores notarum nomine etiam siglas comprehendant (Guadagni de Florent. cod. ed.

Walch. p. 18. Sert. Ursat. de not. Rom. praef. Vossius in oper. T. II. p. 50. Hugo de prima scrib. orig. ed. Trotz. p. 169); ex hac quidem notarum appellatione Tironianas eas fuisse nequaquam efficitur. Magno grammaticus in operis sui ad Carolum Magnum dedicatione (L. L. Auctor. ed. Gothofr. col. 1481) scripturae compendia, quae illustrat, licet meris literis capitalibus sint scripta, σημεῖα nihilominus dicit. Item Servius (Aen. L. III.) varii generis notas, tum quae speciem scripturae realis referunt, tum quas notas literarum nominat, distinguens, *Scripto* inquit *aut signis, id est, quibusdam notis, ut in obelisco Romae videmus: vel, ut alii dicunt, notis literarum, ut per unam literam significetur aliquid.* Sub notis ergo siglas quoque intelligit; quod et Festus (Gothofr. col. 336) facere videtur, scribens: *Nota nunc significat signum, ut in pecoribus, tabulis, libris literae singulae, aut binae; alias ignominiam.*

§. 24. Latiorem significationem vocabuli *Nota* facile perspicies, si ejus etymon quaesiveris. Est enim a *νοέω* — *Intelligo.* Qua de causa vulgarem quoque popularemque scripturam *notarum* nomine comprehendunt. Neque enim Ciceronem, quum (de divin. II. 85) *priscarum literarum notas in robore insculptas* diceret, neque Horatium (Carm. IV. 8. 15) versu:

Non incisa notis marmora publicis,

de Tironianis notis cogitasse, per se patet. Neque Ovidius eas

spectavit, quum monimentum suum sepulchrale describeret versibus (Trist. L. III. El. 3. v. 71):

Quosque legat versus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore caede notis.

Quis enim, quaeso, quamvis sit imprudens et inconsiderans, in monimentis marmoreis Tironianas insculptas fuisse notas sibi persuadebit?

§. 25. Rectius iis veterum auctorum locis scripturam Tironianam significari dicimus, in quibus notarum simulque muneris et officii notariorum fit mentio, ut Augustini (de doctr. Chr. L. II. C. 26): *Ex eo genere etiam sunt notae, quas qui didicerunt, proprie jam notarii appellantur;* et praesertim Plutarchi (in vita Caton. Uticensis, ed. Reiske Vol. IV. p. 400): *Τοῦτον μόνον, ὧν Κάτον εἶπε, διασώζεσθαί φασι τὸν λόγον, Κικέρωνος τοῦ ὑπάτου τοὺς διαφέροντας ὀξύτητι τῶν γραφέων σημεῖα προδιδάξαντος, ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν, εἶτ' ἄλλον ἀλλαχόσε τοῦ βουλευτηρίου σποράδην ἐμβαλόντος. οὔπω γὰρ ἤσκουν, οὐδ' ἐκέκτηντο τοὺς καλουμένους σημειογράφους, ἀλλὰ τότε πρῶτον εἰς ἴχνος τι καταστῆναι λέγουσιν*, id est: *Hanc orationem Catonis perhibent unam exstare, quod consul Cicero expeditissimos scribas ante docuisset notas, quae minutis et brevibus figuris multarum vim literarum complectebantur, inde alium alibi passim disposuisset in curia. Non-*

dum enim usi fuerant, neque habebant exceptores actuarios, sed tunc primum rudimenta eos asserunt posuisse. Cur vero de ipsis notis Tironianis haec accipere liceat, ratio a temporibus insecutis, sive a nexu inter notarios veteres illos et posteriores, quos et cancellarios vocant, repetenda est. Quum enim cancellarii sive tabularii regum Francorum in omnibus fere rebus notarios imperatorum Graecorum et Romanorum pressius secuti, et, dum diplomata recognoscerent, se ipsos notarios professi sint, notasque Tironianas in signis recognitionis ex officio usurpaverint; equidem censeo, eos, cum ipso notarii munere, hoc scribendi genus, tanquam ab hoc munere inseparabile, accepisse, ideoque ab eorum notis ad eas, quarum meminit Augustinus, et ad *σημεῖα τῶν σημειογράφων* Plutarchi firmam certamque effici conclusionem.

§. 26. At illa disertim Tironis nomine insignita notarum appellatio, quae nemini ex veteribus scriptoribus nota est, sic medio demum aevo haud dubie usu venit. Primus omnium, qui Tironem notarum auctorem profitentur, quod sciam, fuit aut Eusebius, circa annum post Christum natum CCCXXV; aut Hieronymus anno CCCLXXIII: incertum enim habemus, cui verba, quae subjungo, debeantur, utrum scriptori chronici, quod quidem integrum hodie non exstat, an versionis auctori. Sic autem, utercunque sit, scribit: *M. Tullius Tiro, Ciceronis libertus, qui primus notas commentus est,* cet. Attamen haec

mera forsitan conjectura fuit alicujus, qui quod apud Plutarchum legerat, *Ciceronem Catonis orationem notis excipiendi gratia tachygraphos adhibuisse,* in Ciceronis libertum, Tironem nominatim detorsit.

§. 27. Audiamus nunc, qui in eandem sententiam scripsit, Isidorum Hispalensem (Orig. L. I. C. 21. Gothofr. 836. sive in optima ejusd. oper. editione Arevali. III. 36): *Vulgares notas,* inquit, *Ennius primus mille, et centum invenit. Notarum usus erat, ut quidquid pro concione aut in judiciis diceretur, librarii scriberent complures simul astantes, divisis inter se partibus, quot quisque verba, et quo ordine exciperet. Romae primus Tullius Ciceronis libertus commentatus est notas, sed tantum praepositionum. Post eum Vispasianus, Philargius et Aquila libertus Mecaenatis alius, alias addiderunt. Deinde Seneca, contracto omnium digestoque et aucto numero, opus effecit in quinque millia. Notae autem dictae, quod verba vel syllabas praefixis characteribus notant, et ad notitiam legentium revocant, quas qui didicerunt, proprie jam notarii appellantur.*

§. 28. Hujus loci quamvis multae sint interpretationes (Lips. Cent. I. ad Belg. epist. 27. Op. I. 201. item in Gruteri thes. inscr. Crenii anal. 190. Nicolai de sigl. vet. p. 15. Nov. op. dipl. III. 564. Lennep de Tirone Ciceron. liberto p. 70. Areval in oper. Isid. T. III. p. 37), nulla tamen earum satis placet. Non enim viderunt

viri docti, totum Isidori locum ex aliis antiquioribus auctoribus, consarcinatum esse, vel ipsis fere eorundem verbis adhibitis, e. c. ubi de compluribus simul excipientibus agitur, ex Plutarcho, deinde, ubi de Tirone, ex Eusebio sive Hieronymo, denique, ubi qui sit notarius, exponitur, ex Augustino. Unde non mirum, quod totum non cohaeret, quodve, quae ex diversis libris consarcinata sunt, secum ipsa pugnare videntur. Nihilo tamen minus (ut hoc quidem loco taceam, quae de inventione notarum ipsa sentiam §. 31) in Isidori verbis repugnantiam rerum vere inesse, nego, modo vocabulum *Commentatus* recte accipiatur.

§. 29. Quonam hoc verbum Isidorus ipse trahat, interpretatio, quae in aliis ejusdem auctoris locis exstat, docebit: tum in libro, qui *Origines* inscribitur (L. VI. C. 8. Gothofr. 958), verbis *Commentaria dicta quasi cum mente. Sunt enim interpretationes, ut commenta juris, commenta evangelii;* tum in libro *de Differentiis verborum* (Lit. C. n. 90. Oper. ed. Arevali T. V. p. 14), ubi, de commentariis scribens, haec habet: *Commentarium liber: Commentum vel commentatum volumen, id est, ex diversis libris comatum.* Ex quibus excerpta esse liquet, quae sub finem libri Hasso - Cassellani (§. 330) leguntur: *Expliciunt commentar. sex. feliciter Deo gratia Amen. Inter commentarium et commentaria quid interest? Hoc interest, quod commentarium liber, commentaria volumina dicuntur.*

§. 30. Hinc etiam divisam reperies ipsam, quam Gruterus edidit, notarum collectionem in commentarios, quorum quilibet plura continet capita. In primi commentarii fine (p. 60) legitur: *Explicit commentarius I, Incipit commentarius II* cet. Quo ipso auctor anonymus (in Vulcanii de literis Getar. perraro libello p. 16.) in eam inductus est opinionem, ut hanc collectionem interpretationem esse putaret alius cujusdam operis. Male. Nihil enim aliud nisi ipsarum notarum explicatio in ea continetur. Commentarii certe a veteribus dicebantur, in quibus capita tantum rerum ad juvandam memoriam scriberentur. Hinc diuturni commentarii, de quibus Suetonius; hinc commentarii regum ac pontificum, de quibus Cicero (Trotz ad Hug. de prima scr. orig. 376. Bach hist. jur. L. I. C. 1. §. 8. p. 13. 14); hinc denique Isidorus, verborum suorum ipse optimus interpres, *Commentatus* vocabuli vim ita exponit, ut non de inventione, sed de commentatione sive collectione et explicatione intelligendum sit. Quibus positis, haud negaveris, utrumque fieri potuisse, et Ennium notarum formas excogitare, neque tamen explicare aut edere; et Tironem primum eas commentari.

§. 31. De ipsa notarum inventione, quas esse Tironis, liberti Ciceronis, dicunt, quid sentiamus, jam locus est proferendi. Neque enim quae Gruteri collectioni praefixa est inscriptio *Notae Tironis et Senecae*, neque liber manuscriptus Cassellanus, qui inscribitur *Notae Senecae* (§. 334), neque aliorum

(§. 338. 340. 349. 350) inscriptiones, neque sanctus Isidorus ipse unquam a me impetrabunt, ut hasce notas ab illo Ciceronis liberto, vel a Seneca quodam vere inventas esse credam. Librarios, qui libros ita inscripsere, hac opinione ductos fuisse, equidem haud ambigo. Quum autem librorum nullus reperiatur, qui ante saeculum nonum sit descriptus, haud ita magni facimus illorum opiniones. Librarium praeterea, qui librum scripsit Cassellanum, magnopere coluisse Isidorum, ex loco (§. 29) excerpto patet, ubi, commentarium distinguens a commentariis, ipsa ejusdem verba sua fecit: quem quum etiam respexerit, ad Senecam in libri inscriptione notas referens; efficitur, auctoritatem opinionis illius librarii unice pendere a veritate eorum, quae Isidorus commemoravit. At is profecto rei, plus quam quinque saeculis ante aetatem suam actae, minime fide dignus est testis.

§. 32. Sed plures sunt et graviores rationes, quae faciant, ut ab iis, qui Tironem notarum dicunt inventorem, dissentiamus. Certe inscriptio *Notae Tironis et Senecae* non in omnes notas, quas liber comprehendit, quadrat. Posterioris enim aevi vocabula eis sunt immixta, quae tantum abest ut Tiro adhibuerit, ut ne intellexisset quidem. Quo factum est, ut plurimi hanc collectionem Gregorio M. posteriorem esse censerent, eandemque Scaliger (§. 6) imposturam diceret, ac Peveratus (Areval comment. in Prudent. Hymn. 9. Perist. v. 23. T. II. p. 1054) notas supposititias etiam putaret.

§. 33. Gravissimum autem argumentum ex ipsa hujus scripturae natura et indole sumi potest: quod quum nemo facile intelligendo assequetur, nisi qui commentationem nostram usque ad finem attente perlegerit, atque ipsam notarum analysin cognoverit; nunc monuisse sufficiat, eum hoc facto, persuasum habiturum, neque Tironem, neque alium quemquam, hoc scribendi genus consulto finxisse, aut hujusmodi literarum figuras, velociter scribendi causa, excogitasse, neque fingere, neque excogitare potuisse. Quicunque enim subtilius in notas inquirit, diligentiusque eas investigat, ac penitus perscrutatur, non potest non intelligere, quo pacto paulatim sensimque natae sint (§. 41), perinde ac scriptura, quam *cursivam* appellant, aut etiam alia vulgaria scribendi compendia.

§. 34. Ceterum haud scio, an Tironianarum notarum appellatio alio accipienda sit sensu, quum *tiro* idem significet quod rudis aut discipulus, *tironiarum*que notarum nomine etiam eae venire possint, quae discipulis discendae erant. Illa igitur appellatio vulgari forte opinioni locum dedit, ut, si cui extra contextum occurrerit, qui se legisse reminisceretur, Ciceronem tachygraphos adhibuisse, qui orationes, in concionibus habitas, notis exciperent (§. 25), is facile adduci potuerit, ut confunderet nomen proprium *Tiro* cum appellativo. Quae quamquam informata et impolita adhuc est opinio, ut ne conjecturam quidem dicamus, non

omni tamen omnino ratione destituitur. Certe confirmari videtur iis, quae circa annum CCCXL Ausonius scribit:

Puer notarum praepetum
Sollers magister advola

cet. Magis etiam iis, quae Prudentius anno circiter CCCV (Peristeph. Hymn. XII. v. 21 seq. 35)

Praefuerat studiis puerilibus, et, grege multo
Septus, magister literarum sederat,
Verba notis brevibus comprendere multa peritus
Raptimque punctis dicta praepetibus sequi — —
Agmen tenerum ac puerile gubernans
Fictis notare verba signis imbuens.

Quibuscum congruere videtur etiam Fulgentius, qui (Mythol. in Orph. III. 10) literarum artem puerilem in *Abecedariam* et *Notariam* dividit. Quin etiam ex scholis cantiuncula quaedam libro notarum Cassellano sub finem annexa est, quam hic inserere libet:

„INCIPIT UERS̄ QUĒ ScoLARII COMIATU[a]) EXPLI-

a) Comiatus est Licentia, Venia, Abeundi licentia; Gallis Congé. Du Cange h. v. Heumann de re dipl. imp. I. 61. Pithoei glossar. in Baluz capitular. II. 716. Medio autem aevo hoc vocabulo etiam pro conversatio, ut sit a verbo commeare, utebantur. Ludwig reliqu. M. S. III. 144.

„CATŪ ANTE DIEM PASCHAE FERIA. IIII b) IN
„SCOLA CANUNT

„Audite pueri
„quā ſint dulceſ litterae,
„Bene diſcuntur
„ſunt amara tempora c).
„Cuncti concurrunt.
„nobiſ laudeſ dicere.
„Multi diſcunt A d).
„cum ſtudio uideriſ.
„Et noſ feliceſ
„qui ſtudemuſ litteraſ.

b) Incidit hic dies in eum, quem Germani Krumme Mittwochen, id est Diem Mercurii curvum, appellant, qui memorabilis est ob ritum, quo in templis pontificiorum post matutinum decantatum maximus fit fragor et tumultuosus insultus, turbulentusque quasi furor puerorum. v. Haltaus. Calendar. med. aevi §. XXIV. p. 81. cui equidem interpreti assentiri malo, quam Langio (in Meuselii libro: Geschichtforscher, i. e. historiarum perscrutator, III. 221, ubi et loca citata fallunt).

c) Sic omnis aevi lamenta!

d) Lege: Discunt multi A. Latet enim in primis versuum literis Alphabetum artificiosum, quod acrostichon dicunt, perversis postea mutationibus corruptum.

„Fortuna crefcit
„in domo parentū
„Gaudent parentef
„qui talef nutrierunt
„hic eft praeceptor
„qui nof bene doce(t) e)
„Cantemuf f) bene
„placeat hominib(uf)
„multi difcentef
„placeat parent(ibuf)

---

e) Literas, tegumento libri involutas, de ingenio in parenthesibus supplevi.

f) Lege: Kantemus ex ratione, quam supra adtulimus. Sed exciderunt etiam literae I, L, N, quae num sic restituendae sint, videsis:

Hic est praeceptor
Is nos bene docet
Kantemus bene
placeat hominibus
Literas discentes
placeat parentibus
Multi discedunt
Nobis laudes dicere
O! nos felices — —.

„Multi discedunt
„nobis laudes dice(re)
„Et g) nos felices
„qui studemus litt(eras)
„Per forum uadunt
„Dant consilium ciui(bus) h)
„Quocunque uadunt
„adorantur i) ab ho(minibus)
„Rectus ē. ds̄ k)
„qui nos omnes p̄te(git) l)
„Ante omnes artes
„inuenta. ē. literam m)
„Beata sapiens
„q̄. ē. amara pusillu(m)."

---

g) Lege *O!*

h) In mentem nobis hic venit Suetonii de illustribus grammat. C. IV locus: „Audiebam etiam memoria patrum, quosdam e grammati„cis statim e ludo transisse in forum, atque in numerum „praestantissimorum patronorum receptos."

i) Honorantur, salutantur. Du Cange.

k) Est deus.

l) Protegit.

m) Est litera.

Quamquam hypothesis nostra his versibus probari non potest, quum minime conveniant aevo, quo notas Tironianas ortas esse censemus, atque in libris manu scriptis posteriori demum tempore saepissime inserta reperiantur, quae ab eorum auctoribus prorsus sint aliena; illos tamen, ut poeseos medii aevi specimen, apponendos, neque ingratos fore, existimavimus.

§. 35. Sed ut eo, unde egressa est, referat se oratio, ne quis forsitan miretur, nos, qui Tironem notarum auctorem esse minime largimur, nihilominus appellatione *Notarum Tironis*, sive *Tironianarum*, semper uti: sciat is, *usui loquendi nos quidem indulgere, sed scientiam nobis reservare.* Attamen minime probamus, quod Gattererus (elem. 78. 80) omnia tachygraphiae genera, ab Hebraico usque ad recentissima, sub generali hoc nomine comprehendit, atque notarum Tironianarum *Hebraeorum, Graecorum, Anglorum* cet. disertis verbis meminit. Quo fortasse in errorem inductus est Schmidt-Phiseldeck, ut (instit. art. dipl. Germ. 57. §. 89) *signa tachygraphorum Anglorum notis Tironianis similia esse* incaute affirmaret.

§. 36. Ad antiquitatem hujus scripturae investigandam duo potissimum facere videntur, tum monumentorum ejusmodi characteribus insignitorum contemplatio, tum notarum ipsarum exploratio. Illa quidem haud multum proficitur, plus tamen hac. Sunt enim ejusmodi monimenta non nisi libri manu scripti et diplomata. Libri saeculi septimi et octavi, Tironianis notis in-

structi, haud quidem sunt infrequentes (Nov. op. dipl. T. II. p. 70. 1), quin etiam praeclarum illud breviarium Alarici, quod jam saeculo sexto scriptum est, vidimus, olim Herbipole, post Monachii, Tironianis in margine notis passim ornatum (§. 369). Verumtamen duo potissimum impediunt, quo minus ad antiquitatem scripturae Tironianae eruendam utiliter adhibeantur. Unum, quod in pluribus horum librorum non nisi scholia sive margini adscriptae animadversiones notis Tironianis exaratae sunt, de quibus non constat, utrum eodem, quo liber ipse exaratus est, an posteriore tempore additae sint: alterum, quod et horum et ceterorum librorum, qui notas Tironianas continent, ne ullus quidem ante medium aevum scriptus sit, ideoque ad primordia Tironiana, sane vetustiora, examinanda nullus faciat.

§. 37. Libri typis adhuc promulgati, in quibus notae Tironianae dominantur, duo sunt, quos norim, collectio Gruteri et diplomatarium Ludovici Pii, a Carpentiero editum. De utroque diligentius infra (§. 67. 77) disputabimus: hic eatenus tantum earum rationem habemus, quatenus ex ipsis antiquitatem hujus scriptionis eruere licet. Collectionem illam ante Gregorium M. neutiquam conditam esse, quum *dies rogationum*, cujus in ea fiat mentio, hujus Pontificis temporibus primum instituta sit, alii quidem observare sibi visi sunt. At, ne urgeamus varia, quae huic de prima origine dierum rogationum sententiae obstare possent (Baron. martyr. sub die 5. Apr.), ne ullo quidem verbo dies roga-

tionum in ipsa collectione attingitur. Erronea illa opinio nata est ex loco anonymi illius scriptoris apud Vulcanium (§. 67), qui de rebus alienis narrans, ut de aenigmatibus ceterisque, quae praeter notas libro inserta sunt, sic pergit: *Ceterum post Gregorii tempora scriptum esse arguit, quia de diebus rogationum disserit*, non scilicet ipsam notarum collectionem innuens, sed librum manu scriptum, qui praeter collectionem alias etiam res complectatur. Quod non intelligentes alii, neque exquirentes, an illa dictio in notis ipsis re vera reperiatur, in ea nihilominus opinionem suam temere negligenterque fundarunt.

§. 38. Eadem fere ratio est vocabuli *Extemporalis*, quod, ut minime conveniens aureae Latini sermonis aetati, ex fragmento collectionis a Trithemio edito (§. 67) Lennep (de Tirone 75) in partem vocat. Qui si priores Gruteri editiones inspexisset, facile animadvertisset, illud in iis minime reperiri; esse igitur hujus collectionis libros m. s. in quibus desit, utpote recentiori demum tempore confictum. Quo etiam factum est, ut Gruterus hoc vocabulum ex Pistorii libro tantum suppleret, et inter omissa (198) referret. Quousque autem a vera via aberrent, qui ex singulis vocabulis de aetate notarum Tironianarum, vel etiam earum, quae sunt in collectione, generatim judicare audent, ex antiquioribus hujus collectionis libris manu scriptis satis est perspicuum. Quod quo magis appareat, sylvam vocabulorum, quae in Gruteriana quidem editione reperiuntur, in antiquiori autem libro Cassellano

nondum leguntur, hoc loco apponere libet. Sunt autem haec: *Discidit, Percidit*, (ut sit a *Cado*. 18) *Atendit* (18) *Coinquilinus* (21) *Intemporalis* (32) *Conventicula* (33. Conventiculum 156 utique est in libro Cassellano) *Afer, Afert* (36) *Depetit* (39) *Incernit* (42) *Beneplacitum* (42) *Benecupiens* (43) *Inconspectorum* (43) *Pusillanimis* (45) *Regravat* (46) *Levitudo* (46) *Provertit* (46) *Persolitus* (47) *Sequacitas* (50) *Praerogat* (52) *Reciprocitas* (52) *Transmutabilis* (53) *Pectusculum* (58) *Distrectat* (59) *Fusurarius* (62) *Delocat* (63) *Condamina* (63) *Avaritas* (66) *Beatificus* (68) *Divehit* (69) *Inmontuosus, Demontuosus* (70) *Vulgaritas* (71) *Repaciscitur* (71) *Praepudium, Trepudium* (74) *Armidoctor* (75) *Matutinalis* (76) *Coagnitum* (79) *Subtorquet* (80) *Distersit* (80) *Exturbat, Returbat* (82) *Circumsedat* (73) *Conclavicula* (84) *Anterior* (85) *Detribuit* (86) *In discipulatu* (88) *Restitor* (91) *Laicus* (91) *Cateczizatus* (91) *Propicietas* (92) *Falsidiens* (92) *Praeclamat* (93) *Clinus* (95) *Idolium* (97) *Gehenna* (97) *Super universa milia* (102) *Congemescit* (102) *Genimina* (102) *Evadimonium* (120) *Exsanies* (121) *Nycticorax* (122) *Fissurarius* (122) *Connectat* (122) *Inmeabilis* (131) *Subfragosum* (132) *Aedificialis* (133) *Favoralis* (134) *Focimentum* (134) *Contemptat* (145) *Languena* (147) *Apocalipsis* (151) *Candit* (155) *Concingit* (158) *Epifanius* (158) *Jacinctinum* (162) *Porco* (167) *Bubella* (167) *Plasmat* (172) *Proplaustrum* (172) *Anatematiarinata* (180) *Reulcerat* (180) *Pa-*

raveredus (181) *Raucor* (190) *Sabaoth* (191) *Chrisma* (194) *Pausantium* (194) et omnia, quae vocabulum *Plateola* sequuntur.

§. 39. Quae utcunque se habeant, certo tamen certius est, hanc collectionem et verba et res prodere, quae ab aureo Ciceronis aevo quam maxime abhorreant, aut saltem neque ex ejus, neque ex Tironis ore unquam effluxerint, ut: *Archisynagogicus* (9) *Archidiaconus*, *Subdiaconus*, *Papa* (99) *Archiepiscopus*, *Exorcista*, *Accolitus*, *Eremita*, *Baptizatus*, *Catechizatus*, *Anti-Christus*, *Diabolus* (91) *Dominus noster Jesus Christus*, *Evangelista*, *Apostolus*, *Angelus*, *Archangelus*, *Ecclesiasticus* (99) *Agraria* (62) *Bassus* (118) *Soccubat*, *Zeloticus* (59) *Domnus* (78) *Reliquiarium* (106) cet. Ita et calendarium Christianorum ecclesiasticum (197).

§. 40. Contra vero in eadem collectione plura reperiuntur vere Romana, ut: *Plebejus* (39) *Di penates* (54) *Di manes*, *Patres conscripti* (55) *Laticlavius*, *Senatus populusque Romanus*, *Consul*, *Aedilis* (60) *Tribunus plebi*, *Praetor*, *Decemviri*, *Dictator*, *Censor* (61) *Unde de plano recte legi possit* (64) *Quousque tandem Catilina abutere patientia nostra* (65) *Optime de republica populi Romani meritus* (66) *Eques Romanus*, *Legio* (75) *Mater Vesta*, *Fecialis*, *Arvalis* (92) *Centumviri* (94) *Per Deos Deasque immortales* (96) et quae sunt generis ejusdem. Permulta insuper ad Romanorum mythologiam (97. 135), pondera ac mensuras (147), rem vestiariam (157 — 159), nomina pro-

pria (185 seq.), geographiam (136 cet.), pertinentia, ex quibus omnibus paucissima recentioris aevi tachygraphis usui esse poterant, ita ut fugacissimum hoc scribendi genus ad remotiora Romanorum tempora sit revocandum.

§. 41. Quo igitur modo utrumque, quod repugnat, et parum consentaneum videtur, inter se conciliari poterit? Profecto non aliter, quam si statuamus, hanc tachygraphiam non uno tantum eodemque tempore, sed pluribus in usu fuisse. Quod quum ita sit, eo ipso confirmatur sententia nostra (§. 33), notas non praemeditato consilio sive consulto inventas, sed ex velociter scribendi studio sensim et improviso enatas esse; ita ut, quod Cicero (Brut. VIII) de verbis dicit, etiam de notis valeat, *earum structuram natura magis, casuque nonnunquam, quam aut ratione aliqua aut observatione factam esse.*

§. 42. Praeterea collectionis Gruterianae non unum fuisse auctorem, gravissima in promtu sunt argumenta. Declarant illud verba fini partis primae adscripta (191): „Explicit comentarius „unus. Inci. comentarius alter, *qui est novissimus.*" Quid? quod *novissimum* hunc excipit alter, ideoque recentior etiam. Liber Cassellanus, quem ceteris antiquiorem esse verisimile est, aliique plures, quos vidi Parisiis, vocabulo *Plateola* (194) finiunt. Quae igitur inde a vocabulo *Enoc* usque ad finem in illa Gruteri collectione conspiciuntur, recentiora sunt. Idque ex scribendi etiam ratione probatur, quae a prisca, eaque vera, in notis, quae

sequuntur, multum recedit tum in characterum figuris, quarum et imagines ligno incisae prioribus pinguiores apparent, tum in ratione notas componendi. Ita recentioris scriptionis exemplum reperies in nota  = *Antiquorum* (195), quae hic ex A et Q est conflata. Vere autem Tironiana  (9) ex  = *an* et  = *ti* componitur, neque antiquitus unquam aliter scribebatur. Sic et auctor recentior nomina *Regum, Regnorum* (195) notavit  : qui si Tironianam scriptionem calluisset, literam X in hisce notis insignem eisque propriam (§. 306) certe non omisisset, sed  (Carp. 18. l. 29. 20. l. 21)  (46*) scripsisset.

§. 43. Praeter nova in fine collectionis Gruterianae addita, in media etiam collectione recentiores positae sunt notae: quod tam ex comparatione diversorum librorum manu scriptorum, quam ex vocabulorum, notis expressorum, significatione ipsa bene conjicitur. Ex duobus enim libris, quibus Gruterus usus est, alterum notas continere, quae in altero non compareant, ideoque in prioribus Gruteri editionibus inter omissa (198) relata sint, ante (§. 38) jam diximus. Quae quum in altero libro non reperiantur, ad alterum autem, qui postea scriptus esse videtur, accesserint, ex hoc ipso, recentiores eas esse, omni ratione concludimus. Eadem conditio est notae  = *Cancellarius*, quae libro Cassel.

lano post vocabulum *Syllaba* (32) a recentioris cujusdam manu inserta est. Veram enim ejus formam hanc esse: , tum ex alia  — *Cancelli* (162), unde descendit, tum ex diplomatibus ipsis (§. 395) constat.

§. 44. Inter eos, qui notas congessere, quemdam sub Antonino Pio, medio igitur saeculo secundo, vixisse, continua imperatorum Romanorum ab Augusto usque ad Antoninum series, collectioni (64) inserta, satis docet; id quod ante nos alii jam viderunt. Sed praeter hunc alios etiam ejusdem operis congerendi fuisse auctores constat, tum quod plura ei insint Antonini aetate recentiora, tum quod unum idemque vocabulum diverso saepius modo notatur, ut

Marmor, et  — M(*a*)R*or* (153), et  — MR*or* (163).

Antidotum,  — A(*n*)D(*o*)T(*i*)*um* (156)  — A(*n*D(*o*)*um* (160).

Huc,  — HU (7),  — HC (14).

Jesus,  — H(*i*)S. (99),  — ISV. (192).

Praesul,  — P(*rae*)L. (60),  — PS(*u*)L. (91).

Presbyter,  — PB. (91 *c*),  — PS(*e*)R. (99).

Archipresbyter,  — A(*r*)B. (91),  — AR(*p*)S(*e*)R. (99).

Adventicium,  — A(*dv*)C*um* (33),  — A(*d*)T(*v*)C(*i*)*um* (148).

Antrum,  — AT*um* (157)  — A(*n*)T*um* (98).

Sunt tamen et aliae hujus in notando varietatis causae, quas infra (§. 87. 188. 312. 324. 325) proferemus.

§. 45. Certa igitur signa, ex quibus notarum antiquitas cognoscatur, collectio Gruteri non suppeditat. Neque ex altero de notis Tironianis opere, quod Carpentier edidit, haec colligi possunt: sumtum enim id ex libro, qui haud dubie Ludovici Pii aetate scriptus (§. 357), ideoque tempore, quo verisimile nobis fit notas ortas esse, multo est recentior. Praeter duos hos libros typis mandatos supersunt alii nondum promulgati, de quibus infra (§. 328 seq.) copiosius agemus. Nullum vero ex iis, in quibus *major pars* notis scripta est, novimus saeculo nono antiquiorem.

§. 46. Reliqua notarum Tironianarum monimenta chartis sive diplomatibus continentur. Quum vero nec horum ullum ante medium aevum sit conscriptum, quippe quorum antiquissimum, quod quidem notis Tironianis insignitum nobis videre licuit, non nisi saeculo septimo datum sit; ex iis nequaquam de antiquitate hujus scriptionis certius aliquid statui potest.

§. 47. Ad hunc tandem finem ut perveniatur, sola notarum ipsarum exploratio, eaque critica, proficit. Quam quum cognitio earum subtilior atque analysis praecedat necesse sit; sententiam nostram, quam propositiri sumus, argumentis non prius probare poterimus, quam illius scripturae quum compositionem, tum orthographiam, cujus utriusque peculiaris est ratio, exposuerimus. Interim iis, quae inde efficiuntur, ut postulatis, uti liceat.

§. 48. Quae in notis Tironianis sunt literarum figurae parentem non agnoscunt scripturam, quam appellant minusculam, sed majusculam. Literas enim, quae partes sunt notarum, capitales esse, exploratum habemus: quamvis in uncialium interdum formam, quum festinanter scriberetur, degenerarint. Nequaquam autem facilitatis et festinationis causa literae majusculae adhibitae fuissent, si, minusculae quo tempore notarum scriptio primordia sumsit, jam in usu fuissent. Namque simul ac scriptura, quam *cursivam* vocant, invaluit, haec Tironianam angustioribus limitibus sensim coercuit, et omnino tandem submovit. Quum vero scriptura Romanorum minor ligata, id est (ut ita dicam) *minuto-cursiva*, jam in inscriptionibus anni CCCXXXVIII conspiciatur (§. 137); recte inde colligimus, notas Tironianas ex tempore multo antiquiore originem trahere. Quin etiam ipsa literarum conjunctio et coarctatio, in notis obvia, scripturae est majusculae, differtque omnino a modo literas jungendi, qui in vulgari scriptura cursiva usurpatur.

§. 49. Orthographia, quae in notis est, indubia antiquitatis vestigia prae se fert, ut infra (§. 299) demonstrabimus. Neque tamen ideo inficiamur, praeter hanc vetustiorem, recentiorem etiam orthographiam in notis exstare (§. 52). Illa vero, quam solam ab initio usurpatam esse verisimile est, priscum notarum Tironianarum usum jam satis arguit.

§. 50. Eandem antiquitatem id quoque quam maxime prodit, quod partes, quibus notae sunt compositae, oblivione jam pridem fuerunt obrutae, quae vel ipsos jam Romanos, ut opinor, cepit. Idem enim accidit notis Tironianis, quod multis vocabulis, quorum quidem significatio nemini latet, etymon autem plurimos fugit. Hujus ignorantiae causa, ceteras ut mittamus, perversa instituendi ratio fuisse videtur. Haud enim scimus, an notae ita sint traditae, ut non resolverentur in partes, sed acquiescerent magistri, si discipuli e. c. ⁊ = *et*, 7 = *etiam*, Ↄ = *con* esse, didicissent. Quo evenisse arbitramur, ut plurimi falso opinarentur, signorum istorum nullam unquam aliam fuisse formam, eaque esse indissolubilia (§. 61. 181. 182).

§. 51. Manilius et Plutarchus, si quidem, quae de notis dixerunt (§. 22. 25), ea de Tironianis accipere licet, hanc scripturam non literatam, sed realem, quae non nisi ex signis arbitrariis constet, habuisse videntur. Pedius jurisconsultus, quem ante Ulpiani aetatem vixisse certum est, (in l. 6. §. f. D. de bonor. possess. XXXVII. 1.) notas literas esse negat. Isidorus Hispalensis, de notis per Tironem commentatis agens, addit: *Notae autem dictae eo, quod verba vel syllabas praefixis characteribus notent.* Silentio transeamus Petrum Diaconum (de notis lit. Gothofr. col. 1497), qui non nisi ea, quae Isidorus congesserat, ad verbum repetit. Ab Alcuino grammatico, quum saeculi demum noni

scriptor, atque ideo ab origine notarum remotior sit, non est, quod subtiliorem earum cognitionem exspectemus. Is quidem (Oper. II. 271. Putsch. col. 2086) hancce profert definitionem: „No„tae sunt *figurae* quaedam, vel ad brevianda verba *inventae*, vel „sensus exprimendos." Quanto autem, quaeso, tempore ante hos viros illam scripturam, quae sine ulla controversia ab initio literata fuit (§. 86. 87), usurpatam fuisse cogitur, si eorum jam aetate partes, quibus constat, oblivione obrutae erant, atque signa arbitraria judicabantur?

§. 52. Hujus autem scripturae vetustatem quamvis magnam credamus; sunt tamen certi fines, ultra quos produci non potest. Ratio enim habenda quum orthographiae, tum ipsius literarum formae, quarum utraque, quamvis remotam, ultimam tamen non arguit antiquitatem. Quod enim in priscis monimentis Latinis animadvertitur, diphthongos EI et OV in locum vocalium I et V substitui, et superfluam in fine verborum consonantem D saepe addi, aliaque ejusdem generis, ea certe in notis Tironianis frustra quaeres. Sunt quidem notae, in quibus litera V post Q omissa sit, sunt et aliae in quibus consonantium geminatarum altera absit, quod utrumque antiquitatem scripti alicujus arguere potest: at minime ex consilio recte scribendi, sed contrahendi tantum gratia in notis illis istas literas omissas esse, exempla docent aliarum, in quibus additae reperiuntur, ut in  — QV —

Quoque (4)  — A(*u*)Q*a* — *Aqua* (120)  — SLL*a* — *Sella* (164)  — AL(*l*)*it* — *Allidit* (82)  — CBLL. — *Caballus* (181). Formam denique literarum quod attinet, ea similior est characteribus monimentorum, quae sunt prioribus post Christum natum saeculis confecta, quam monimentorum, ante hanc aetatem.

§. 53. Sed perscrutandae antiquitatis et originis hujus scriptionis periculum neque ulterius faciamus, neque ea quaestio diligentius potest institui. Quum autem ejus interitus nostrae propior sit aetati; distinctius hunc quidem animadvertere licet, sed sensím paulatimque tantum appropinquantem. Quod quomodo sit factum, regum et imperatorum diplomata optime declarabunt. Ex iis enim, postquam, quae de natura et índole nôtarum Tironianarum sunt praemittenda, proposuerimus, ostendere instituemus, veram earum cognitionem jam exeunte saeculo nono labare coepísse, post medium vero decimum, inprimis Ottone II ímperatore, ultima ejus vestigia plane evanuisse (§. 431 seq.).

§. 54. Inveterati igitur erroris liberius accusamus viros artis diplomaticao vel peritissimos, Benedictinos (in nov. op. dipl. III 571), Gattererum (elem. 79. f.), Schwartnerum (intr. in a. dipl. Hungar. 1790. 68 §. 58. a), Gruberum (syst. I. 141. §. 27. 142. §. 29), Schoenemannum (syst. I. 597. §. 164), Schmidt-Phiseldeckum (inst. art. dipl. §. 88 f.) cet. dicentes: *Notas Tironianas in signis, quae*

dicuntur recognitionis, usque ad saeculum undecimum etiam viguisse. Qui quidem error, ex summa tantum ignoratione verae indolis hujus scribendi generis natus, non excusari potest, nisi quodcunque siglarum signorumque genus, cui cum notis Tironianis, praeter locum in diplomatibus solitum, nil est commune, Tironianae scripturae substituere velis (§. 431).

CAPUT QUARTUM.

Scientiae notarum historia, et studii earum per tempora brevis expositio.

§. 55. Notarum artem exercere numquam fuisse rem facilem, minime ea aetate, qua analyseos jam ignaris omnes notarum figuras sola memoria complecti necesse erat, nemo est quin facile assequatur. Quemadmodum Graecis et *ταχυγράφοι* et *καλλιγράφοι* fuere, ita et Romanis tam *notarii,* quos Tironianas verisimile est calluisse notas (§. 25), quam *librarii,* qui vulgaribus literis utebantur. Illos fuisse eosdem arbitramur, quorum in lege Romana (33 §. 1. D. ex quib. caus. maj.) mentio fit his verbis: „Eos, „qui *notis* scribunt acta praesidum, rei publicae causa (non) ab„esse certum est." Iidem appellati sunt *Exceptores,* id est, qui excipiunt dicta (l. 19 §. 9. D. Locat. Augustin. epist. 152. Gregor. in prolog. 40 homil. de div. lect. evang.), atque hoc celeriter scribendi genus probe et perfecte tenere debebant.

§. 56. Hinc de Epiphanio Ennodius: „Notarum in scribendo compendia et figuras varias verborum comprehendens brevi assecutus, in *exceptorum* numero dedicatus enituit." Similia leguntur (Act. S. S. Febr. XXVI. n. 88.) in vita Marcelli, qui Porphyrii fuit discipulus: „Frater autem Cornelius, diaconus, sciens „*notis* scribere, quibus utuntur in jure, jussus a beato episcopo, „*notabat* omnia." — Item de S. Genesio (in homil. int. op. S. Paulini p. 1054): „Sanctus itaque Genesius, in juventutis flore primaevo, provincialis militiae tyrocinium suscepit, eam officii partem studio et arte complexus, quae patronorum verba vel *nova* „*signorum velocitate*, vel *dexterae, sonum vocis aequiparet*." Ita etiam Anscharii singularem dexteritatem laudat Rembertus (Staphorst hist. eccl. Hamb. I. 124), quem saeculo nono amplissimos *notis* scripsisse libros tradit. Minime igitur communis illa erat ars; neque mirum, quod (in collat. Carthag. a. CCCCXI, Grupen de forma confic. acta ap. Rom. 25. 26) quemdam confiteri legimus: „*Notas* non novimus — —, in *codicibus* legere non possumus, nisi *edita* fuerint gesta in paginis."

§. 57. Usque ad notarios et cancellarios regum Francorum primae ac secundae stirpis Tironianas notas in usu fuisse, illosque hanc artem tenuisse, hujus aetatis chartae satis produnt. Inde autem a medio saeculo decimo de earum studio fere actum fuisse, paulo ante (§. 55) diximus. Postea jacuit plane; id quod iis maxime est observandum, qui artem criticam exercent (§. 452).

Nostra autem aetate tanta est hujus scripturae ignorantia, ut castigandi non foret finis ac modus, si omnes de illa opinionum absurditates refutandas esse existimaremus. Peculiaris nimirum notarum indoles, vis et natura viros vel doctissimos fugit.

§. 58. Quo etiam factum est, ut Mabillon (de re dipl. p. 52), et auctores chronici Gottwicensis (I. 23), et Calmetius, et Pancirollus, et alii, notas juris sive siglas, vulgaribus literis scriptas, cum Tironianis confunderent; atque Gundlingius in eodem esset vitio, qui (hist. lit. I. 314) *Notas* ait *Tironianas editas esse in collectione Grammaticorum, quam Putschius vulgasset.* Quod autem plerumque accidere solet, ut error crescat eundo, id etiam evenit, quum, quod temere dixit Mabillon, *Petrum Diaconum notas Tironianas explicasse*, socii academiae Barcenonensis (*Real acad. de buenas letras de la ciudad de Barcelona*, sive acta ejusd. acad. 1752. T. I. P. II. C. 2. p. 426) non solum arriperent, sed etiam augerent dicentes „*aere incisas* esse a Petro Dia„cono notas Tironianas, quas Romani appellassent *siglas, notam*„*que quamlibet integrum significare verbum.*" Qui omnes sunt gravissimi errores.

§. 59. In aliud vitium inciderunt Vossius (ad Melam L. I. C. 12. p. 64), Calmetius (Memor. Trevolt. Sept. 1707. p. 1622), Fabricius (bibl. Lat. ed. Ernest. II. 113), ceterique, qui cifras sive notas numerales, quas Arabicas vulgo vocant, in notis Tironianis deprehendere sibi visi sunt: cui quidem errori suo loco (§. 313)

occurremus. Graviter etiam lapsus est Schilterus, vir in Teutonicis quidem antiquitatibus explicandis inter omnes excellens, quum (in thesauro III. 398. §. IV. f. Tab. ad p. 400 Fig. IV) notas Tironianas literas Gothicas putaret, deceptus haud dubie opinione anonymi scriptoris (in Vulcan. de lit. Getar. libello p. 16). Quid? quod cuidam accidit, ut psalterium Latinum, notis Tironianis exaratum, olim inter cimelia bibliothecae Argentinensis (§. 355), *Psalterium in Armenica lingua* superscriberet (Morhof. polyhist. I. 727).

§. 60. Alii (Papebroch. propyl. A. SS. T. II. Apr. P. I. C. III. §. 53, in Baring. clav. dipl. 266. et P. Geyer. v. §. 383), quum has notas non intelligerent, eas verum scribendi genus esse, prorsus negarunt, nihil iis significari arbitrati. Alii contra hanc scripturam in literis reperisse sibi videntur, quae ex Tironiano minime sunt genere (§. 369. 441. seq.), quin etiam in eis, quae ne speciem quidem ejus sive colorem prae se ferunt; ut vel inscriptionem sarcophagi, qui Paesti sive Posidoniae est effossus, Tironianam esse, (Ruins of Poest. p. 17) satis inepte dicant.

§. 61. Maximum autem detrimentum cepit notarum Tironianarum studium ab iis, qui ex signis arbitrariis eas constare existimarunt. Hac enim praejudicata opinione si quis ducitur, omnis notarum tollitur analysis: qua sublata, notio vera ac distincta numquam parari potest. Hujus erroris arguimus et Cujacium (Obs. L. XII. O. 40. p. 590), et Lipsium (ad Belg. ep. cent. I. 27

Oper. T. I. p. 202. Grut. thesaur. in pr.) et Struvium (de notariis S. I. M. 4), et Goebelium (Baring clav. dipl. 198), et Vossium (art. gramm. I. 41. Oper. T. II. p. 50), et Nicolaum (de sigl. 7. et 16), et Sertorium Ursatum (de sigl. Rom. praef. in Graev. Thes. XI. 513), et Hugonem (de prima scr. or. 172. 176), et Janum a Porta (de occult. lit. not. L. I. C. 13. p. 58), et Waltherum (Miscell. L. II. C. 12), et Audrichium (Instit. antiqu. p. 153), et scriptorem anonymum, qui sub literis M. A. V. N. latet (in antiqu. Rom. expl. 133), et Corsinum (de not. Graecor. prolegom.), et Arevalum (ad Prudent. Hymn. IX. Peristeph. S. Cassiani n. 23. T. II. p. 1053), et Vignerum, Petitum, aliosque plures.

§. 62. „Ecquis" inquit Funccius (de script. vet. p. 182) „laborem „tantum in ejusmodi notis perquirendis observandisque citra nau„seam subire poterit? Vel quis tot sibi characteres effingat, quot „rebus singulis, quae usu venire possunt, ut singuli aptentur, suf„ficiunt? Nemo certe hunc verborum indicem ita sibi familiarem „reddere, et memoria fideliter retinere poterit, ut paucis dierum „quae scripsit, ipse, rerum conscius, omnia interpretari, nedum „ad longam posteritatem, qui finis scripturae est, propagare va„leat." Jam vero vir doctissimus, aliique, qui idem sentiunt, ex hac ipsa argumentatione sibi persuasum habere debebant, notas non posse scripturam esse, quae signis constet arbitrariis. De qno quidem diligentiori disputationi non immorabimur, quum certi simus, omnes, qui hanc nostram commentationem perlegere

haud gravati fuerint, rem ipsam intellecturos; attamen pauca, quae ab instituto nostro non aliena sunt, hoc loco non praetermittemus.

§. 63. Certum nobis est et exploratum, notarum characteres ea potissimum de causa, quod plurimi forma essent insueta, impedimento fuisse, quo minus literae in iis agnoscerentur. Nemo fere quisquam est, qui dubitet,  apud Magnonem, (Gothofr. 1493) sive figuram inversam  in numis Pipini regis (Le Blanc monet. Franc. 89. Eckhart Franc. orient. I. 599), legendam esse: REX. Quid autem aliud Tironianum  = *Rex* (46) iis est, qui exercitatione assecuti sunt, ut in charactere  literam R (§. 133) cognoscerent? In utroque enim scribendi compendio litera X eodem modo fingitur. Quae quum ita sint, Cujacius, qui et Corsinum (l. laud.) in errorem induxit, non sentire videtur, quam se ipsum refutet, utpote qui, quum trita in jure formula *Dolus malus abesto* per siglas quidem scriberetur D. M. A. per notas vero Tironianas , inde perspicue probare conatur, has, quas cum illis comparat, minime veras esse literas, sed nihil nisi signa arbitraria. Quae quam fallax sit argumentatio, ex analysi notae facile animadverti potest.  enim nihil est aliud nisi D (§. 101),  aperte est M (§. 120), atque  ipsum Tironianum A (§. 94). In utroque igitur scribendi genere eaedem sunt siglae. Neque melius falsam illam opinionem defendit Vossius (l. laud.) dum exempli causa afferret nomen *Respublica*, quod per siglas

R. P. per notas vero Tironianas  scribatur. Nonne enim  est R (§. 133) ac  = P (§. 125)? Pariter errat Nicolai (de sigl. 7), ad notam  = *Mundum* (163) provocans. Sed et Brencmannus hoc loco notandus, qui (hist. pand. 118) contra *Omnino* inquit *ab his* (notis Tironianis) *diversae sunt siglae*. Licet enim siglae et notae Tironianae minime sint vocabula synonyma, non tamen inficiandum est, has quoque saepissime siglis constare (§. 232).

§. 64. Quodsi scriptores antiquiores, subsidiorum tantum non omnium expertes, via quasi nondum aperta et monstrata, in hunc errorem incurrerunt, facile iis ignoscitur. Sin nostra etiam memoria, postquam Toustinius ad notarum scientiam facem praetulit, auctor recentissimus (Lennep de Tirone. Amstel. 1804. p. 77. 69) quasi ex tripode dictat: „Sunt notae illae *manifesto* (?) non „siglae, non literae, sed *a literis diversi* quidam *characteres* sive „*ficta signa;*" iste haud immerito vituperatur. Licet enim non flagitemus, ut, qui de Ciceronis liberto disputet, perspicua etiam notarum Tironianarum cognitione sit imbutus; nequaquam tamen ferre possumus, eum audaciter decernere et temere judicare de re, cujus est imperitus.

§. 65. Vere dolemus, librum, qui, ut scripturae Tironianae elementa ipsa tradat, scriptus est, eodem gravissimo errore squalere, Carpentieri nimirum alphabetum Tironianum, quo (praef.

p. IV) sententia nobis obtruditur, *Notas, tametsi literarum vim habeant, literas tamen nequaquam esse, adeoque his notis scripta et Latine et Graece* (ut ea ne vertere quidem necesse sit) *legi posse, quum haec scriptio Graece quidem originis, a Romanis vero ad Latina exprimenda usurpata sit.* Profecto absurdissima sunt, quae ex his sequuntur. Ita enim, ut hac utar nota,  Graecum quidem vocabulum *βασιλεὺς* ab initio et proprie significasset; eadem autem, una cum ejus significatione Romanis tradita, ab his Latine lecta esset *Rex.* Quo ineptius certe nihil Carpentier statuere potuit! Fuere tamen, qui ejus librum laudarent, et *facilem atque expeditam viam notas Tironianas legendi auctorem invenisse* (Bouquet Rer. Gall. script. VI. 633) affirmarent: quod quidem de illo judicium summam hujus artis prodit ignorantiam.

§. 66. Neque meliorem notarum cognitionem arguit libri novissimi (Klüber de kryptograph. p. 10. §. 16) locus, ubi auctor *Interpretatio* inquit *notarum Tironianarum, quibus tot diplomata exarata sunt* (immo melius: quae in quibusdam diplomatibus adhibentur. v. §. 14), *clarissimis earum interpretibus, Grutero* (at ille collectionem tantum notarum edidit, et non modo non interpretatus est, sed ne unam quidem notam vere legere potuit. v. §. 72. 73), *Carpentiero* (is a recta via quam longissime aberravit v. §. 65. 77. 298. 363), (*Gerrardio* siglas is explicuit, de Tironianis notis ne syllabam quidem protulit), *Lichten-*

bergio (specimina, quae ab eo vulgata sunt, nequaquam satisfaciunt v. §. 440), *tam prospere non cessisset, nisi artem decifratoriam adhibuissent.* Haec ille. At quae, obsecro, arti decifratoriae cum lectione hujus scripturae, quae veris constat literis, communis est ratio? Qui tandem fieri potest, ut ad notas, quae innumeras habent syncopas, illa adhibeatur vel applicetur? Nonne id etiam miremur, quod, quum tot scriptores *clarissimorum* interpretum nomine immerito decorentur, Toustinius silentio praeteritur, *Toustinius,* inquam, qui solus hujus artis praecepta, non omnino improbanda, tradidit (§. 78), atque notarum cognitione omnes longe superavit?

CAPUT QUINTUM.

Notitia literaria.

§. 67. Primus, quod sciam, notarum Tironianarum figuram formamque vulgavit Trithemius abbas, qui anno millesimo quingentesimo decimo quinto diem obiit. At is non nisi triginta, easque male delineatas, (in polygraph. p. 601) edidit. Hunc excepit Joannes Baptista Porta, qui (in L. I. C. 13. de occult. lit. notis) tres tantum ligno incidi jussit. Post eum anonymus quidam (ap. Vulcan. de lit. Get. p. 16—30) specimina ejusdem, ut opinor, collectionis, qua Trithemius usus erat, edidit. Integram hanc collectionem primus Gruterus ex duobus libris m. s. publicavit, quae

una cum prima editione *Thesauri inscriptionum*, quem idem auctor congessit, in lucem prodiit, peculiarem autem titulum habet, cui subjicitur: *Ex officina Commeliniana CIƆIƆCIII.* Meminit quidem Valerius Andreas (bibl. Belgica 439) cujusdam editionis anni MDCI, quam exstitisse eo omnino confirmari videtur, quod Gruterus opus Smetii, ut tredecim ante annis editum, (in praefatione illius thesauri) commemorat, Smetii autem liber re vera anno millesimo quingentesimo octogesimo octavo typis mandatus fuit: at alibi nusquam hanc thesauri editionem laudatam reperi, quin et ipsum Graevium fugit. Neque eam admittunt editionis (sine anno), quam ego possideo, verba, quae post privilegium adduntur: *Imposita ultima manus operi XIII Septemb. MDCIII.* Unde et Actorum eruditorum (*Lips. Suppl. V.* 2) auctores, qui editionem anni millesimi sexcentesimi secundi tangunt, pariter errasse patet.

§. 68. Eadem officina Commeliniana Heidelbergae eodem anno aliud opus typis exscribendum curavit, quod inscribitur: *M. Aennaei Senecae Rhetoris svasoriae, controversiae, declamationumque excerpta, ab Andr. Schotto castigata — L. Aenaei Senecae M. F. Philosophi opera a M. Ant. Mureto correcta — adjectae et notae Romanorum veter. vulgo Senecae ac Tironis nomine insignitae; nunquam ante hac editae. In bibl. Commeliniano MDCIII* (male in bibl. Lat. T. II. p. 113. Fabricius: *MDCIV*). Cujus inscriptionis verba ultima *Numquam antehac*

editae satis docent, ante hunc annum hasce notas nondum fuisse editas. Ad utriusque vero libri, et Gruteri, et Senecae, editionem iidem typi et notarum figurae ligno incisae a Commelino commode adhibitae fuisse videntur.

§. 69. Semper deinde haec Tironianarum notarum collectio una cum Thesauro inscriptionum prodiit. Cujus licet novissima Amstelodamensis editio in ceteris magni sit aestimanda, in notarum tamen collectione priores editiones multo ei praestare censemus. In hac enim notae imminutae atque in angustius spatium contractae sunt, quo commodius aeri inciderentur, unde minus distinctae comparent. In illis ligno incisae eadem sunt magnitudine, qua in ipsis libris manu scriptis, ideoque multo clariores. Superiorum praeterea editionum menda non modo in novissimam irrepserunt, sed etiam pluribus sunt aucta. Ita quum in figuris notarum  — *Subter* (1) *Nihil* (4) *Quaecum* (5) cet. pars ligni casu excidisset, haec eadem menda in iisdem figuris aeri incisis novissima editio imitatione expressit. Plures notae, quae in prioribus editionibus bene sunt pictae, in hac valde sunt depravatae, ut in principio litera , nota  — *Movet*,  — *Ferramentum*,  — *Desine*,  — *Quippe* cet. Quae denique suppleri debebant, ea suppleta non sunt. Ita legitur *Neque* pro *Neque negat*. Cujus quidem generis observationes in infinitum cumulari possent.

§. 70. Sed in examinandis variis editionibus ne diutius commoremur, nunc persequamur, quae collectione ipsa continentur. Ejus igitur auctores id tantum egerunt, ut notas in columnis dispositas pingerent, adjecta quidem earum significatione, at nulla prorsus habita explicationis ratione, cujus ipsos ignaros fuisse probabile est. Obscuram saepe videmus interpretationem notarum ipsam. Ecquis enim erit, qui intelligat (26) *I potes, I non potes, I potuit, I debet, I solet, Re potes, Re non potes, Re potuit, Re debet, Re solet* (§. 226)? Ordo auctoribus placuit nullus, neque literarum, neque systematis cujusquam, nisi fortasse illum spectes ordinem, quo primitiva derivatis anteponuntur (§. 172. 329). Neque, ut in vulgaribus lexicis fit, primam verborum singularis numeri personam, sed tertiam positam reperies, qui Hebraeorum mos est, in glossariis etiam Graecis et Latinis antiquioribus servatus. Quapropter quum e. c. quaesiveris verbum *Amare*, non reperies *Amo*, sed *Amat* (60), et sic in ceteris. Hanc autem verba disponendi rationem eo consilio adhibitam esse censemus, ut conjugationes verborum discernantur. Si enim, ut hoc utar, *Lego* scribitur, non liquet, utrum sit primae an secundae conjugationis: cujus utriusque verbi si tertia persona praesentis *Legit* et *Legat* ponitur, satis intelligitur, utrius sit conjugationis.

§. 71. Numerum notarum, quae in collectione reperiuntur, viginti sex millia esse, Benedictini (in nov. op. dipl. III. 580) dicunt, quos, re non examinata, temere secuti sunt Gattererus

(in elementis artis diplomaticae pag. 80. §. 71), Gruberus (syst. I. 143. §. 29), Schwartnerus (in art. dipl. Hung. 68. §. 58), Schwabius (institut. dipl. 61. §. 40). Huchius (literat. dipl. 272) viginti quinque millia esse dicit; Schoenemannus (syst. I. 597) plus viginti millibus. Quodsi collectionem Gruterianam ipsam perlustraveris, videbis, eam centenas nonaginta novem paginas continere, quarum quaelibet tres columnas, singulae vero columnae ad viginti duas notas habent, unde summa efficitur notarum tredecim millium centum et triginta quatuor.


§. 72. Gruterum ipsum, virum alioquin de literis optime meritum, nullum doctrinae, qua praestabat, specimen in curanda notarum editione dedisse, equidem censeo; parumque hoc opus nosse videntur, qui illum ex numero optimorum notarum Tironianarum interpretum esse dicunt (§. 66). Significatio enim, quae cuique notae in collectione apponitur, non ab ipso est profecta, sed priscis illis scriptoribus, qui primi notas collegere, debetur. Deinde vel ex ipsa columnarum dispositione satis patet, elementis notarum Gruterum parum fuisse imbutum. Quum enim paginae LXIII columna secunda finiret nota  = *Solum,* tertiaeque initium esset  = *Solamentum*, ille terminationem \ = *um*, quam ad complendum nomen *Solum* subter  poni necesse erat, in tertiam columnam rejiciens, super nota *Solamentum*, quasi ad hanc pertineret, collocavit. Quo factum est, ut terminatio \. , quae ad absolvendam notam *Sola-*

MENTUM necessaria erat, non sub hac, sed super ea poneretur, quae sequitur, *Solum vertit*, et hujus terminatio IT super sequenti nota, adeoque in hac columna quaelibet terminatio sequentis notae esse videatur, ad quam minime pertinet.

§. 73. In adpendice vero collectionis, qua *critici* munus suscipit Gruterus, nihil fere inest, quod non ignorationem notarum vel simplicissimarum et intellectu facillimarum arguat. Sic ad = *Nomenculatus* (55) monet: „Praetulerim scripturam „m. s. Pistoriani *Nomenculator*." Sed aut terminatio = *tus in* = *or* mutanda est, ut in libro Cassellano factum esse vidimus, aut lectio *Nomenculatus* immutata servari debet. Ad notam = *Soccubat* (59) „Melius" inquit „alter m. s. litera minus *Soc*„*cuba*." Quae autem principali notae praemissa est terminatio , ea aperte *at* significat. Notam = *Cellarium* (162) legere mavult *Cellarius*. Quum vero = *rium* ibi pictum sit, non = *rius;* lectio illa mutari nequit. Vocabulum *Hidra* cum *Hidria* permutandum esse existimat. Sed notam = *Hydra* terminans est *a*, non *ia*, quod notatur. — Quid multa? Mirifice errat Gruterus, tam in legendis notis, quam in emendandis significationibus, quae eis adscriptae sunt. Attamen collectio ipsa, quam vulgavit, non leve est praesidium ad discendas notas Tironianas.

§. 74. Hoc autem subsidio ut commode uti aliquis possit, antea multum operae ei collocandum erit in exemplo suo ad usum

aptando. Ac priorum quidem editionum figuras ligno incisas, novissimis, quae aeri insculptae, et non nisi imitando ex illis sunt expressae, longe anteponendas esse, supra (§. 69) diximus. Ex superioribus igitur editionibus aliquam sibi comparet. Deinde quum Gruteri thesaurus totus eo sit ambitu, eaque mole, ut commode tractari non possit; separet adpendicem, quae notarum collectionem comprehendit. Tum id teneat, notarum figuras in tabulas quidem ligni incisas esse, quarum quaevis integram complectitur columnam; significationes vero, quae notis additae sunt, typis esse impressas mobilibus, iisque vulgaribus. Quare, quum hae saepius ex locis suis typographorum culpa amotae sint, quamlibet suae notae, linea interjecta, restituat. In pagina igitur XL, ut hac utar, significationes, quae perverso ordine notis additae sunt, sic reponat:



Etenim vocabulum, *Substantia* non est significatio primae notae, cui est adjecta, sed secundae; vocabulum, *Constantia* non

secundae, sed tertiae; similisque trajectio et in reliquis probe notanda. Quod qui neglexerit, facile falletur, et frustra librum pervolutabit.

§. 75. Id etiam notandum, in additis vocabulorum compositorum et derivatorum, significationibus, in quibus prima tantum pars verbi adscripta est, primitiva semper fere esse supplenda. Haec enim in compositis et derivatis, ne eadem saepius repetantur, per totum fere opus sunt omissa; ut in pagina VII

Erat
Ad (Intellige *Aderat*,
Fuit
A *Afuit*
Ad *Adfuit*).

Suppleat igitur haec et ejusdem generis alia in suo exemplo notarum studiosus, ne in legendo haereat. At caute et circumspecte hoc agat. Non enim ubique vocabulum antecedens ad id, quod proxime sequitur, simpliciter est adscribendum, sed cum intelligentia et judicio id eligendum, quod convenit; ut in paginae LI verbis

Credit *Credidit* *Con* *Con*

utrumque ita supplendum est, ut in illo *Con* adscribatur *credit*, in hoc *credidit*. In pagina LVI

Splendescit *Res*

hoc minime est *Resplendescit*, sed *Resplendet*.

In pagina LXI

Excandet	
Ex	(l. *Excandit*)

In pagina LXXVII

Signum	
Ad	(l. *Adsignat*)
Con	(*Consignat*)
Adsuetus	
Con	(*Consuescit*)
Con	(*Consuevit*)
Con	(*Consuetus*)
Con	(*Consuetudo*)

In pagina CV

Relinquit	
Re	(l. *Reliquit*)
De	(*Derelinquit*)
De	(*Dereliquit*),

ubi cave, ne *Delinquit*, *Deliquit* legas. Difficillima autem est vitiorum quum in notarum figuris, tum in significationibus additis, emendatio; neque potest institui, nisi hoc scribendi genere accuratius cognito ac perspecto. Plura nosse qui desiderant, lexicon nostrum adeant, in quo innumera collectionis Gruterianae menda corriguntur.

§. 76. Inde ab ista collectionis editione nemo, quod sciam, ad explicandam Tironianam scripturam operam studiumque contulit, ad id tempus usque, quo Mabillon praestans et immortale opus *de re diplomatica* in lucem protulit. Licet autem hujus libri pagina 457 tota notis Tironianis sit repleta, iis tamen parum proficitur. Namque non solum sunt desumta haec specimina ex collectione Hammonis, qui fons est fidei admodum dubiae, sed scatent etiam mendis. Id quod testantur notae *Ad*, *Ab*, *Con*,

Ob, *Animam*, *Bonitatem* cet. quae fere omnes perverse sunt repraesentatae. Praeterea ex Mabillonii scriptis ubique intelligitur, eum in notarum arte parum vel omnino non fuisse versatum. Neque operae pretium fecisse videtur, qui proximus ab eo est Goebelius, a quo (dissert. de notariis 1723. §. III. in Baring. clav. dipl. p. 198) notae quidem Tironianae, sed decem tantum, vulgatae sunt.

§. 77. Subsidium certe majus et gratius submisit Carpentierus, quum anno MDCCXLVII *Alphabetum Tironianum seu notas Tironis explicandi methodum* (v. Act. Erud. Lips. 1748. p. 477) ederet. At rara tantum materia et supellex in hoc opere spectanda est. Licet enim propositum auctori fuerit, tum notas, quae in collectione Gruteri nullo prorsus ordine dispositae sunt (§. 70), ad usum magis accommodare, tum diplomatarium Ludovici Pii, notis exaratum, in lucem e tenebris vocare; ille tamen ad vanum et irritum redactus est labor. Ut enim taceam notarum paucitatem, quae octo tantum paginas occupant, Carpentierum negotio, quod suscepit, minime parem fuisse, satis apparet. Notas, e. c. quas ordine literarum disposuit, ex vocabulorum tantummodo significatione, quam aliunde norat (§. 364), divinavit, non legit. Quo evenit, ut in tabula prima notas vocabulorum *Ethiopia*, *Eternae*, literae A subjiceret, et *χoris*, quae a Chi Graeco incipit, literae C, ad eandemque literam referret notas a K incipientes vocabulorum *Kanibus*, *Karitate*, *Karo*, *Karoli*, *Karorum*.

Quorum quidem exemplorum numero augendo hic supersedemus, de hoc opere judicaturi (§ 363), quum librum m. s. ipsum, ex quo sua petiit, recensebimus.

§. 78. Carpentierum ceterosque longe superavit alter ex duobus Benedictinis, quibus acceptum referimus *novum opus diplomaticum*, Toustinius nomine (male Tassinium, qui illius in curando opere socius fuit, appellat Schoenemannus). Is in volumine tertio primi exemplaris Gallici, sive quinto versionis Germanicae, Tironianas explicare instituit notas. Quousque in hoc studio processerit vir egregius, nemo Schoenemanno (syst. I. 597) exposuit argutius. Quum autem postulatis Benedictinus passim utatur intolerabilibus, terminisque technicis, qui aliis non sunt noti, neque intellectu faciles; his quidem ipsis commentationi ejus multum derogatur: quae versione Germanica pessime etiam corrumpitur (Gattereri bibl. hist. univ. XIII. 206) et obscuratur.

§. 79. Quamvis autem Toustinius et iis, qui ante eum, et qui post eum operam suam in hoc scribendi genere posuerunt, vel ingenio vel industria longe excelluerit; artem tamen ipsam non tradidit, neque ad praecepta revocavit, id quod socius ejus ipse vidit, et (Nov. op. dipl. T. II. praef. p. XX.) ingenue est confessus. In notarum etiam analysi saepissime labitur. Quos quidem lapsus, quum omne initium difficile sit, ei non imputamus. Hoc imputamus, quod opem, quam ex collectione Gruteriana petere debebat, non petiit. Ut autem doceamus, judicium nostrum

non esse iniquum, primas tantum lineas diplomatis, quod speciminis gratia ille proposuit, cum cujuslibet notae explicatione, et Toustiniana et nostra, hic subjungimus:

DC*t* De(*e*)*t*	I*rm* IL*em*	DΓ*t* D(*i*)*t*(*atem*)	*praedecessorum*	S*r* *So*(*r*)*u*(*m*)	P*e* P*e*
F*a* F*t*(*a*)	*inviolabiliter*	C(*on*)SV*r* C(*on*)R*are*	T (*e*)T (§. 265)	*censurae*	S*e* S*e*
A*t* A*t*(*ate*)	A*l*t A(*l*)*t*(*e*)*r*	C(*on*) F*ar* C(*on*) F*ar* (*e*)	V*t* V(*t*)	VI*t* U(*i*)L(*e*)*t*	MVN*s* M(*u*)N.
t O. O*t*. (§. 241)	P*m* P(*r*)*u*(*m*)	A*t* A*t* (*ate*)	C(*on*)L*m* C(*on*)L*t* u(*m*)	VL UL	
C(*on*)F*m* C(*on*)F*tu*(*m*)	A*b*H*s* A(*b*)H(*is*)	cet.			

Quae ita sunt legenda: „Decet imperialem dignitatem praedeces„sorum suorum pie facta inviolabiliter conservare et censurae „suae auctoritate alacriter confirmare, ut videlicet munus tot prin-

„cipum auctoritate collatum vel confirmatum ab his" cet. — Certe Toustinius si collectione Gruteri usus esset, syllabam = *de* (27) a literis DC distinxisset, extensam et protractam literam = L, saepius obviam, non R putasset, ac significationes τῶν = *em* (24) = *di* (27) = *tatem* (24) = *orum* (23) = *ta* (29) = *are* (22) = *tate* (24) = *ter* (1) = *tot* (16) = *um* (24) = *tum* (4) cet. didicisset.

§. 80. Benedictinum excepit Joannes Christophorus Gatterer, celeberrimus inter Germanos artis diplomaticae magister, qui in elementis anno 1765 editis quatuor paragraphis (68 — 71) rudimenta hujus tachygraphiae tradere instituit. Optime ille quidem, quae in ratione notas Tironianas explicandi desiderantur, exposuit et quasi digito ostendit; ipse autem non persecutus est. Praeterea quae de notis praecepit, maxime earum analysis et enodatio, vix mediocrem hujus scripturae cognitionem produnt. Neque fere ullam ex omnibus notam ab eo in partes recte dissolutam esse arbitramur. E. c. = *Villicus* (63), U(*il*)C. est, non *Vlcu*, ut ille interpretatur. Nota = *Vir bonus* (56) literis UBO aperte constat, non literis VBS. Neque in = *Verbum* (43*), litera b, quam in hac nota sibi videtur reperire, comparet. Nota = *Eructavit* (154*) repetenda est a =

RCat — *Ructat* (154), quippe ex literis ERC*vit* composita, non ex E*ructvit*, cet. Ut itaque illum in notarum scientia non nisi commoratum esse, nequaquam habitasse, recte dicamus, id quod et ipse ingenue fateri videtur. Sit ergo ei terra levis! — Idem de Schoenemanno (art. dipl. syst. I. §. 164. p. 594 — 605), acerrimi licet ingenii viro, dictum esse volumus.

§. 81. Ne quis autem existimet, opus nos moliri, quod alibi forte jam perfectum exstet; duarum etiam commentationum, in scriniis adhuc latentium, mentionem faciamus. In bibliotheca Vaticani Ottoboniana servatur liber manu scriptus, qui n. 2971 notatur, atque inscribitur: „Jo. Bapt. Guazzeronii veterum Romanorum notarum interpretatio, notarum loca quasi „6400, explicationes vero supra 10720 complectens." Cujus quum Arevalus in luculenta operum Isidori editione, ubi de variis notarum generibus, ut et de Tironianis, agit, meminerit, caveat lector, ne, harum explicationem illo contineri, sibi persuadeat. Etenim siglas tantum Romanorum ex inscriptionibus lapidum et numismatum Guazzeronium interpretatum esse, literis Roma nuper allatis certiores facti sumus.

§. 82. Alterum, quod huc spectat, ineditum opus orbi literato jam pridem notum est. Anno enim MDCCLXVIII Lud. Christian. Lichtenbergius, Gothanus, in manibus sibi esse lexicon Tironianum, idque unius mensis spatio se absoluturum (in Gatter. bibl. hist. univ. XIII. 4), eruditis hominibus nuntiavit.

Attamen, licet ex eo tempore amplius anni quadraginta sint elapsi, ne his quidem diebus prodiit. Magna doctos viros (Gatter. ephem. hist. I. 93. Art. dipl. delin. 1798. 37. §. 44. Schoenemann syst. I. 605) de hoc opere spes tenebat. Me non item. Quum enim Lichtenbergius jam tum fateretur, se alphabetum hujus scripturae eruendi facultatem nondum consecutum, nihiloque minus lexicon paene absolutum esse testaretur; de prospero successu illico desperavi. Qualis enim, quaeso, in lexico esse posset notarum ordo, nisi literarum, quas ille ignorare fassus est? In suspicionem igitur incidi, notas eum tractasse ut signa occulta sive σημεῖα; neque eas in partes, quibus constant, dissolvere potuisse, neque in alium ordinem redegisse, nisi secundum formam externam sive figurarum similitudinem, Sinensium characterum instar.

§. 83. Hanc meam opinionem omnino confirmavit specimen hujus operis, per celeberrimum Jacobs mihi Gotha nuper transmissum, ex quo, ut et alii de eo judicare possint, quinque notas, ab eadem litera incipientes, hic inserere libet:

 *potio*  *popina*  *policulae* *pothiculae*  *Philidorus* *Polidorus*

 *politissimus.*

Perturbatus profecto est ordo harum notarum, quippe quae hasce complectantur literas P(*c*)T. P(*c*)P(*i*)*a*. P(*o*)L(*i*)*e*. P(*ol*)DOR. P(*ol*)*mus*. Quanto igitur perturbatior ordo erit, ubi vel prima notae pars pluribus literis est similis, ut | — F literae | — T,

1 — P literae 1 — R, ꝗ — Q literae ꝗ — R, — — E literae — — T, ⊂ — Q literae ⊂ — C, < — K syllabae < — AN cet.?

§. 84. Certum equidem habeo, neminem, qui hanc ingreditur viam, quae ad divinandas tantum, nequaquam ad intelligendas notas ducit, veram hujus scriptionis cognitionem unquam assecuturum esse. Neque enim ulla nota hoc modo explicatur; neque ratio redditur, cur, quod cuique notae adpositum est, vocabulum ea ipsa significetur. Praeterea in adpendice operis quaedam his notis scripta, exercendi causa, adjiciuntur: quae, licet signis datis scribere facile sit, mendis tamen ita scatent, ut facile appareat, Lichtenbergium oneri, quod susceperat, sustinendo parem non fuisse. Id quod etiam speciminibus ab eodem auctore (in bibl. hist. univ. I. 14) editis confirmatur. Sed de his infra (§. 440) videbimus.

§. 85. Multa itaque egerunt, qui rem adhuc tractaverunt; sed eam non peregerunt, viaque plurimi incerta huc illuc cursarunt. Quare rem arduam me aggredi minime ignoro, a Schoenemanno (I. 604) etiam edoctus, *felix notarum Tironianarum studium ab iis tantum, qui palaeographiae peritissimi sint, exspectari deberi; atque veteranorum ex palaeographis solummodo esse, praecepta de hoc scribendi genere tradere.* Neque me fugit, Gattererum (elem. 76. §. 69) fateri, *Notas Tironianas, velut tot Sphingis aenigmata, Oedipos adhuc exspectare, qui eas,*

explicent, et ad usum reipublicae literariae accommodent. Attamen his ego me deterreri non sum passus, licet Oedipum me esse minime profitear. Quod enim tandem doctrinarum genus est ita beatum, ut nihil ei insit, de quo dubitari queat. Utrum jurisprudentia, in qua jampridem Juvenalis tot *juris nodos et legum aenigmata* deprehendit? An medendi ars, quam Hippocrates ipse fatetur difficilem esse et *experimento fallacem?* An reliquae, quarum nulla non manifesta humanae vel imbecillitatis vel ignorantiae signa prae se fert? Quicunque igitur subtilioris rerum cognitionis cupiditate tenetur, ne is animum abjiciat, impedimentis cedens; sed contra audentior eat!

CAPUT SEXTUM.

Elementa notarum.

§. 86. Quoniam in verbis sumus faciles, atque ad usum loquendi libenter nos accommodamus (§. 35); nomen quidem *Notarum*, quod huic scripturae jam pridem est inditum, aspernari nolumus, modo ne ex hac appellatione colligatur, hoc genus scribendi literis vacare, scripturamque esse vere realem. Usurpentur etiam, per nos licet, termini a Toustinio inventi: *Signum principale* et *Signum auxiliare*, ut notae  = *Virtus* (8) prior pars, notae autem  = *Totus* (47) pars posterior signum principale sit, quod autem utrique commune est  = *tus*

signum auxiliare appelletur. Sit ita: modo liceat, *Signi* nomine literas sive singulas, sive plures, comprehendere. Negamus enim et pernegamus, signa, sive principalia, sive auxiliaria, *σημεῖα* esse ad libitum excogitata; sed veris ex literis, leviter tantum pictis, et magis magisque festinanter scriptis, ea orta esse demonstrabimus (259): quod de iis etiam affirmare non verebimur, de quarum forma ob longum temporis intervallum ratio jam reddi nequit (§. 249). De Plutarchi igitur verbis (§. 25) *Ciceronem scribas docuisse σημεῖα, ἐν μικροῖς καὶ βράχεσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα*, si quidem illum notas Tironianas in mente habuisse ponere liceat, ita sentimus, *σημείων* nomen ei, qui notas cum vulgaribus literis obiter fortasse contulerit, quodammodo ignoscendum; analyseos vero ratione habita, nomen illud minime probandum esse.

§. 87. Veris literis omnino constant Tironianae notae; neque signa sunt, quae, ut Sinensia, nullo interveniente vocis sono, cogitatione proxime percipiuntur. Si enim ex eo essent genere; unum idemque vocabulum, prout diversa in eo spectatur orthographia, diversa ratione nequaquam notari posset (§. 312. 174). Neque una eademque nota diversas significaret res, ut  — *Commeatus*, et *transitum* (85), et nomen proprium *Commeati*, notarii Ludovici Pii (§. 415). Solius literatae scripturae, quae soni tantum interventu intelligitur, ea est natura; neutiquam rea-

lis, quae, vocis sono non indigens, mente et intelligentia percipitur.

§. 88. Tria sunt, quae moram et impedimentum inferunt iis, qui notarum analysin exercent. Primum, quod ab antiquis interpretibus, qui notis significationem addiderunt, nulla literarum, compendii causa omissarum, mentio est facta. Secundum, quod saepius orthographia plane diversa ab illa, quae re ipsa in notis latet (§. 298), substituta et reposita reperitur. Tertium, quod interpretes illi, elementorum jam ignari, supervacaneis additamentis eas non raro corruperunt (§. 181. 182).

§. 89. Literae, quibus notae Tironianae constant, ex genere sunt *Majuscularum* (§. 193, 165), non semper quidem justa forma, id est, haud ubique *perfecte Capitales*, sed ut accommodatum est naturae hujus festinantis scriptionis, saepe *Unciales*. Decurtatio, quae in notis est frequentissima, non solum in verbis deprehenditur, verum etiam in singulis literis, ex quibus paucissimae sunt perfectae, sed pleraeque omnes truncatae. Earum facies sive forma non semper eadem, sed mutabilis, inconstans, et varia est, praesertim quum junguntur vicinis; quod idem in vulgari scriptura currenti accidere solet. Ordo denique, quo singulae singulis succedunt, mutata earum statione, monogrammata adhibendo saepius turbatur.

§. 90. Haec igitur scriptura quum tot tantaque habeat peculiaria et prorsus singularia; eo quidem ipso legendi difficultatem


admodum augeri, facile intelligitur. Truncata quoque et mutata literarum forma effecit, ut vel doctissimis (Benedictinis in nov. op. dipl. III. 593. Gatterero in elem. 45. §. 42. p. 76. §. 68. Schwartnero l. l. 67. §. 57. Grubero in syst. I. 139. Schoenemanno I. 559) utrumque literarum minutarum genus in notis inesse videretur. In quam opinionem varia unius ejusdemque literae forma illos adduxit; cujus causam (§. 91) quum ignorarent, in notis tantum reperiri hanc varietatem, putabant. At cernitur quam frequentissime una eademque litera sub forma plane diversa vel in libris, qui vulgaribus literis exarati exstant, neque in iis solum, qui literis currentibus, sed etiam, qui majusculis scripti sunt. Considerentur velim literae R et S in Pandectis Florentinis (Brencmann 111), quam maxime variatae; item literae Q triplex forma in tribus ne absolutis quidem versibus (Nov. op. dipl. T. II. Tab. 24. IV. 4). Plura ejusdem generis exempla hic afferre nolumus, quippe qui alphabeto Tironiano ipso, quod mox enodabimus, opinionem illorum penitus infringemus.


§. 91. Quum Romani tot tantaque, quin ipsas etiam literas, a Graecis acceperint; mirum quidem non videtur, in notis Tironianis, ut in aliis antiquis scriptis Latinis (Nov. op. dipl. III. 84 seq. Spanheim de usu et praest. num. Diss. II. p. 55. 56. ed. 1671), Graecos quoque cerni characteres: quaeri tamen potest, cur e. c. Graeca litera ω interdum usurpetur in mediis Latinis, atque in iis etiam vocabulis, in quibus eam inesse non attinet. Causa nobis esse

videtur haec, ut vocabula diversa, quam maxime concisa, indeque ad paucas easdemque saepe literas revocata, possint discerni (§. 159. 211. 324). Notas autem Tironianas ipsas Graecae esse originis (§. 21. 495), commentum est eorum, qui elementorum hujus scripturae sunt ignarissimi. Quid denique intersit inter Graecorum et Romanorum tachygraphiae rationem, infra (§. 497 seq.) exponemus.

§. 92. Ex literis cohaerentibus, praesertim si fugaciter exaratae sunt, alphabetum vix erui, ex eo facile intelligitur, quod quaevis litera, tam propter conjunctionem cum vicina, quam propter festinationem scribentis, innumeris mutationibus est obnoxia. Quanto igitur difficilius ex notis Tironianis alphabetum excerpetur, quum literae, quibus constant, etiam truncatae et admodum mutilatae sint! Attamen periculum faciemus extricandi praecipuas earum figuras, quarum in notitiam ut nos insinuemus ante omnia necesse est. Nequaquam autem in hoc acquiescemus; sed praeterea considerabimus, quomodo literae ligentur et copulentur, quotque modis mutilentur et decurtentur. Utriusque rei ratio a nobis habita est in alphabeti, quod subjungimus, explicatione.

§. 93. Alphabetum igitur Tironianum hoc est:





Praecipuas tantum literarum figuras expressimus. Ecquis enim erit, qui omnes earum formas tradat? quum in infinitum mutentur, prout vel cum antecedentibus et subsequentibus literis conjunguntur, vel mutilantur, vel characterum inclinatio (§. 147 seq.) variatur.

§. 94. **A.** Usitatissimis hujus literae in Tironiana scriptura formis adnumeramus Λ et h. Hac quidem sola, sine puncto, praepositio *A* (26); cum puncto vocabula h — *Arbiter* (52), ·h — *Amicus* (59), .h — *Ager* (61), h — *Animus* (45), aliaque significantur. Illa cernitur in notis Λ — *Alius*, Λ — *Alienus* (4), [nota] — *Avium* (63), [nota] — *Attonitus* (118. c), Λ — *Andron* (162*. c). Jam si notarum modo designatarum omnium rationem habueris, sane miraberis singularem prorsus et detortam interpretationem Benedictinorum (in nov. op. dipl. III. 575), Lambda Graecum in nota Λ — *Alius* latere, secundamque vocabuli literam pro sigla adhibitam esse opinantium; quum prima contra ad siglas formandas plerumque usurpari ac poni soleat, et revera hic posita sit. Illa enim literae A forma Λ, in qua linea

transversa omittitur, neutiquam recens est, siquidem et in lapidum titulis antiquissimis (Fabretti inscript. p. 441), et in missione militum honesta, ab imperatore Galba data (Maffei hist. dipl. ad p. 31), et in celeberrimo Virgilii libro m. s. qui olim fuit inter bibliothecae Pithoeanae cimelia (Mabill. ed. II. p. 635. Nov. op. dipl. T. III. Tab. 34. III), et in multis aliis libris vetustissimis comparet; quin etiam Terentianus Maurus grammaticus diserte inquit: *A Latina saepe ut ἄλφα, saepe ut λάμβδα scribitur.*

§. 95. Alteram formam b Schoenemannus (I. 600), fallacem, quam Benedictini (III. 575. 576) ingressi sunt, viam persequens, a litera minuta α ducere laborat. Ea vero aperte manavit ex prima forma Λ. Quemadmodum enim ex hac vulgares formae λ et ƛ sensim sunt enatae; ita eodem quidem ordine, sed inversa ratione, Λ ⋌ ⋌ b. Utrumque igitur Tironianum A ex genere est majuscularum.

§. 96. *A et truncatum et aliis literis junctum.* Abest a prima forma Λ alterutrum plerumque crus. Dextrum in notis \ — *A(b)* (1), ⌊ — A(*u*)G. — *Augur* (92), ⌊o — A(*b*)CO*it* — *Abscondit* (20), ⌊ — A(*u*)C*tio* (94) cet. Sinistrum in / — *Ad* sive *at* (§. 300), /_ — AC (29), ⌊ — ACM(*a*) — *Acroma* (172. c), ⌊ — A(*d*)D*itur* — *Aggreditur* (73) cet. Simili defectu quandoque laborat altera hujus literae forma b. Sinistro

sive curvato crure mutilatur in — AC(*u*). — *Acumen*, — AC(*u*)*it* (120), — AC*us* — *Acerbus* (90), — AF(*r*)*it* — *Animadvertit* (45), — AC*atur* — *Auscultatur* (45) cet. dextro autem, sive virgula erecta, in — SAL (68), — BA. — *Bene sanus* (88), — C(*on*)AL. — *Contumelia* (72) cet.


§. 97. Sed hoc loco pauca videntur esse addenda de *diphthongo AE.* Quae quum medium habeat sonum inter A et E, atque in notis Tironianis varia lineae inclinatione istae vocales ita significentur, ut sit A, — autem E (§. 106); mediam tachygraphi inclinationem adhibuerunt, ut ea notarent AE. Ita quum sint *BE, CE, NE, PE, UE* (26 — 29), ut *BAE, CAE, NAE, PAE, UAE* notis exprimerent, pinxerunt (26 — 29), eandemque diphthongum in syllaba — *Mae* (28) per translationem literae M videmus praefixam, atque in aliis etiam deprehendimus vocabulis, quae ab ea incipiunt, ut in — A(*er*)C*it* — *Aegrescit*, — A(*er*)G. — *Aegritudo* (134), — A(*eq*)L(*is*) — *Aequalis* (76), — A(*eq*)R*or* — *Aequor* (179) cet. Quam tamen hujus diphthongi formam si quis ex Graecorum nota *αι* (§. 487) ducendam esse contenderit, equidem non repugnabo.

§. 98. **B.** Originem haud dubie 3 Tironianum repetit ex forma capitali B. Sic igitur sensim est effictum B β 3. Prima figura est capitalis. Secundam, cujus inferior hemicyclus a virgula erecta declinat, in inscriptionibus antiquis videre licet (Lupi epitaph. Severae martyr. (148), hodieque exstat β in literis Graecis minutis. Tertia, Tironiana ipsa, pro sigla usurpatur vocabuli *Brevis* (6), et cernitur in notis B(*e*)N(*e*) (42), — BG. — *Benignus* (56), — BI*it* — *Bibit* (169), — BL*um* — *Baculum* (115) cet. Quum ex reliquis literis nulla hanc formam haberet, nullumque periculum esset, ne cum alia confunderetur; ista τȣ B figura, dorso mutilata, utebantur tachygraphi, id solum agentes, ut scripturam breviorem redderent. Minutum b, quod Benedictini (III. 576) conspexisse sibi persuaserunt, in notis Tironianis prorsus non exstat, nisi festinantis calami ductum, qui quamlibet aliam literam aeque significare potest (§. 257), pro eo accipere velis.

§. 99. *B et truncatum et aliis literis junctum.* Admodum mutilatur antecedente litera R, ut in — A(*r*)B — *Arbor* (119), — A(*r*)BV(*m*) — *Arbustivum* (119*). Saepius ei deest hemicyclus inferior, qui sequentis literae figura involvitur, ut in — B(*a*)R — *bare* (22), — B(*a*)M(*i*) — *bamini* (22) cet. Interdum, etsi aliis literis junctum, nihilominus integrum comparet; facileque agnoscitur in — C(*u*)B*at* (132), — A(*m*)BL*at* — *Ambulat* (146). Quodsi vocales cum eo conjun-

guntur, quinque syllabae hanc repraesentant formam (26).

§. 100. C. Tironiana hujus literae figura a vulgari non differt. Documento sunt notae — *Cum* — *Ceterum* (6), — C. — *Campus* (63), — *Cit* — *Cedit* (17) cet. *C aliis literis junctum.* Quum ejus forma adeo sit simplex, ut mutilari vix possit, junctam etiam vicinis non difficile est agnoscere. Ita facile discernitur in notis — B(*rt*)C. — *Britannicus* (64), — A(*b*)CO*it* — *Abscondit* (20), — E(*x*)CO*tat* — *Excogitat* (59), — FC*a* — *Fiducia* (57). Modo caveamus, ne situ ejus inverso turbemur. C enim pro varia ejus significatione (§. 264) variaque cum aliis literis conjunctione varie etiam pingitur, tum Ɔ, tum ∩. Etenim prisci aliam prorsus literas ligandi rationem, quam qua nos utimur, secuti sunt, ita ut calami ductus vix ab imo ascenderet, sed plerumque a summo descenderet. Exemplo sit vetustissima, quam cursivam vocant, Romanorum scriptura, quae ex majuscularum literarum genere aeque exiit, magnoque usui esse poterit in aliis etiam alphabeti Tironiani literis cum ea comparandis. Ex actis igitur anno post Christum natum quingentesimo quarto in papyro Niliaco exaratis (Kollarii annal. I. 1027), quorum archetypum Viennae vidi, particulam sive fragmentum speciminis causa subjicio:



i. e. „*ſecundum ſidem inſtrumentorm̄ me optimo jure* (verſ. 2) „*ſuſcipi jubeatiſ legi et actiſ inſerri ipſum quoque ſſ̄* (ſupra ſcriptum) (verſ. 3) „—*uerit uel ſi ſubter ſuſcripſerit et teſtes* „*ut ſuſcri* — — (verſ. 4) *habeat uoluntate hiſ actiſ edicere* „*non gr* — — (verſ. 5) *ſuſcipiantur Inſtrumenta uenditio-* „*num*" —. Hic igitur ratione literarum ligandarum consideretur velim characterum, quos majori forma notavi, conjunctio in vocabulis (vers. 1) *ſid*EM *inſtrum*ENTO*rum m*EO*p*TI*mo* (vers. 3) — *uer*ITU*el u*T *Suſcri* — (vers. 4) *a*CT*is e*DI*c*ER*e n*ON GR —

cet. Similem a summo ad imum calami ductum animadvertimus in conjunctione Tironiani C cum literis sequentibus. Exemplo sint notae — CL*at* — *Clamat* (93), — CA — *Circa* (1), — C(*on*)(*d*)Co — *Conditio* (72), — C(*ircum*)D*at* (20), — C(*ond*)N*at* — *Condonat* (69), cet. Atque ex hac ipsa jungendi ratione pervulgatum illud Ɔ inversum, praepositionem *Con* significans, originem duxisse (§. 264), recte existimamus. Accidit interdum, ut cum aliis literis sociatum C prorsus claudatur, quod cernere licet in notis — IC. — *Jecur*, — IC(*l*)*um* — *Jecusculum*, — I(*c*)N*a* — *Jecinera* (129), — C(*onc*)B*at* — *Concelebrat* (146), — E(*xc*)S*it* — *Exscindit* (134) cet. C quinque vocalibus praepositum hoc est: (26).


§. 101. **D.** Prisca τοῦ δέλτα Graeci forma in notis Tironianis raro reperitur, ut in — DL — *Delphus* (133). Usitatior est altera , qua et Graeci tachygraphi utebantur (§. 484). Romani igitur eam aut ab illis acceperunt, aut, quod magis placet, capitalis D figuram sensim variantes ita forte converterunt, ut gradatim fieret D Ɔ . Penultima ex hisce formis in Romanorum est inscriptionibus (Gruter thes. inscr. 390. 2), in vocabu-

lis AↃLECTO, ↃEC. L. Ↄ. Ↄ. Ↄ. — *Adlecto*, *Dec.* L(*ocus*) D(*atus*) D(*ecreto*) D(*ecurionum*) (Gothofr. col. 1536). Nonne igitur miremur levitatem opinionis, quae Sertorium Ursatum (de not. Rom. in Graev. thes. XI. 531. 668. 801) tenet, „*literae D* „*lineam rectam ob lapidis antiquitatem obliteratam esse, quo* „*factum, ut non nisi* Ↄ *conspiceretur.*" Quid ita? Sexies in diversis ejusdem inscriptionis versibus eadem est forma. An forte in omnibus, casu plane miro, solam, semicirculo salvo, lineam rectam excidisse putemus? — Sed ad Tironianam hujus literae formam ut redeamus, ea haud dubia cernitur in notis — *Dat* (19) — D(*i*)*it* — *Dicit* (10) — D(*i*)M(*e*) — *Dimidium* (93) cet.

§. 102. *D et truncatum et aliis literis junctum.* Quum jungitur antecedenti literae, D aut perfectum conspicitur, ut in — ED — *Aedus* (175) — OD*um* — *Odeum* (172*); aut in circuli similitudinem circumactum, ut in — RD*it* — *Reddit* (20), — I(*n*)D*it* — *Indicit* (10), — A(*d*)D*it* (20), — A(*b*)D*it* (19), atque in omnibus fere vocabulis, quae finiuntur syllaba DO, ut in — S(*il*)D(*o*) — *Similitudo*, — LD(*o*)*o* — *Longitudo*, — LD(*o*)*o* — *Latitudo* (154), — L(*e*)D(*o*)*o* — *Lentitudo* (155) cet. Ratio literam *D* inter *A*(*d*) et *P* inserendi percipi potest ex nota — A(*d*)P. — *Adeptus* (54). Si enim *D* ex ea tollitur, fit — AP. —

Aptus (54). Interdum, sed raro, inferiorem amittit curvaturam, ut in nota = A(*d Sus* = *Ausus* (71), quae ducenda est ab = AD(*e*)*et* = *Audet* (71). Vocales in quinque syllabis parti hujus literae inferiori adhaerent, ut notetur .

§. 103. **E.** Haud quisquam erit, qui dubitet, principalem hujus literae figuram Tironianam ab ϵ unciali, quod lunatum dicunt, ortum trahere. Lineam transversam, quam ejus linguam appellare liceat, jam in scriptura Romana currenti non in medio hemicyclo, sed in apice collocatam deprehendimus, ita ut simul locum tenere videatur lineae, qua haec litera cum sequenti conjungatur (§. 100). Quin etiam in aliis scripturis prorsus disjuncta, et literae superimposita, interdum adparet, ut in chirographo Victoris, episcopi Capuani, quod anno DXLVII scriptum (ex Schannati vindem. liter. 220) hic subjungimus:



id est, *Victor famulus Xpi* (Christi) *et ejus gratia episcopus.* Interdum omnino abest linea illa, solo literae hemicyclo relicto, ut in libro evangeliorum ex bibliotheca Canonicorum Perusanae basilicae, qui initio saeculi VI scriptus est, verbum CXICRUNT (*Exierunt*) exhibet. Idem animadvertitur in lapidibus (Fabretti inscr. 566), quin etiam in typis scripturae Graecae currentis: = περὶ, ει, ἐν. Sed erraverunt Benedictini (III. 576), dicentes, hanc literam in Tironiana scriptura ea etiam forma esse, ut

linguam illam retineat. Nam alium characterem, huic literae insertum, istius opinionis causam fuisse, eoque doctissimos viros deceptos esse, suspicamur ex notis — єRe — *Eurydice*, — єRa — *Eremita* (91), — єD*itur* — *Egreditur* (72), — єE — *Eques* (75), — є*at* — *Emendat* (111), in quibus literae R, D, S, ac syllaba AT locum tenent linguae τȣ E.

§. 104. Praeter hoc rotundum comparet etiam acutum, scilicet ex , quae in monimentis antiquis (§. 138. 202 et Nov. op. dipl. T. II. Tab. 26 II. 1 Tab. XXI. Fuchs hist. Mogunt. II. 141) obvia sunt, sensim enatum, ut in — ED*it* — *Edicit* (10), — ED*et* — *Edocet* (88), — EPa — *Epistola* (32), atque idem inversum in — E(*i*)M*it* — *Emittit* (37), — EO (12), — E*d* — *Eodem* (14) cet. Similiter in capitalibus Romanorum literis haec interdum sic inversa fuit Ǝ (Gruter inscr. 323), eo inprimis consilio, ut prima sequentis literae linea formanda commode supersederi posset, quum virgula erecta sic duabus simul literis serviat (§. 202), ut in vocabulo AD (§. 379), atque in monogrammate (§. 265).

§. 105. Saepenumero in inscriptionibus litera E duabus lineis ad perpendiculum positis II exprimitur [a]), ut in hac:

---

a) §. 107. Act. Palat. VI. 83. Gruter 802. 11. 818. 3. 846. 9. 856. 12. 656. 6. 741. 9. 942. 3. 968. 4. Duor. Benedictin. itiner. I. 293.



id est: D(*iis*) M(*anibus*) *Petoatici* A(*nnorum*) *LXXX et Meddile conjugi* A(*nnorum*) *LX Fortio Elius* F(*aciundum*) C(*uravit*). Eadem fere forma est etiam E Tironianum in notis

---

Lupi Epitaph. Severae. 40. n. 2. 88. n. 3. Sertor. Ursat. in Graev. thes. XI. 574. 702. 764. Reines. synt. p. 672. n. 70. 874. n. 30. 705, n. 25. 874. n. 30. 120. n. 81. 932. n. 148. Sert. Urs. marm. erud. Ep. VII. Act. erud. Lips. Suppl. VIII. p. 154. Scarfo lettera nella quale vengono dilucidati vari antichi monumenti. In Venez. 1739.

— E. — *Equus* (175), — Eus — *Ebrius* (115), — Eat — *Educat* (123).

§. 106. *E et truncatum et aliis literis junctum.* Tironiana scribendi ratione hunc characterem crebro mutilari eo minus miraberis, quo saepius, et in vulgari scriptione id fieri, observaveris. In primo verbo inscriptionis, quam mox (§. 137) proferemus, τȣ̃ E transversa linea inferior abest, et in vocabulo *Filiae* superior. Deest quoque illa in vocabulo *Episc.* scripturae supra (§. 103) expositae. Non raro etiam accidit, ut in antiquis τȣ̃ E formis omnes lineae transversae aciei oculorum fere se subducant, adeo tenues sunt et breves. In libro quodam manu scripto de S. Hilario saeculi septimi (Nov. Op. dipl. T. III. Tab. 34. II.) legimus: E XPLIB BE ATI HILARI EPISC. Pariter in notis Tironianis non nisi dorsum hujus literae, omnibus transversis lineis praetermissis, animadvertimus, ut in — Emus — *Essemus* (Carp. VII*), — EO — *Esto* (7). Atque una tantum transversa, fortasse media, sive τȣ̃ E lingua, conspicitur in — EO — *Ergo* (3), — E(*t*)A — *Entia* (23), — E(*s*)e — *Esse* (6). In compendiis etiam scribendi, quae tam in scripturam

4. p. 113. (§. 107.) Marmora Pisaur. 40. Alsatia illustr. I. 629. Tab. XIII. n. I. Mus. Moscard. 73. Murr mantissa ad inscr. classiar. Pompej. Nor. 1793. Tab. II: ubi, meo quidem arbitratu, auctor male legit Surripit pro Feret.

Romanorum capitalem irrepserunt, quam per medium aevum usurpatae sunt, lineam illam transversam, ut E per eam notaretur, adhibitam esse, ex tritis illis compendiis ꝑ et ꝑ, praepositiones *Per* et *Prae* significantibus, recte colligimus. Sunt etiam exempla trium linearum transversarum ≡, quae pro litera E usurpantur (§. 202). Ad varias igitur hujus literae formas qui attenderint haud injuria reprehendent Carpentierum, qui (in alphab. Tir. p. 16. v. 8) notam — = *Ille* corrigendam putavit , non intelligens, unam eandemque esse utramque harum notarum terminationem, sive ϵ = ϵ sive — = E ponas. Auctores etiam novi operis diplomatici (III. 576), in ea Tironianae hujus literae forma, quae sola linea transversa constat, τὸ *e* (*cursivum*) deprehendentes, quomodo deprehendere potuerint, plane non intelligimus. Pariter iidem (ibid.), Tironianum = Dϵ (1) literam D solam, eamque siglam esse praepositionis *De*, existimantes, errant, quum haud dubium sit, quin ex et ϵ conjunctis haec nota constet.

§. 107. **F.** Tres potissimum hujus literae sunt formae. Prima, eaque principalis, conspicitur in notis = F*a* = *Familia* (49), = F*es* = *Fides* (57), = F(*e*)*e* = *Fere* (16) cet. Varias autem ejus mutationes, quae et in vulgaris scriptionis generibus obtinent, ita factas esse censemus, ut characteris F angulus superior primum retunderetur, quemadmodum videmus in inscriptionis cujusdam (ap. Montfauc. in diar. Ital. 118)

vocabulo NEOꞘITA (conf. Lupi epitaph. Severae mart. 154. 167); deinde omnino rotundaretur, hac forma f, quae conspicitur in lapidum titulis, quos mox (§§. 129. 137), proferemus; tandem denuo acueretur, lingua literae penitus sublata, ut in ultimo verbo inscriptionis (ap. Scarf. l. l. 113) hujus:

AN
DIS MAN VOʎVSS.
VIINVSTAII. IITVITIIʎʎIAII. PRI
MIGIINIAII. ʎ. VITIʎʎIVS
ONIISIMVS. BIINII. MIIRIINTI
BVS ꟷICIT

i. e. *Ficit*, pro *Fecit*; atque ita etiam in alius inscriptionis (Schoepflin. Mus. lapid. Tab. I. fig. 2) vocabulo ꟷIL IVS. Quibus formis non omnino dissimile est F, quod speciem habet Gamma Graeci in monimentis Patavinis (a Sertor. Ursat. edit. p. 237. n. X), in verbo ΓECIT. Hinc denique et illud Tironianum, quod inversum quoque nonnumquam cernitur, ut in ⅂ — F*mentum* — *Frumentum* (111).

§. 108. Altera hujus literae figura non linguam solum, sive lineam transversam inferiorem abjicit, sed et superiorem. Exempla sunt in notis ǀ. — F. — *Felix* (51), hǀ — F*a* — *Femina* (92), ǀ´ — F*is* — *Facilis* (50), ⟋˙ — FX. — *Fax* (165), ⟋˙ — F(*s*)T. — *Festus* (164) cet. Neque ista hujus literae forma in vulgari

scriptura est insolens. Inter libros manu scriptos Latinos, quos Viennae vidi, longe vetustissimus est, qui Tridento illuc translatus, quatuor evangelia complectitur: atque in eo τȣ F forma semper est ϟ.

§. 109. Tertia F Tironiani figura cernitur in sigla |ˈ — F — *Forte* (2), atque in notis |ˈ˥ — F*et* — *Fervet* (165*), /ı — F(*s*) — *Fas* (74). Neque ea mira est, quippe quae in antiquissimis literis Latinis usurpetur (Nov. op. dipl. II. 319), Furiorum etiam sepulchro cuidam inscribatur: Q. |ˈOVRIO Λ. |ˈ, i. e. Q(*uinto*) *Fourio* A(*uli*) F(*ilio*) (Kircheri Latium 67. Fabretti inscr. p. 240. n. 644. P. Sanct. Bartoli liber, qui inscribitur: *Gli antichi sepolcri overo Mausolei Romani ed Etruschi.* Tab. 26). Originem ducere hanc formam verisimile est ex illa ⊢ (§. 107). Etenim media inter utramque ea est, quam videre licet in inscriptione, edita a Gorio (Monum. sive Columbar. libert. Liviae Aug. p. 221), ubi reperias nomen *Fabius* ita exaratum |ˋΛBIVS.

§. 110. *F et truncatum et aliis literis junctum.* Tironiani F cum alia litera conjuncti linea superior sequente charactere plerumque involvitur, ut in ϡC — FC*us* — *Facinus* (57), ϡ3 — FB(*l*)*is* — *Flebilis* (121), ϡ — FG*at* — *Flagrat* (125), ϡ — FO*et* — *Fovet* (134), ϡ — FS — *Fassus* (89). Maxime autem occultatur et obscuratur, quum literam, quae sequi debebat, sibi extra ordinem praeponi patitur (§. 209. 166);

ut fit in O(*f*)S — *Fors* (16), — O(*f*)S*se* — *Forstasse* (16), — U(*f*)M. — *Fumus* (166), — U(*f*)C — *Functus* (110), cet. Syllabas *Fa, Fe, Fi, Fo, Fu,* exprimunt tachygraphi notis (27).

§. 111. **G.** Duae sunt inprimis hujus literae formae. Una , altera . Illa trita est et usitata, ut in notis — GBL*a* — *Gleba* (149), — GL*it* — *Gliscit* (150), cet. atque etiam vulgaribus Romanorum literis nonnumquam immiscetur (Lupi l. l. 167). Haec , etsi rarius, in quibusdam tamen notis observatur, ut in — G. — *Gener* (55), — G. — *Gradus* (73), — G — *Graecus* (4), — Gor — *Grassator* (79). Videtur quidem ea forma non dissimilis Gamma Graeco; sed multo etiam magis cum hoc convenit figura, quae in mediis vulgaribus Romanorum literis quandoque conspicitur, ut in inscriptione (ex monim. Patav. 315. Gruter. 912. 11) hac.:

ΓΑΓΙΓΙVS. Q. F.
FEREIOS VIVOS
FECIT SIBI ET SVIS
IN FRONTE. PEDES XXX
RETRO. P. V.

Tironianae autem hujus literae figurae sensim ita sunt enatae:

§. 112. *G et truncatum et aliis literis junctum* in notis caudam plerumque amittit, cujus locum litera, quae sequitur, occupat, ut in — GS. — *Gavisus* (72), — GS*us* — *Geneseus* (97), — GA — *Graeca* (4). Resupinatur praeterea haec litera ad eundum modum, quo C resupinari (§. 100) vidimus. Exemplo sint notae — G(*e*)L. — *Gemellus* (102), — GM. — *Geminus* (102. c), — GR*is*. — *Gruis* (179), — DEGUR*at* — *Degyrat* (156). Ubi vocales Tironianum G sequuntur, quinque syllabae notantur .

§. 113. **H.** Haec capitalis literae forma in notis Tironianis integra numquam comparet; truncata (§. 114) reperitur. Quum enim tachygraphis curae esset, ut, quod in capitali forma tribus fit stili ductibus, id uno absolverent, pinxerunt. Neque aliam originem habet vulgaris hujus literae figura h, quam uncialem appellant. Sed in notis Tironianis ejus hasta paulum est curvata, ut in — h*or* — *Honor*, — h*tus* — *Honestus* (56), — h(*os*) (14). Ad ejusdem formae similitudinem prope accedit figura , quae in vulgari scriptura interdum comparet (Lupi ad p. 137. Tab. 17).

§. 114. *H et truncatum et aliis literis junctum.* Triplex ejus spectanda est forma; siquidem duabus, quas modo lustravimus, accedit et capitalis, cujus prima tantum linea in notis su-

perest. Exemplo sint — H(*ic*) (7), — HR — *Heres relictus* (85), — HR. — *Hortus* (168), cet. Etenim Romani in ipsa vulgari scriptura hancce literam Graecorum more nonnumquam sic mutilarunt (Sert. Urs. 737. Fuchs I. 224. Rasche lex. num. Suppl. II. 19. Coleti. 429). Altera eaque Tironiana forma , si aliis literis jungitur, aut cauda minuitur, ut in — HC — *Hac* (14), — HML — *Humilis* (67), — HB*tat* — *Habitat* (113); aut capite, ut in — I(*n*)H*at* — *Inhiat* (148), — E(*x*)HS*it* — *Exhausit* (109). Uncialis denique formae superior hemicyclus servatur, inferior abjicitur in — HE*et* — *Haeret* (84), — H(*ae*)S*it* (84), — H(*u*)P*um* — *Hypocaustum* (157), — HRE*is* — *Herix* (172*), — H(*u*)RP*a* — *Hypocrita* (173). Si vocales huic literae junguntur, syllabae hanc prae se ferunt speciem: (27).

§. 115. **I.** Tironiana haec litera capitalem quidem servat formam, sed varie interdum inclinatam. Documento sunt notae — IB — *Ibi* (4), — I*it* — *Jacit* (19), — *Itat* — *Jactat* (20). Quod ad literam attinet, quam sub specie lineae fractae Benedictini (III. 577) deprehendisse sibi visi sunt, eam non reperi, unde verisimile fit, eos errasse, duas fortasse literas pro una habentes, ut in notis — IA(*m*) (2), — IA. — *Imago* (127).

§. 116. *I et truncatum et aliis literis junctum.* Huic quidem literae ob maximam ejus simplicitatem et exilitatem haud multum detrahi posse, per se patet. In plurimis autem scriptis antiquis, quae currente manu exarata sunt, accidit, ut praecedenti literae infra adjungeretur. Exempla praebet scriptura Romanorum currens, cujus specimen (§. 100) dedimus, ubi in vocabulis *Fidem* et *Optimo* litera I linguae τȣ F et tecto τȣ T adhaeret. Bis idem animadvertere licet in uno eodemque vocabulo *Filiae* in inscriptione, quam mox (§. 137) proferemus. Quid? quod in Graecarum etiam literarum nexibus, quibus typographi olim usi sunt, iste I adpendendi mos invaluit. Exemplo sit ч = *vι*. Similia igitur in ratione scribendi notariorum, tam Graecorum, quam Romanorum, observari neque mirum est, neque difficile demonstratu. Graeca hujus rei exempla perspicua in adpendice hujus libri (§. 484. 488) edentur; Romana vero haec sunt:  (26 — 29) cet. Situm literae I nonnumquam mutari, modo (§. 115) diximus; idque fit praesertim, quum literae S sequenti jungitur, siquidem huic I erectum commode jungi nequit (§. 161), e. c. in  = ISL*is* = *Insatiabilis* (33),  = ISV(*t*)*um* = *Insitivum* (94), cet. Eundem hujus literae situm videre licet in media quoque nota, ut in  = N(*i*)D*um* = *Nitidum* (171), et in fine notarum ut in  = EI*it* = *Enituit* (183. c),  = M(*i*) = *Mihi* (4). Atque in vulgaribus etiam Romanorum literis I jacentis exempla esse, haec docet inscri-

ptio: OF. SECVND—, i. e. Of(ficina) Secundi (Fuchs hist. Mogunt. II. 154.). Ita autem degenerat interdum transversa haec linea in notis Tironianis, ut ascendere vel descendere videatur, nihiloque minus significet literam I, e. c.  = IC = *Id circo* (125*),  = IG = *Igitur* (3); inprimis quum praepositiones I — *In* et  = *Ex* concisae junguntur, ut in  = I(*nex*)BL*is* = *Inexorabilis* (106), cet. (§. 270).

§. 117. **K.** Ipsa capitalis fere est Tironiana hujus literae figura, qualis conspicitur in nota  = K = *Kalendae* (103). Atque eadem forma in eodem est vocabulo in lapidum titulis, qui vulgaribus literis scripti sunt (Inscr. ant. basil. S. Pauli Rom. 1654. p. 54). Numquam autem a tachygraphis adhibitam esse hanc literam reperies, nisi quum syllabam *CA* significare vellent. Quod quare ab iis factum sit ut penitus perspiciatur, veterum grammaticorum de vi ac virtute, quam literae K inesse putabant, judicia hic recensere juvabit. Valerius igitur Probus (ap. Putsch. col. 1486), qui medio saeculo primo post Christum natum vixit, K *litera,* inquit, *non scribitur nisi in principiis nominum ante A literam;* quibus plane respondent, quae habet Velius Longus (ibid. col. 1218) ineunte saeculo secundo. Sed et Diomedes (L. II. p. 419) quadringentis post Christum natum annis K *consonans muta,* inquit, *supervacua: qua utimur, quando* A *correpta sequitur, ut: Kalendae, Kaput, Kalumnia.* Quin id ipsum etiam, quod, saeculo circiter interjecto, literam K omnino proscribit Priscianus,

(L. I. p. 543) dicens: *K quidem supervacua est penitus: nulla enim ratio videtur, cur, A sequente, K scribi debeat*, id ipsum, inquam, satis docet, hujus etiam grammatici aetate τῷ K eandem tributam fuisse vim ac potestatem. Rationem vero, quam Priscianus ignorare videtur, Terentius Scaurus reddit hisce verbis: *Singulis literis syllabae notabantur;* K *ponebatur, quae suo nomine* (i. e. *Ka*) A *continebat* (Vossii op. II. 26). Hinc, omissa vocali A, quam supervacuam putabant, olim scribebant *Krtago, Klumnia, Kput, Klendae, Krus, Knus* (Scaliger ad Euseb. Montfauc. palaeogr. Gr. 130). Hinc et Quintilianus (Inst. orat. I. 1. 9. *Tom. I. p.* 62) literam K, quum duas comprehenderet literas, *notam* appellat, non ignarus, fuisse qui eam simpliciter adhibendam putarent, quoties A sequatur, (ibid. I. 7. 10. p. 177). Hinc denique literam K non nisi in vocabulis, a syllaba *Ca* inchoantibus, pro sigla usurpatam esse arbitramur, ideoque omnino diffidimus siglarum interpretibus iis, qui alias substituunt syllabas. Quum igitur illa de hujus literae conditione veterum opinio adeo communis fuerit et vulgaris, quin etiam in lapidum titulis haec litera ita usurpata sit, e. c. in verbis V*i*KA*rius* (Reines. p. 564. n. 39) A*r*KA (Marmora Pisaur. 18) KA*rissima* (ibid. 25) E*vo*KA*tus* (Gruter 545. 9. Antiqu. explic. Tab. 46); certe non mirabimur, tachygraphos Tironianos in syllaba *Ca* exprimenda vocalem A post consonantem K semper fere omisisse.

§. 118. *K et truncatum et aliis literis junctum.* In ipsis Romanorum literis vulgaribus K a recta forma adeo jam recessisse, ut ⱶ λL — KAL*(endae)* scriberetur, prisca testantur monimenta (Nov. op. dipl. II. Tab. 26. V. 7). In notis Tironianis varie mutilatur. Primum ita, ut binis lineis transversis privetur, quae a sequentibus supplentur literis, ut in — K(*a*)R*us* (94), — K(*a*)N. — *Canis* (175. c), in quibus — *Ar* et — *An* transversarum linearum locum occupant. Deinde ita, ut linea erecta careat. Quae quidem forma < in collectione Gruteriana haud facile agnoscitur, siquidem in ea multae notae, quod attinet ad earum inclinationem et statum, perperam sunt delineatae, ut — *Kaput*, *Kanit*, *Kalx* (72. 173. 129); quarum veriores figuras suppeditat liber Cassellanus. In hisce quidem formis literam K Carpentier non vidit, easque (Tab. I.) vocabulis adnumeravit, quae a litera C incipiunt. Sed Kappa tachygraphorum Graecorum pari omnino forma, quod eodem modo ex K capitali exortum est (§. 484), facit, ut rectius de illa figura judicemus, omnemque, quin verum K sit, dubitationem tollit. Aliis literis antecedentibus K truncatum eam habet formam, quae conspicitur in — SK(*a*)*it* — *Scatit* (165), — ARK(*a*)*a* — *Arcadia* (181); paulumque mutatam in — UKA*a* — *Vacca* (175); magis etiam mutilatam in — K(*a*)R*et* (18), — K(*a*)RD*o* (150).

§. 119. **L.** Principalis hujus literae Tironiana species ex vetustissimis characterum formis est, cerniturque in — L. — *Locus* (62), — L*o* — *Lego* (42*), — LG. — *Lacunar* (163). Sed varia ejus inclinatione varioque situ haecce figura varie mutatur. *L et truncatum et aliis literis junctum* modo virgula erecta caret, quae ab alio charactere absorbetur, ut in — SL*um* — *Solum* (63), — SAL (68), — A(*l*)C*at* — *Albicat* (151), — AL*s* — *Aliquatenus* (81); modo basi, ut in — LR*rius* — *Ligarius* (49*), — L(*am*)B*it* — *Lambit* (112), — L(*a*)C. — *Lac* (176). Duo autem sunt, quae incognita esse nolumus: unum, quod praecipite stilo exarati L angulus in depressum quandoque sinum degenerat, ut in — NL — *Nullus*, — N(*i*)L (4), — S(*i*)L(*l*)*a* — *Stilla* (147), — I(*nu* L*is* — *Illustris* (123), — OL. — *Obliteratus*, — OL*o* — *Oblivio* (114); alterum, quod sola saepe linea, aliam ejusdem notae literam dissecans, vice fungitur literae L, ut in — MLP*um* — *Monopolium* (148), — P(*o*)LC*um* — *Poculum* (149), — SL*e* — *Scalae* (162), — ALR*a* — *Armilla* (161), — CL*a* — *Cella* (162), — ALV*a* — *Olla* (168), — OL*im* (147). Similis fere est huic L Tironiano in vulgari scriptura forma, quae in quodam lapidis titulo (Fuchs hist. Mog. II. 163) exstat, quem saeculo quarto exaratum esse putant. Vix au-

tem alia litera tot modis circumagitur et convertitur, quot haec. Exemplo sint syllabae ***La, Le, Li, Lo, Lu,*** quae sic notantur: (27. 28). Sed in vulgaribus quoque literis L interdum esse inversum, docent inscriptiones lapidum (Sert. Ursat. 830. Fuchs hist. Mogunt. I. 100).

§. 120. **M.** Tironiana hujus literae forma, eaque integra et erecta, a capitali haud multum discedit; ut in = M. = *Modus* (32), = M(*e*)*um* (129), = M(*s*) = *Majestas* (198), = M(*e*). = *Mers* (69), = M(*e*)*it* = *Meminit* (87), cet. *M et truncatum et aliis literis junctum* nunc dextro privatur latere, ut in = M(*a*). = *Magnus* (41), = *Mor* = *Minor* (47), = M(*a*)M(*a*). = *Mamma* (180): nunc sinistro, ut in = M(*e*)S (28), = MS*us* = *Missus* (38), = MC. = *Modicus* (32), = MC*at* = *Micat* (110. c), = MG = *Magis* (14): nunc utroque, ut in = M(*a*)C. = *Macer* (67. c), = M(*a*)C(*l*)*a* = *Macula* (67). Interdum, ut alium una comprehendat characterem, invertitur. Scilicet = M(*at*) = *Maturus* (129), ut simul = *at*, = M(*au*). = *Maurus* (153), ut = *au*, = M(ω). = *Modestus* (32), ut ω eodem calami ductu formetur. Syllabae, quas quinque vocales, quum M sequuntur, constituunt, hae sunt: (28).

§. 121. **N.** Hancce in notis Tironianis literam majuscularum generi aeque subjectam esse ac reliquas, ex duplici ejus forma satis intelligitur. Est enim aut capitalis, aut uncialis. Illa a vulgari N insueto tantum situ recedit, cujus causa est aut facilior cum vicino charactere nexus, unde jacens N videbis in — N(*e*)C (1), — N(*e*)S — *Necesse* (59), — B(*e*)N(*e*) (42), cet. aut antiquitas, unde conversum, quod in tabulis Eugubinis, numisque priscis comparet, reperies in notis — N — *Nescio* (1), — N(*r*)*it* — *Non credit* (51), — N(*am*) (2), — N(*t*)*tio* — *Natio* (79). Sed uncialem etiam formam videre licet in notis — N(*o*) — *Non* (4. c), — N(*o*)B — *Nobis* (15), — NO — *Nolo* (34), —NO(*s*) (28), — ON(*us*). — *Onus* (131), — CNA*us* — *Cachinnus* (123), — AGN*us* — *Agnus* (175).

§. 122. *N et truncatum et aliis literis junctum.* Videamus primum formam capitalem. Jacentis Z modo basis perit, ut in — (*t*)NR. — *Notarius* (106), — N(*as*) — *Nonas* (103), — NR — *Numerus* (72): modo totum fere signum, tecto solo salvo, ut in — N(*u*)C — *Nunc* (15), — U(*an*)C*it* — *Vanescit*, ubi inter et C hujus literae partem illam superesse ex primitiva — U(*a*)N(*um*)*um* (121) intelligitur. erectum et conversum sinistro saepius latere minuitur, ut in — NC*a* — *Noverca* (55), — NS(*am*) — *Nusquam* (5), — NB. — *November* (103), — NG.

at — *Navigat* (177). Ad uncialem formam quod attinet, ea, quum truncata est, difficillime agnoscitur; siquidem non nisi dimidia ejus pars interdum superest, ut in — A(*n*)C*us* — *Anniculus*, — A(*n*)L*is* — *Annalis* (102), — R(*e*)SN*a* — *Resina* (199): atque aliquoties nexus efficit ut erigatur, e. c. in — TNV — *Tenuis* (67), — A(*dt*)NV*at* — *Adtenuat* (67), — S(*t*)N*it* — *Sternit* (90). Quodsi quinque vocales N Tironianum sequuntur, notae hae sunt: (28).

§. 123. **O.** Tironianae hujus literae formae plures reperiuntur. , in — O. — *Ordinarius* (74), — O(*t*)*um* — *Otium* (73), — O*it* — *Obit* (21). Deinde (26), in — OL*et* (166*), — OG*um* — *Ocimum* (168). Tum , ab imo apertum, in — OO — *Omnino* (4), — OO(*r*)*tus* — *Obortus*, — OO(*r*)S — *Oborsus* (151), — O(*u*)P. — *Olympus* (174). Neque hanc τȣ O formam peculiarem esse Tironianae scripturae, antiqua testantur documenta. Ex quibus instar omnium profero epigraphen ex museo Kirkeriano (I. 11)

NOVIOS. PLAVTIOS. MED. ROMAI. FECID

id est, *Novios Plavtios med* (me) *Romai* (ae) *fecid* (*t*). Omega denique Graecum conspicitur in — ω — *Optimus* (4), — ω*um* — *Obscurum* (114), — ω*it* — *Odit* (77),

ώ — ωat — *Ornat* (56). Eandemque literam, vulgaribus literis Latinis mixtam, in aliis etiam esse scriptis, tum libri docent manu scripti, ut Parisinus (Nov. op. dipl. T. III. Tab. 37. II. v.) in verbis INCIPIVNT. CANωN, ac S. Germanensis (ibid. III. et IV) in nomine D̄ω i. e. *Deo:* tum lapidis cujusdam titulus (Sert. Ursat. col. 1020) in vocabulo BIKTΩRE, i. e. *Victore.*

§. 124. *O et truncatum et aliis literis junctum.* Quemadmodum in iis, quae literis vulgaribus olim scripta sunt, ut brevior redderetur versus, O in characterem vicinum saepius est insertum (Fuchs I. 40), e. c. in ©NS, quod videsis in inscriptione (ex act. Pal. I. 204) hac:



ita et in notis Tironianis, literis praesertim C, G, S sequentibus, O ad monogrammatis modum innectitur. Exempla sunt ℭ — CO — *oc* (29), ℭ/ — COit — *Occidit* (18), ℊ — GOat — *Oppignorat* (78), ʂ — SOTum — *Ostium* (162):

quae qui diligenter consideraverit, facile intelliget, formam hanc eo tantum imperfectam esse, quod a manu festinante non omnino clausa sit. Praeterea aliis juncta haec litera parum obscuratur, ut in — NO*um* — *Notum* (79), — DOM*us* — *Dominus* (78), — OS (96), — OP — *Oportet* (48): qui quidem hanc literam cum sequenti conjungendi modus haud dissimilis est ei, quem scriptura Romanorum cursiva habet in speciminis, ante (§. 100) a nobis editi, vocabulis *Optimo, Quoque, Voluntate, Non, Venditionum.* O ab imo apertum cum litera D sociatum comparet in — S(*dl*)D(*o*) — *Dissimilitudo* (154), — S(*il*)D(*o*) — *Similitudo* (154), cet. (§.102). Omega Graeco truncato adimit vel litera sequens latus sinistrum, ut in — ωP — *Opinio* (48), — ω(*is*)*us* — *Odiosus* (77); vel litera antecedens latus dextrum, ut in — A(*d*)ω*at* — *Adornat*, — Eω*at* — *Exornat* (56), — C(*on*)ω*et* — *Commonet*, — Deω*et* — *Demovet* (52).

§. 125. **P.** Quae frequentius in notis Tironianis comparent P non magis clauduntur, quam prisca Graecorum et Romanorum Γ P (Piranesi mon. degli Scipioni. 1785. Ejusd. via Appia. Venuti descr. delle antich. di Roma. P. II. ad p. 5. Graev. thes. IV. 1834). Sunt enim ; sive priores formae ex Graecis ita descenderint: ; sive ultima aut ex ᑫ inverso (§. 266) emanaverit, aut tachygraphorum studio debeatur, qui, ut uno

calami ductu characterem absolverent, in superiore hemicycli parte inchoantes literam simili ratione effinxerunt, qua in diplomatibus regum Francorum saepissime effictum videmus. Inde vero ne quis forte inferat, recentiorem hujus formae esse usum, en eam ipsam in antiquo lapidis titulo (Fuchs hist. Mog. I. 206), ubi legitur IENTISSIS, i. e. *Pientissimis*. Secunda figura, si non Graecae est originis, at certe ex Latino P supino originem traxit. Tertiam denique ita sensim ortam esse arbitramur. Quae enim media inter vulgare et Tironianum P hic conspicitur figura, ea tam in tabulis Eugubinis, quam in aenea quadam, quae anno post Christum natum vigesimo septimo data est (Maffei hist. dipl. 38. Tab. II), jam reperitur in verbo RECEPIT, atque in scripto saeculi quarti aut quinti CAECILI CYPRIANI (Nov. op. dipl. T. III. Tab. 35. VI. vi. 3). Tironiano saepius significatur praepositio *Prae*, et in omnium fere verborum, quae cum ea praepositione sunt composita, principio ponitur. vero syllaba *Pe* est, atque etiam loco praepositionis *Per* usurpatur (§. 266). denique videre licet in = P. = *Potest* (7), = P*at* = *Probat* (31).

§. 126. *P et truncatum et aliis literis junctum.* aut literae sequenti fulcrum suum cedit, ut in = PS = *Praesertim* (3), = PC*is* = P*aucis* (6), = PG*es* = *Progenies* (47); aut literae antecedenti caput, ut in = CP*it* = *Cupit* (72), = ЄP*us* = *Epos* (124), = OP = *Opus* (48), cet.

A charactere, qui sequitur, τῦ basis absorbetur in — PR*it* — *Portendit* (19), — PR. — *Populus Romanus* (39), — P(*i*)*it* — *Perjicit* (19), — PRN. — *Prunus* (170). Difficillime autem τῦ caput solum, reliquo corpore penitus sublato, agnoscitur in — AGP*a* — *Agrippa* (185), — AP. — *Aper* (174), — AP*at* — *Anticipat* (73), — A(*d*)P — *Ad ipsum* (20), — BP — *Biceps* (73). Eadem litera, capite amisso, ex solo fulcro saepe est divinanda, ut in — TO(*p*)D*um* — *Torpidum* (94), — O(*p*)N. — *Pontifex* (91), — O(*p*)N*us* — *Oppidanus* (76), — E(*p*)M*at* — *Emancipat* (73). Quinque, quae a P incipiunt, syllabae notis (28) exprimuntur.

§. 127. Antequam ad sequentem literam progredimur, singularis characteris , pro PH, qui in notis Tironianis satis frequens est, mentionem faciamus. Cujus ratio et conditio quum ea sit, ut suspensos nos jam diu atque incertos teneat; quo etiam aliis harum rerum curiosis judicandi copiam demus, complures notas, in quibus ille est character, hic subjicimus collectas: — PHV. — *Phoebus* (133), — PHR(*t*)*a* — *Pharetra*, — PHR(*t*)*ium* — *Pharetrazonium* (126), — PH(*l*)C*is* — *Philocitharis*, — PH(*l*)C*is* — *Philocitharestis* (172), — PH(*u*)L — *Phaselus* (178), — PHT. — *Phthisis*, — PHT*us* — *Phthisicus* (180*), — PHPL. — *Philoso-*

phus, — PHA. — *Philosophia* (189), — PHPHL*a* — *Philophasalia* (138), — EPHV — *Ephemeris* (124), — EPHV. — *Ephebus* (133). — Quum igitur iste character in qualibet harum notarum conspiciatur, earumque omnium significatio postulet, ut ipsis insint literae PH; recte inde colligere nobis videmur, hoc ipso charactere significari PH.


§. 128. Enimvero naturam ipsius indolemque investigandi periculum faciamus. Alteram ejus partem simillimam videri literae S, nemo erit, qui non animadvertat. Eodem enim ipso modo PS notantur (§. 126. 245). Sunt autem in illis, quas exposuimus, notis, quae impediant, quo minus literam S ibi significari putemus, siquidem quaedam vocabula, his notis notata, nequaquam eam continent, ut *Pharetra*, *Pharetrazonium*. Re itaque diligentius examinata, duo tantum supersunt modi, intortum hunc et tenacem nodum solvendi. Unus, ut in figura illa Phi Graecum latere statuamus, eodem calami ductu olim exaratum (Montf. pal. Gr. 336), ex quo, negligentius formato, id ipsum denique sensim ortum esse, non omnino repugnat. Accedit, quod aliae etiam Graecae literae, videlicet Omega (§. 123) et Chi (§. 145), in Tironianis deprehenduntur notis. Verumtamen vix est, quod impediat, quo minus altera etiam explicandi ratione ex ipsis Latinis notarum literis formam illam ducamus. Jungamus igitur et Tironiana, atque videamus, quam figuram hoc scribendi genus postulet. Sine dubio hanc: . Jam vero angulis in hac

figura a festinante stilo rotundatis, ea ipsa exsistat necesse est, eodem modo, quo N fieri , quin etiam S, supra (§. 122) vidimus. Sed qualecunque tandem sit, aut Phi Graecum, aut P et H, utrumque Latinum, eadem ejus vis est, eademque significatio; nec nostrum est, totam componere litem.


§. 129. **Q.** Hujus literae formae Tironianae praecipuae sunt ; quas ex antiquissimis originem trahere censemus hoc modo:



Notarum, literae Q quatuor figuras Tironianas exhibentium, specimina sufficiant haec: = *Qit* = *Quaerit* (48), = Q(*o*). = *Quo* (4), = *Qat* = *Quadrat* (75), = Q. = *Queritur* (86). Neque desunt in vulgari scriptura ejusdem literae formae illis characteribus similes. Primam reperies in lapidis titulo, quem (ex act. Palatin. III. 42) apponimus:



i. e. *Hic conditus Genesius qui vixit annis XLV in matrimo-(n)ii conju(n)ctione fuit annis XVII qui licet in maturo obitu distitutus tamen superstitibus omnibus fili(i)s suis ad sue uxore defecit titulum cum aeternetate victurum conjux semper amantissima sui adque obsequentissima didicavit.* — — —
Secunda forma priscum 2 est, dextrorsum ab imo apertum (Nov. op. dipl. II. 40), cujus tantum caudam mutatam esse videmus. Tertia forma τῷ q in scriptura Romana currenti (§. 100) adeo dissimilis non est, ut, dum paulum mutatum cogitemus, non agnoscatur et idem. Quarta denique ipsum fere Q est, quod in inscriptione, saeculo secundo, Marco Aurelio imperante exarata, exstat; cujus specimen (ex Marini act. fratr. Arval. I. 263) hic delineandum curavimus;



Haec ita lege: D(*iis*) M(*anibus*) S(*acrum*) PVPVS TORQVATIANVS FILIVS BONVS QVI SEMPER PARENTIBVS OBSEQVENS.

§. 130. *Q et truncatum et aliis literis junctum.* Prima Tironiani Q figura cauda privatur; in cujus locum, quae sequitur, litera substituitur, ut in — QP — *Quam plures* (7). Secunda, licet aliis juncta, integra conspicitur in — QV(*e*) — *Quae* (5), — Q(*o*)Q. *Quousque* (105). Tertia caudam perdit in — QR — *Quare* (6), — QS — *Quasi* (6); caput autem in — Q(*i*) — *Quid* (5). Quartae caput absorbetur a litera antecedenti in — UQ. — *Uterque* (9), — IQR-*at* — *Inquirvat* (149). Est enim haec nota a — QR*at* — *Quirvat.* Difficillime vero agnoscitur litera Q in — Q(*am*) — *Quam* (5); atque interdum caput ejus in parvum rotatur orbem, caudaque alii simul servit literae, ut in — Q(*i*)N — *Quin* (3). — Quinque syllabas a Q incipientes in Gruteriana quidem collectione (28) frustra quaesiveris. Sunt autem hae: sive — *Qua*, sive • — *Que*, sive — *Qui*, (*o*) — *Quo*, — *Quu.*

§. 131. Singularem praeterea de hac litera observationem hoc loco addere libet. In pluribus vocabulis, quae, vulgaribus literis scripta, a C incipiunt, tachygraphi, quum V sequeretur, pro C usurparunt Q; quoniam, hoc posito, V per se intelligi sibi per-

nasum habebant; simili ratione, qua literam K solam positam esse, quum A sequi deberet, supra (§. 117) diximus. Exemplo sint — QM*a* — *Cucuma* (164), — QL*a* — *Culcita* (108), — QN*a* — *Culina* (167. c*), — QL. — *Culmen* (160), — QL*a* — *Culpa*, — QBL(*l*)*is* — *Culpabilis* (76), — QO(*r*) — *Cultor*, — QT*um* — *Cultrum* (160), — QT(*l*)*um* — *Cultellum* (160. c), — QA. — *Cultura* (160. c), — QT. — *Cultus* (160), — QN*a* — *Cuna* (150), — QBL. — *Cunabulum* (150*), — QR. — *Cur* (148), — QR*te* — *Curte* (Carp. I), — QR*ius* — *Curtius* (186), — QR*lis* — *Curulis* (148), — Q(*is*)SL*a* — *Curulis sella* (149). Ex quibus paucissima, et raro quidem, vulgaribus etiam literis sic scripta reperies, ut *quur*, et *Quurtius* (Gruter inscr. 1007. 1. 1010. 5). Nullum igitur in Tironiana illa orthographia latet singulare etymon, ut e. c. vocabulum *Culcita* ductum sit a קָלָה *Torruit*, quasi *Foeno farctum* significet; *Qultrum*, *Qultellum* a קָלַע *Sculpsit*; *Quna*, *Qunabulum* a קֵן *Nidus*, vel קין, קונן, *Lamentatus est*; *Qurte* a קָרַס, *Curvus fuit*. Quae quidem etymologia licet in quibusdam, ut in vocabulo *Curtus*, quod miro consensu omnes fere linguae sibi vindicant (Adelung. lex. germ. II. 1852), a vero aberrare non videatur; Tironianam tamen orthographiam ea minime niti, neque tachy-

graphos etymologiae adeo indulsisse, certum et exploratum habemus. Quodsi enim litera Q in vocabulis *Qultor, Qultura, Qultus,* singulare quoddam etymon sequeretur, dic, quaeso, cur verbum — COL*it* (61), nomenque — AC*a* — *Accola* (61), iidem per C scripserint tachygraphi?

§. 132. R. Unum tantum in notis Tironianis agnoscimus perfectum R Latinum, ex quo reliquae formae facile duci possunt. Hoc autem est in — R — *Repit* (135), — RD*a* — *Rheda* (181); atque a vero capitali non nisi in eo differt, quod cauda interdum altius demittitur, caputque retrorsum versum est. Id enim quaerebant tachygraphi, ut uno eodemque calami ductu litera posset absolvi. Benedictinis (III. 579) illud R perfectum in notis Tironianis non fuit cognitum. Praeter hanc formam Rho etiam Graecum conspicitur in nota — R*or* — *Rhetor* (9), quod nomen vulgari scribendi compendio — Ρη a Graecis notatur (§. 468).

§. 133. *R et truncatum et aliis literis junctum.* Duo potissimum R mutilati sunt genera. Unum dimidiam sui partem adhuc prae se fert, atque inde agnitu non est difficile. Alterius ne dimidia quidem servata est, quo longe fit impeditius. Illius duae sunt formae; siquidem aut prior superest pars, aut posterior. Sine cauda enim conspicitur in — RS*at* — *Restat* (40), — RL*at* — *Reclamat* (93), — RV*it* — *Reducit* (11), — R(*i*)*it* — *Regit* (84). Neque est, cur Be-

nedictinis assentiamur, qui (III. 579), ut hanc formam explicarent, Rho Graecum in partes vocarunt. Literarum enim mutilatio in hoc scribendi genere satis superque est nota. Quin vulgare etiam R capitale nonnumquam mutilatur. Exempla sunt in lapidum titulis MR = MAR*tyr* (Sert. Ursat. 833); in libris manu scriptis, nominatim in Pandectis Florentinis, IMPE RATOR (Nov. op. dipl. III. Tab. 35. II); in numis, CHLOTACHARIV (ibid. T. II. Tab. 28. II. 11). Eandem hujus literae mutilationem in currenti etiam scriptura deprehendi, nomen *Vir* docet, quod in fronte chartarum regum Merovingicae stirpis, monogrammate ꝩ (Mab. 379. 381. 383. Nov. op. dipl. T. III. Tab. 66), i. e. VIR, saepe scriptum reperitur. Atque hoc ipsum capite deminutum R in notis Tironianis tritum est et pervulgatum, ut in ~ = R(*e*)X (46), ~ = R*tio* = *Ratio* (69), ~ = R(*e*)N*at* = *Renovat* (57), ~ = R(*e*)D*it* = *Reddit* (20), ~ = NR. = *Nurus* (55), ~ = IR = *Ira* (71), cet. Accidit, quum duobus opus est R, ut utraque pars adhibeatur, atque integra sic esse litera quidem videatur, minime tamen sit, e. c. in ~ = RR*it* = *Reserit* (94), ~ = RR*it* = *Retribuit* (86), ~ = RR = *rorum* (28).

§. 134. Sed ad obscuriores etiam hujus literae formas progrediamur. Illius quidem ~, cujus ex numis librisque scriptis mentionem fecimus, caput solum abest. Magis autem occultatur, quum cauda in capitis locum movetur, quae figura ~ in iis-

dem Pandectis Florentinis (Brencmann III. 113) atque in inscriptionibus (§. 105) frequens est. A remotissimis inde temporibus τȣ R capitalis pars posterior a priori in media litera interdum recedit, ut fiat R, quod non modo in eodem Pandectarum libro, sed etiam in chirographo Victoris episcopi (§. 103), in lapidis inscriptione, quam (§. 129) attulimus, atque in alia, quam (§. 137) proferemus, quin etiam in numis saepius conspicitur. Per hanc igitur formam nullo jam negotio illam a capitali ita ducere licet, ut gradatim scriptum sit R R R. Neque inscriptiones vulgaribus literis exaratas intelliges, nisi hac forma cognita. In eo, quem (ex Buonarruoti vas. antiqu. praef. p. XXI) subjicimus lapidis titulo ipsum hoc — R involutum est litera M:

DOMITI
IN PACE
LEAFECIT


In notis autem Tironianis, quamvis similis insit figura, numquam tamen *recta* comparet, sed vel *inversa*, ut in = *Ri*, — *Rier* (23), = *Rimus* (22), — *Ritis* (21), =R(*i*)NC. — *Rhinoceros* (175), = DER(*i*)*et* — *Deridet* (1?3), — S(*ae*)R — *Sero* (123.c), —ER(*i*)*it* — *Erigit*, — ER(*i*)*um* — *Erectum*, — C(*on*)R(*i*)*um* — *Correctum* (83), M(*r*)*et* — *Maeret* (108); vel *supina*, ut in — *Rum* (23), — R(*u*)*et* — *Riget* (119).

§. 135. Brevioribus autem his formis minime contenti tachygraphi vel maximam interdum hujus literae partem auferunt, alium characterem substituentes. Sic nota — *Ram* (23) ex *R* et — *am* (24), ex eadem litera et — *at* (§. 300) composita est. Sic et terminationes — *ari*, *eri*, *iri* (§. 150) a syllaba — *ri* (25) ducendas esse arbitramur, ut literae R caput antecedenti charactere sit involutum. Capite contra superstite, caudam τȣ sublatam videmus in — *Ar* (24); namque perfectior haec syllaba cernitur in — AR*tus* (89). Vix autem hoc R recognosces in nota — O(*r*)C(*l*)*um* — *Oraculum* (106), nisi ad primitivam ejus — OR*at* (106) respexeris. Alterius τȣ Tironiani partis non nisi initium, figura scilicet illa oblonga, cernitur in — RC*at* — *Ructat* (154), — RV*it* — *Revivit* (53); quae arctius etiam contrahitur in — U(*r*)G*et* (105), — R(*u*)*et* — *Rubet* (86). De formis autem, quibus R una tantum linea obtusa notatur, ut in — U(*r*). — *Ver* (113), — P(*or*)T*rium* — *Portorium* (148), — O(*r*)*itur* — *Orditur* (148), — O(*r*)*tus* (113), — O(*rl*)*is* — *Orientalis* (151), — DEV(*r*)*at* — *Devorat* (147), cet. non est, quod copiosius hic agamus, siquidem furtivos istos characteres merito referimus ad festinantis calami ductus, qui aliarum aeque literarum vim habent (§. 257). Τȣ R, quum quinque vocales sequuntur, forma haec est: (28).

§. 136. **S.** Haud multum a capitali forma recedit Tironianum, quippe in quo inferior tantum hemicyclus abest, qui quum adjectus cernitur, praeter S, aliam etiam literam illi adhaerentem significat. Ipsa Tironiani figura inter vulgares quoque literas est anni a Christo nato DLXXV (Marini papyri dipl. Tab. V. n. 75), quae quidem Graecae sunt, sed verba exprimunt Latina. Perfectum praeterea S in notis quidem exstat, sed jacet, ut in — *Sum* — *Situm* (94), — S. — *Supinus* (119), — S*or* — *Superior* (55), cet. Atque id etiam est in libris manu scriptis, numis (§. 135), siglisque Romanorum, in quibus *Semis* forma significatur (Sert. Urs. 904).

§. 137. *S et truncatum et aliis literis junctum.* Hujus literae formis, quia sunt brevissimae, raro aliquid detrahitur. Fit tamen in notis — SD — *Sedsi* (2), — OS (96), quarum illa τῦ cauda caret, haec τῦ capite. Neque silentio praetereunda sunt S, quae in merum degenerant apicem, ut ex — *Ar* (24) *Bo* (26) *E* (§. 106) L(*a*) (27) fieri videmus — AR(*s*) (89), BO(*s*) 175), E(*s*) (6), L(*as*) (27). Quorum originem indagare qui volet, ad prisca angulata respiciat: quo facto persuasum habebit, mutilata illa Tironiana horum esse reliquias. Quod ut clarius pateat, ex antiquissimis literis exempla proferre juvat. Provocamus ante omnia ad eximium tabularum Eugubinarum monimentum (Gorii mus.

Etrusc. I. proleg. p. LV. Dempster Etrur. regal. I ad p. 91), in quo, quum omnis scriptura sinistrorsum versa sit, ⅂ quoque inversum conspicitur. Tum hujus literae exemplo utimur, quod est in lapidis titulo, quem supra (§. 129) apposuimus, atque in alio, quem Gorius (Monum. sive columbar. libert. Liviae Aug. 59) edidit. Addimus insuper (ex Buonarruoti vas. ant. XVI. Mabill. suppl. 114. Act. erud. Lips. suppl. VII. 146) inscriptionem anni CCCXXXVIII:



i. e. *Mercurius pater filiae d*(efunctae) *VI idus Novemb. Urso et Polemio consulibus.* Quid? quod hodieque Graeca hujus S angulati vestigia exstant apud typographos in ϛ ϛ — ος ϲς. Illud fortasse quaerendum, num ista hujus literae forma ex genere minutae tantum sit scripturae? Nihil profecto minus. Sunt enim libri manu scripti literis mere majusculis exarati, in quibus S angulatum satis frequenter compareat, ut Pandectae Florentinae (Brencmann. 111. 126). Sunt et lapidum tituli ejusdem generis (§. 138, et Boldetti cimeteri 401. f. 407. 428. cet. Lupi epit. Severae 3. 54. 97. n. 47. 101. 167); ex quibus exempli gratia sufficiat copiam facere epitaphii:

ΓEPTIMIVΓ ERACLIVΓ QVI VIXIT ANNIΓ XLIII MEΓ III ♡
ET JVLIANE LICINIA COIVGI ΓVO CVM QVEM VIXIT
ANNIΓ XVIII MEΓΓ VI BENE MERENTI FECIT ♡

Ejusdem igitur S non nisi apex exstat in notis Tironianis, ut in

— BS. — *Basis* (163), — FSC*um* — *Fuscum* (148. c), — PCS. — *Porcus* (167), — PSS*um* — *Pessum* (153), — SOL*s* — *Sollers* (96), — PE*s* (96), cet. Sed et in vulgari scriptura persimilia τȣ̃ S fragmenta compendii causa adhibita sunt, ut in libro Pandectarum Florentino (Brencmann 122) — NS, — US. Syllabarum denique, ex quinque vocalibus, τῷ S Tironiano adjunctis, formatarum species haec est: (29).

§. 138. T. In quocunque festinanter scribendi genere id agitur, ut non fiat pluribus calami ductibus, quod uno fieri potest. In notis igitur Tironianis pro T capitali substituitur, e. c. in — T(*i*)B — *Tibi* (4), — TV(*ae*)S — *Taesum* (77), — TL(*e*)R — *Taliter* (8), — T. — *Tamen* (2). Hujusmodi formae haud dissimiles sunt eae, quas vulgaris etiam scriptura saepius habet, in eo tantum differentes, quod aut fulcrum aut tectum est curvatum. Illud, ut sit pictum, in scriptura praesertim Anglo-Saxonica (Mab. 359) animadvertimus, vel in Graeca, quae olim in typographorum officinis usurpabatur, e. c. — τα. Eademque forma ceteris uncialibus characteribus recte intermixta est in titulo sub Musae statua (Buonarruoti vas. ant. XXI. Lupi 152)




i. e. *Opus Atticianis Afrodisienis.* Alterius formae specimina haec sunt: ex Virgilii libro manu scripto, qui olim in Vaticano servabatur (Nov. op. dipl. T. III. Tab. 35. VI. III. 2) in verbis ΜΥLΊΥSQΥE RŁCΥRSλΊ; ex libro quodam saeculi noni (ibid. Tab. 42. f.) in verbo FIΔΊ; pluraque alia (ibid. Tab. 37. III. 11), quae prodere omnia longum sit. Eadem fere forma Ί utuntur typographi in Graecis literis.

§. 139. *T et truncatum et aliis literis junctum* aut fulcro caret, aut tecto. Solum tectum cernitur in notis Ꞇ — TC — *Tunc* (15), VΊ — VTI (2), ꓴꞆ — UT — *Veritas* (3), 7ꓳ — TO*tus* (47), Ꞇ — TS. — *Thyrsus* (171*), Ꞇ — TS. — *Thesis* (171); quo etiam tecto sine fulcro haec litera in Pandectis Florentinis (Brencmann 122) notatur, e. c. N̄; nec non in Graecis literis, quae adhuc usurpantur, e. c. ϛ — στ. Ex altero τὸ T mutilandi genere, quo tectum ipsi adimitur, fulcrum relinquitur, notae sunt | — T — *Ta* (29), ꝉh — T(*a*)L*a* — *Talpa* (176), ·| — T(*a*). — *Tardus* (95), cet. Neque vero ista forma Tironianis notis adeo est peculiaris, ut non in aliis etiam antiquis monimentis reperiatur, quae vulgaribus literis scripta sunt (Nov. op. dipl. Tom. III. Tab. 42. VI. IV), e. c. in lapidis titulo (§. 137. v. *vixit*), cujus copiam modo fecimus, aliaque inscriptione (Lupi 154), cujus versus primus est:

HIC. SITI SVN|.

Quibus addimus pervetusti libri evangeliorum, quo S. Kilianus

usus esse dicitur (Eckhart Franc. orient. I. 451), specimen, in cujus versu secundo eandem τȣ T formam reperies:



Ex ista autem literae T figura imperitia librariorum insani admodum et ridiculi orti sunt errores, ut apud Catullum legatur *Salius*, pro *Saltus;* apud Plautum *Alius*, pro *Altus*, et *Si cui animus sperat*, pro *Sicut animus sperat* (Scioppius de arte crit. 49. Schwarz de colleg. utricul. §. VI); atque in l. 7 pr. D. de publican. *Exemplo,* pro *Ex empto* (Boehmer exerc. 68. §. 15. IV. 578. Cujac. I. Obs. 5). Quodsi forte N et ejusmodi I juncta erant, ex ꟽI, uno calami ductu ligatis, ꟽ prodierit necesse est; quo factum, ut Sertorius Ursatus (714), Marini (pap. dipl. 200, ind. Lit. M), aliique in verbo *FeceruNT* pro NT viderent literam M.

Haec etiam τῦ T forma causa fuit, cur pro NT coarctatis N sufficere prisci arbitrarentur, quasi in hoc charactere praeter N etiam — T lateret. Ita in lapidum titulis (Fabretti inscr. ant. 163) legimus SVN, i. e. *Sunt*. Pro ea autem ipsa, quae tecto privatur, τῦ T figura, si ab imo cum litera antecedenti conjungitur, acutum saepe videmus apicem surgere; ut in notis — IT — *Ita* (2), — AT*um* — *Atrium* (162), — F(*a*)T. — *Fatur* (135. c), — LT. — *Lectus* (158), — RT*is* — *Retis* (178), — UIT*a* — *Vitta* (161); haud secus atque in scriptura Francorum aliorumque medii aevi populorum currenti legitur (§. 333) — *nt, at*, cet. Eademque forma nostra adhuc memoria servatur in particula *Et*, quae — & contrahitur (§. 333). Quinque Tironianae syllabae, ex T atque vocalibus compositae, sunt, sive, sive; (29. 198).


§. 140. **V.** Inest in notis Tironianis non solum V capitale acutum, sed etiam U unciale rotundum. Illud quidem rarius comparet, ut in — VT(*q*) — *Utique* (2), — V(*s*)*us* — *Universus* (78), — V — *Ut* (2); hoc frequentius, ut in — U*a* — *Via* (63), — UB — *Vobis* (15), — UB — *Ubi* (4), — UE(*h*)*it* (69), — U(*ae*)N — *Venum* (156). — *V et truncatum et aliis literis junctum.* Utriusque, sive V, sive U, pars aut dextra aut sinistra, a litera aut sequenti aut antecedenti consumitur; idque ex his intelligitur exemplis:

— VB. — *Umbria* (128), — V(*m*)A(*m*) — *Unquam* (5), — O(*i*)V(*um*) — *Obvium* (63), — NV (28), — US — *Usus* (41), — UC*tus* — *Victus* (87), — FU(*l*)*e* — *Futile* (148. c), — HU — *Huc* (7). Interdum etiam stilo fugacissimo figura τȣ U in depressum extenditur sinum, ut in nota — MSU*um* — *Musivum* (163); vel, dum haec et quae sequitur litera uno calami ductu junctim exarantur, U ipsum festinantis manus impetu omnino clauditur, ut in — I(*n*)U*tat* — *Invitat* (50); — S(*ub*)U*it* — *Subvenit* (52), — I(*n*)U(*d*)*et* — *Invidet* (41). Quinque ab U incipientes syllabae sunt (29).

§. 141. **X.** Hujus literae forma, quae quidem X Latinum significet (§. 145), in notis Tironianis numquam cernitur integra, sed dimidia tantum, sive ex duabus, quibus constat, lineis altera, ut in — X*um* — *Extremum* (85), — XT. — *Xystus* (174*). Erunt fortasse qui quaerant, cur haec ipsa linea, non autem altera literae pars, a tachygraphis sit adhibita. Responsio in promtu est. Fit enim natura ipsa, ut dextra scribentis a summo ad imum sinistrorsum facilius moveatur; unde, in omni scriptura, quae a recta capitali paulum recedit, illam τȣ X lineam altera longiorem esse, quilibet animadvertet. A remotissimis enim temporibus ad nostram usque aetatem scriptitarunt

Ceterum Benedictini quidem sibi persuaserunt (III. 579), figuram = EX (1), in notis Tironianis frequentissimam, X esse ipsum, partem scilicet superiorem X capitalis. Sed neutiquam verum viderunt. Etenim illa forma ex literis = E et = X est composita.

§. 142. *X aliis literis junctum.* Haec sola ex literis Tironianis est, quae adeo non truncatur, ut potius, si cum alia conjungitur, perfectior evadat. Illa enim linea transversa dum literam proximam intersecat, eo ipso effingit perfectam τȣ X crucem, ut in = RX = *Rex* (46), = XU(*i*) = *Vix* (84), = DXV = *Dux* (93), = AXL = *Altrix* (123), = XE (31). Quae eadem operam scribentium levandi ratio notis Tironianis cum aliis scripturis est communis. Ita in vocabulo



i. e. LEX, (Marini pap. dipl. Tab. III. Nov. op. dipl. IV. Tab. 74) altera tantum ex duabus lineis, quibus X constat, re vera adest, quum literae E lingua alteram suppleat. Id ipsum vel in literis

capitalibus observare licet, e. c. in — VX (Aldi orthogr. 621. Breucm. 122. Coleti. 445), — XT (Alsat. ill. I. Tab. ad p. 529). Sic etiam compendii causa plura X uno calami ductu persecantur, ut pro XXX pingatur . Ad quod interdum non attenderunt, qui inscriptiones ex lapidibus transcripserunt. Apud Fabrettum quidem (in inscript. ant. 164. n. 298), ut hoc utar exemplo, legitur: *Que vixit annis IIIVI;* verisimile autem est, lineam transversam in numero III esse neglectam, qua restituta, *triginta sex* efficiuntur.

§. 143. **Y.** Desideratur haec litera in notis Tironianis. Neque id mirum, quum proprie sit Graecorum, non Romanorum, qui ne Quintiliani quidem aetate eam agnoscerent. Is enim (instit. orat. I. 4. T. I. p. 29) „Nostrarum" (literarum), inquit, „*ultima* „X est." Ponitur autem pro Y in notis Tironianis aut V, aut I, de quo mox (§. 311) videbimus. Ita in principio etiam notae — USP — *Ysopum*, i. e. *Hysopum*, U est pro Y. Male enim Gruterianae collectionis auctores eam (170*) interpretantur *Zesopum*.

§. 144. **Z.** Tironiana hujus literae figura affinis est unciali formae. Utraque ab antiquissimis Z sic duci potest:

I Z { unciale.
{ Tironianum.

Z truncati pars inferior a litera sequenti interdum corripitur,

e. c. in — ZMe — *Smyrnae* (158), — ZN*a* — *Zona* (159), — ZBL. — *Zabulon* (192). Vocalium, huic consonanti junctarum, syllabae quinque vario puncti situ significantur (§. 274).

§. 145. Restare videtur, ut de literis Graecis disputemus, quae immixtae sunt Latinis. Omega certum (§. 123), et Phi dubium (§. 127), suo quodque loco proposuimus. Quod solum superest Chi non nisi in verbis, quae ex Graecis sunt petita, reperitur, et quidem vel integrum, vel mutilum. Integrum conspicitur praesertim in fronte notarum, ut in — X. — *Chorus* (172), atque in omnibus vocabulis, quae a χορὸς descendunt, sive Latina sit eorum terminatio, sive Graeca, ut — X*ium* — *Choragium*, — X*es* — *Choraules* (172). Chi quidem in extremo notae — *Melancholicus* (180) esse videtur; malo tamen eam M(*e*)L*us* — *Melancholicus* legere. Ceterum non inficior, esse vocabula, quae, licet a Graecis sint profecta, meris tamen Latinis literis absque Chi notentur, ut — C(*r*)*um* — *Chirographum* (124), — C(*is*)M*a* — *Chrisma* (194), — C(*h*)RO*a* — *Cholera* (180). Quid? quod nomina *Christus*, *Christianus*, quae insecutis temporibus per Chi et Rho vel in Latinis scribendi compendiis XP*tus*, XP*tianus*, constanter sunt exarata, a Tironianis tachygraphis litera C scribuntur — CR*tus* — *Christus* (99), — CRT*anus* — *Christianus* (91).

§. 146. Chi mutilatum alterutra ex duabus lineis, quae sese intersecando crucem efficiunt, caret. Harum linearum ubique fere ea abest, quae ab imo dextrorsum assurgit; cujus causam jam attulimus, de litera X Latina (§. 142) disputantes. Exempla sunt in notis  — XRPtis — *Charybdis* (97. c),  — XR. — *Charon* (97),  — XR*a* — *Charta* (124),  — XTM*um* — *Chamaestratum* (164),  — XO(*s*). — *Chaos* (97*),  — AR(x)*um* — *Archisellium* (163). Eadem etiam parte mutilatum Chi fortasse latet in omnibus notis, quibus vocabula, quae ab *Archi* incipiunt, significantur, ut in  — AR(x)-GL. — *Archangelus* (99. c),  — AR(x)ЄP. — *Archiepiscopus* (Carp. I),  — AR(x)B. — *Archipresbyter* (91. 99),  — AR(x)TC*tus* — *Architectus* (130), cet. Notarum, in quibus τȣ Chi linea absit, quae a summo sinistrum demittitur, ut  — XAR*is* — *Chorocitaris* (172), numerus perquam est exiguus.

CAPUT SEPTIMUM.

De positione variaque inclinatione characterum, quibus notae constant.

§. 147. Si quid habent notae Tironianae admodum peculiare et a ceteris scriptionum generibus omnino alienum, id profecto varia unius ejusdemque characteris positio et inclinatio est. Non eam dicimus varietatem, quae festinantis calami ductu aut

literarum conjunctione fortuito nascitur, ut in nostra tachygraphia (scriptio *cursiva* vulgo appellatur), in qua sicut lancem in libra ponderibus impositis deprimi videmus, ita literas vicinis, prout cum iis conjunguntur, cedere, variamque speciem induere deprehendimus, eadem tamen vi ac potestate manente. Neque eam respicimus in notis diversitatem, quam postulat diversarum literarum conditio, qua e. c.  est T, quae eadem figura, paulum inclinata , est Q, cet. Sed illam nunc variam unius ejusdemque formae inclinationem explicandam sumimus, quae de industria eoque consilio adhibetur, ut sola hac mutatione alia prorsus nascatur significatio.

§. 148. Eosdem igitur in notis characteres modo videbis erectos, modo pronos, modo jacentes, modo introrsum, modo retrorsum obliquatos, modo supinos. Cujus diversitatis plures esse causas, facile intelligitur. Ita nota  — SV*it*, ut hac utar, significat *Sumit* (54). Eam autem ipsam, etsi syllabis SV et IT constat, ad notandum verbum *Suit* minime adhibere licet, ne duplicem una eademque nota habeat vim ac potestatem, indeque anceps fiat hujus formae interpretatio; quam qui effugere student tachygraphi, eadem quidem litera S, sed supina  ad exprimendum verbum *Suit* (136) utuntur.

§. 149. Simile quid, minoris tamen momenti, vulgares Romanorum siglae habent. In iis enim etiam adhibentur literae aver-

sae et supinae, praesertim ad muliebrem designandum sexum. Ita e. c. literis Ↄ ⅃ ꟽ ꓘ (Sert. Urs. 589. 798. Gothofr. 1514) *Caja, Lucia, Marca, Karissima* significantur. Cujus quidem perversitatis rationem et causam vix quisquam non inelegans eo referre audebit, ut illius sexus sit symbolum sive universalis aliqua significatio. Nemo tamen, notarum Tironianarum non omnino rudis, in eis allegoricum quid inesse, facile diffitebitur. Plura ejus rei exempla infra (§. 292 seq.) afferemus; nunc unum hoc sufficiat: Una eademque litera I prorsus jacente  verbum *Iacet* (20) denotatur; qua eadem, quum in eo est, ut paene jaceat  verbum *Iacit* (19) significatur.

§. 150. Peculiaris Tironianae scripturae indoles praesertim haec est, ut una eademque consonans litera, nullis sive punctis, sive aliis quibusvis signis, additis, pro sola ejus triplici inclinatione, sive diverso habitu, diversas vocales distinguat. Quemadmodum enim in arte Heraldica color purpureus lineis transversis dextrorsum descendentibus, caeruleus iisdem dextrorsum ascendentibus, ruber ad perpendiculum positis denotatur; sic etiam tachygraphi Tironiani vocales A, E, I, diverso consonantis, quae unam earum complectatur, situ notari voluerunt. Quod quo facilius intelligatur, plures syllabas et verborum terminationes, tribus columnis dispositas, hoc loco visum est subjicere:


Ga (27).	*Ge* (27).	*Gi* (27).
Ha (27).	*He* (27).	*Hi* (27).
Ac (29).	*Ec* (29).	*Ic* (29).
Ag (29).	*Eg* (29).	*Ig* (29).
Al (29).	*El* (29).	*Il* (29).
La (27).	*Le* (28).	*Li* (28).
Ari (24).	*Eri* (24).	*Iri* (24).
Are (22).	*Ere* (22).	*Ire* (22).
Aris (21).	*Eris* (22).	*Iris* (22).
Atis (21).	*Etis* (21).	*Itis* (21).
Veratis (21).	*Veretis* (21*).	*Veritis* (21).
Atur (21).	*Etur* (21).	*Itur* (21).
Amus (22. c).	*Emus* (22. c).	*Imus* (22. c).
Amini (22).	*Emini* (22).	*Imini* (22).
Amur (22).	*Emur* (22).	*Imur* (22).
Anus (25).	*Enus* (26).	*Inus* (26).
Anius (26).	*Enius* (26).	*Inius* (26).
Anianus (26).	*Enianus* (26).	*Inianus* (26).

§. 151. His curatius inspectis duo sunt potissimum, quae observes velim. Unum, quod columnarum sua cuique est notarum inclinatio; columnae primae /, secundae \, tertiae |: sua cuique etiam vocalis litera; primae A, secundae E, tertiae I. Alterum, quod notarum quaevis, in tribus columnis conspicua, licet sit eadem, triplici tamen modo, quo tres illas vocales significet, faciem mutat. Quin etiam in diversis omnino figuris interdum id fieri animadvertimus, ut in syllabis *Am, Em, Im*, quarum illae notantur notis / et ; haec duobus ad perpendiculum positis punctis (:) significatur (24).

§. 152. Neque in multis aliis notis arbitrariam esse diversam earum inclinationem, supra (§. 120) jam docuimus, atque haec etiam docebunt exempla. In notis  — M*a*X*imus* (41), MI*tis* (129), MAT*rona* (159), diversa literae M forma non temere, sed consulto facta est, siquidem in prima ita pingitur, ut / — X, in secunda, ut I literam, in tertia, ut AT syllabam simul exprimat. Minime porro arbitraria est in nota  — *Kalend*AS (103) τȣ K inclinatio; namque \ — *As* (24) terminatio eam postulat. Minime nihili est in nota  — HIS*dem* (6) τȣ H truncati (⊢) inclinatio; comprehendit enim syllabam / — *is* (47). Minime tandem in notis  — FV*r* (80),  — FV*ndit* (62),  — F*r*V*ctus* (109), τȣ F mutilati situs obliquus ab incauto profectus est calamo; partem enim literae V simul designat.

§. 153. Quanti igitur intersit, in observanda notarum inclinatione assiduam ponere curam, tum quae hactenus diximus, docere possunt, tum quae uberius etiam trademus, confirmabunt. Vocabula nimirum longe diversa iisdem saepe notis, sed aliter paulum inclinatis, significantur. Ita — LP(*us*) est *Lupus*, autem L(*e*)P(*us*) (175); — M(*o*)*tus*, — M(*u*)*tus* (135); — U(*a*)*es* — *Vades* (120), — U(*i*)*es* — *Vides* (41*); — F(*a*)L*is* — *Fatalis* (104), — F(*e*)*lis* — *Fidelis* (57); — Q(*i*)A — *Quia*, — QA — *Qua* (15). Atque ob hanc ipsam signandi rationem, qua diversa notarum inclinatione diversae earundem significationes indicantur, notae Tironianae meris siglis sunt clariores et distinctiores, ideoque multo commodiores. Exemplo sint notae — *Gaudet* et — *Gemitus* (102), in quibus, si G simplex solum cum qualibet earundem notarum terminatione spectaveris, legerisque *G—et* ac *G—tus*, difficilius profecto significationem assequeris, quam si praeter literam G in et literas simul A et E diversa inclinatione notatas observaveris. Jam vero in siglis Romanorum vulgaribus nomen *Legio* simplici L, et nomen proprium *Cajus* simplici G scribuntur, unde difficilius ex iis intelligantur illa vocabula necesse est: contra in Tironianis notis, quibus eadem nomina significantur, (75) ac (137), praeter L et G secundam quoque utriusque vocabuli literam E et A sola notarum inclinatione adjectam esse, facile intelligitur. Affir-

mare igitur ausim, nullum esse, praeter Tironianum, scribendi genus, in quo tam modica opera tamque exigua variatione tot diversae distinctius exprimantur significationes (§. 16. 287).

§. 154. Quin etiam causam, cur notas, quae omnibus literis constant, syncopas continere quidam sibi persuaserint, in eo maxime esse arbitramur, quod statum literarum atque variam earum inclinationem neque consideraverint, neque intellexerint. Sola quippe characteris  — P inclinatione  efficitur, ut literam V simul comprehendat. Quo posito, nequaquam mancae sunt notae  — P(*u*)B*es* (147), P(*u*)UL*is* — *Pulvis* (183), P(*u*)D*et* (86). Eademque de causa, quum litera , inclinata , literam A truncatam simul exprimat (§. 150), in notis  — U(*a*)L*de* (105), U(*a*)P*or* (166), quinque literarum nulla desideratur.

CAPUT OCTAVUM.

De nexu literarum.


§. 155. De literarum conjunctione supra (§. 92 seq.) quidem jam diximus, quum earum formam describeremus: vel sic tamen earum nexum singulari contemplatione et curatiore explicatione dignum esse arbitramur, quod superiores nostrae observationes non nisi conjunctione mutatam literarum formam spectant, generalis-

que et summa rei notio omnis ibi praetermissa est. Hanc igitur diligentius explicare nunc instituimus.

§. 156. Singulas literas tachygraphi, morae impatientes, tantum abest, ut seorsum pingant, ut, quoad ejus fieri possit, uno calami ductu junctim eas absolvant. Quod quidem ipsum in ea etiam scriptura, quae literas minutas jungit, fieri videmus. Majoris autem difficultatis res est in notis Tironianis literas jungere, utpote quae non ex minutarum, sed ex majuscularum genere sunt. Primum igitur videamus, quid ratione copulationis literarum intersit inter minutas et majusculas.

§. 157. Literae majusculae, nominatim capitales, quod genus scriptionis est perfectum, vix junguntur. Quod tamen ubi fit, vel simpliciter sociantur, vel coarctatae quasi conglutinantur et aliis insertae veluti concatenantur, nullo inter ipsas, nisi qui literarum partem constituit, calami ductu intercedente: qui, si conjunctionis tantum causa adhibetur, ubi conspicitur, eo ipso scripturam prodit a regula recedentem. Non nisi simpliciter sociatae sunt, ut his utar, ΜΛ = MA, Ϲ = CI, Ⲙ = NI, N = IV, ⋁I = VI (§§. 165. 217): quae incaute inconsiderateque acceptae multis erroribus materiam praebere possunt, quum duae literae ita cohaerentes pro una haberi queant. Sic in scriptura veteri Gothica, quam Ulfilanam appellant, literae λ = A et I conjunctae, quum speciem prae se ferant hanc Ν (Marini papyri dipl. n. 119. Tab. 17), cum litera N facile confunduntur. Sic in versu

tertio inscriptionis supra (§. 129) a nobis prolatae character tertius primo quidem adspectu K esse videtur; attamen duabus literis constat I et L. Ipse Montfaucon, vir ceteroquin in antiquitatibus sagacissimus, in explicanda statuae inscriptione POMPOMO (Antiqu. explic. T. III. P. II. Tab. 157. Fig. 2. p. 268) haesitans, Etruscam eam esse putavit, deceptus nimirum charactere penultimo M: quem si ex N et I compositum esse intellexisset, nullo qnidem negotio POMPONIO legisset. Supra (§. 139) etiam observavimus, causam ignoratam fuisse, cur M interdum non sit litera, cujus speciem prae se fert, sed NT. Similiter in statuae cujusdam (Paciaudi mon. Peloponn. II. 62) titulo Graeco ΑΛΒΦΥ quarta figura minime valet Φ, sed duabus constat literis, I et O, unde procedit nomen ΑΛΒΙΟΥ.

§. 158. Sed ad Tironianos redeamus characteres. Qui quum ex genere sint majuscularum literarum, haud aliter quidem atque hae ligantur; interdum tamen illorum consecutio non ita difficilis videtur. Exemplo sint notae  = U(*i*)R (8), T(*u*)O (12), S(*i*)M(*i*)A (176), C(*u*)B*at* (132), TRBL*is* = *Terribilis* (89). Quid autem intersit inter junctas Tironianas literas et disjunctas, una eademque nota docet, quum diverso modo scribitur sive , sive  = ЄP. = *Episcopus* (99. c. 91. c). Lineae ad jungendas literas interjectae in notis Tironianis non magis adhibentur, quam in vulgaribus literis majusculis. Quae quidem lineae quamvis adesse imperitis videri possint, re vera non


adsunt, sed occultam plerumque significant literam. E. c. in nota  = *Dilargitur* (68) calami ductus inter D et G minime tantum characterum jungendorum gratia adjectus, sed pars est literae L, quae dimidia a D absorbetur, integra autem cernitur in primitiva nota  = LG*us* = *Largus* (68). Item quae in nota  = *Vitiosus* (70) linea est inter  et S, literam T significat (§. 139); et quae sunt hujus generis reliqua. Animadvertantur et notentur haec inprimis ab iis, qui in notarum analysi operam studiumque ponunt, ne ullum in presso et arcto hoc scribendi genere calami ductum censeant supervacaneum atque inutilem. Verumtamen aliquando, etsi perraro, ab hac norma recessisse videntur tachygraphi. Certe in notis   = BI, CI, SI, TI, UI (30) non nisi jungendi causa linea inter consonantes et vocalem I est interjecta. Nusquam vero nisi in collectione, quam Gruterus edidit, atque in quibusdam diplomatibus regum Francorum primae stirpis (§. 386) istas invenimus formas; quum contra frequentissimae sint .

§. 159. Tantum autem abest, ut ad unam eandemque literarum formam adstricti fuisse videantur tachygraphi, ut multipliciter eam in construendis notis variaverint. Sic syllabam OP ex O et P aliter in nota  = OP*tat* (106) formarunt, aliter in  = OP*tio* (106): syllabam OC ex O et C aliter in  = CO*at* = *Occupat* (50), aliter in  = OC. = *Occasio* (50): syllabam VN ex U et N aliter in  = UN*a* = *Urna* (156), aliter

in — UN*o* (101), aliter in — VN*a* — *Urina* (165): syllabam denique NI aliter (1), aliter (28), aliter (30).


§. 160. Etenim literarum formam elegerunt eam, quam ad jungendum quoque loco aptam esse judicarunt. Exempli causa contempletur nota — Є*it*, quae significat *Emit* (44). Cui si syllaba *Con* praeponenda est, ut efficiatur *Conemit*, sive *Coemit*, loco Є lunati, quoniam Ɔ — *Con* eum illo *C* aegre conjungitur, E truncatum ⟝ substituunt tachygraphi, scribuntque — C(*on*)E*it* — *Coemit* (44). Eandem ob causam ad jungendas C et L literas aversa C utuntur, pinguntque — OL. — *Celer* (95). Quumque tritum Ɔ — *Con* literae S sequenti commode associari non possit, situm ejus primitivum restituunt, notantes — CSL*is* — *Consimilis* (65). Idem animadvertere licet in — CSV*it* — *Consuit* (136), — CS*um* — *Consitum* (94), — CST*atur* — *Constipulatur* (110), innumerisque aliis. Notae — Q(*i*)*es* — *Quies* (116), ut inde fiat *Requies*, praeponendum esset — R, quod ubique fere praepositionis RE vice fungitur. Sed R truncati et illius literae Q tanta est similitudo, ut vix intelligatur, quomodo iisdem figuris haud ambigua nota effingi possit. Altero itaque Q, scilicet , assumto, vocabulum illud compositum — RQ*es* — *Requies* (116) formant tachygraphi. Tertiam ejusdem literae speciem , e. c. in — Q*it* — *Quaerit* (48), quae ad recipiendas praepositiones haud est apta, itidem permutant, scribentes

 = *Adquirit*, *Conquirit*, *Exquirit*, *Inquirit*, *Perquirit*, *Requirit* (48).

§. 161. I in notis Tironianis locum tenet praepositionis IN; quae, si verbis ab S incipientibus praeponenda est, a tachygraphis cum ⊢ jacente permutatur. Erectum enim I literae S commode sociari nequit, nisi interveniente calami ductu, qui utrumque jungat. Illam igitur commutationem factam esse videmus in vocabulis *Insanus*, *Insilit*, *Insinuat*, *Insipiens*, *Insitivum*, *Insolescit*, *Insolitus*, *Insonat*, *Insperatum*, *Instaurat*, *Instigat*, *Instipulatur*, *Institor*, *Instrumentum*, *Insuit*, *Insula*, *Insulcat*, *Insulsum*, *Insultat*, quae sic notantur:    (87. 146. 91. 86. 94. 149: 47. 66. 52. 90. 90. 110. 90. 107*. 136. 70. 155. 146. 146). Hoc autem loco silentio praetermittere nolo errorem celeberrimi Marini (Pap. dipl. 298), qui, quum istud ⊢ jacens non IN legendum esse, sed I tantum simplex eo contineri existimet, Italorum hodiernam pronunciationem jam tum obtinuisse, ex notis Tironianis sibi persuadet, quasi tachygraphi scripsissent *Ispurcat*, *Istipulatur*. Paucae fortasse sunt notae, in quas incidit vir doctus, quibusque deceptus in falsam hanc opinionem induci potuit: qui si omnes, quae ejusdem sunt generis, cognovisset, rationemque mutati hujus I = IN in I jacens tenuisset, illam

suam sententiam vix proposuisset. Nonne, quaeso, hodie etiam Itali N pronunciant in verbis *Insania, Insinuare, Insipienza, Insolito, Insperato, Instigare, Institutore, Instrumento, Insulso, Insultare?* Atqui omnes has notas I jacente scriptas esse, modo vidimus. Accedunt lapidum tituli, in quibus vel vulgaribus literis ita perscripta leguntur vocabula *Insula, Insularius, Institor, Insubres*, cet. (Gruter inscr. 1079. 11. 1090. 19. 624. 10. 636. 8. 296. col. 2). Quid? quod in iisdem marmoribus praepositionem IN ea etiam habent vocabula, in quibus nunc quidem euphoniae gratia immutatur, e. c. *Inpetrabit, Inlustris, Inpendia, Inpleverit*, cet. (Gruter 370. 3. 28. 5. 62. 8). Accedit chartarum antiquarum auctoritas, in quibus eadem obtinet orthographia.

§. 162. Neque hic tacenda videntur menda, quae ex mala characteris  explicatione in notarum collectionem irrepserunt. Quum enim duplex sit ejus significatio, una literae P (§. 125), altera praepositionis PRAE (i), in verbis compositis plerumque obvia; inde fieri videmus, ut notarum interpretes, frequentiori hac notione decepti, plures notas male explicent. Ita reperies  in notarum collectione explicatas *Praearat* (112), *Praenoctat* (113), *Praeorat* (106), *Praeplectitur* (107), *Praesolet* (47), *Praespicuum* (110), *Praestringit* (107. c). At in hisce omnibus primus character non nisi literae P simplicis vice fungitur, ut ea significetur praepositio PER, cujus quidem usitatior est forma  (§. 125), in illis vero notis ob

nexum difficiliorem vix adhiberi potest; quod facile intelliget, qui eam cum reliquis harum notarum characteribus jungendi periculum fecerit. Sed ne quis temere a me damnatam illam interpretationem putet, ecce alias ejusdem generis notas, in quibus characteris  significatio PER nullam habet dubitationem atque ab ipsis collectionis auctoribus agnoscitur:  — *Peragit* (48), *Peragrat* (62), *Percrebuit* (106), *Perduellium* (148), *Pervicax* (136), *Pervolvit* (124), cet. Quid? quod liber etiam Cassellanus pro *Praesolet*, *Praespicuum*, *Praestringit*, *Praestrinxit*, *Praestrictum*, habet *Persolet*, *Perspicuum*, *Perstringit*, cet. Facessant igitur inaudita verba *Praearat*, *Praenoctat*, *Praeorat*, *Praeplectitur*, *Praesolet*, *Praespicuum*; redeantque in eorum locum, quae sunt usitatissima, *Perarat*, *Pernoctat*, *Perorat*, *Perplectitur*, *Persolet*, *Perspicuum*.

§. 163. Accidit interdum, ut in compositis conjunctionis gratia duplex fiat mutatio, et vocabuli simplicis, et praepositionis. Exempli causa ponimus notam  — C(*on*). — *Commodus* (32), cum praepositione I — *In* (1) conjungendam. Harum figurarum quum sit difficillima consociatio, utraque nota mutatur notando  — IC. — *Incommodus* (32). Idem fit in verbo  — *Sit* — *Scit* (35), cui quum praepositio Ɔ — *Con* (1) praemittenda est, ut inde fiat *Conscius*; tam S illud jacens mutatur in erectum, quam Ɔ aversum in adversum, hoc modo:  — C(*c*)S. — *Conscius* (35). Ita etiam a  — ST*atur* — *Stipulatur* (110)

proficiscitur  = CST*atur* = *Constipulatur.* Graviores sunt mutationes, quum ex  = F*et* = *Fervet* (165) fit  = E(/)-R*et* = *Efervet* (165). Namque non solum E angulatum, quod praepositionis vice ut plurimum fungitur, cum ϵ lunato permutatur; verum etiam τὸ , literae  insitum, tam linguam τȣ̃ F omissi exprimere videtur, quam quartam verbi compositi literam R.

§. 164. Quae quidem omnia fieri, ut facilius necti possint literae, non dubitamus. Etenim tachygraphi, formarum consecutionem et brevitatem maxime spectantes, de vulgari versuum et verborum directione minime laborant; sed quovis modo literas colligant, dummodo facilior efficiatur earum conjunctio. Ponunt igitur characteres etiam columnae instar, tam a summo deorsum, ut in  = *Celebritas* (146), *Umbra* (151. 169), *Dissolubilis* (50), *Difficilis* (51), *Culpabilis* (§. 131), *Ut supra* (55), *Rosa* (170); quam ab imo sursum, quod tamen rarius fit, ut in  = ARM*a* = *Aroma* (160*).

§. 165. Eodem consilio vulgares quoque literas non modo columnae instar a Romanis interdum positas (§. 201. 203), verum etiam saepe conversas videmus; atque ita junctae magna ex parte ad Tironianarum literarum similitudinem accedunt. Utrarumque comparatio quum facere etiam possit, ut mirari desinant imperiti singularem et peculiarem, quam opinantur, notarum Tironianarum formam, quaedam hoc loco subjicimus specimina, quibus

ante oculos ponitur, quomodo notae ex literis vulgaribus sensim emanaverint.

Literae Romanorum vulgares disjunctae:	*eaedem conjunctae.*	*Notae Tironianae.*
AC	(Nov. op. dipl. T. III. Tab. 61).	(29).
ANTE	(§. 203).	(198).
AR	(Nov. op. l. laud.).	(§. 150).
AS	(Coleti not. et siglae. p. 421).	(164. c).
CI	(Nov. op. l. laud.)	(26).
CO	(Ibid. et Fuchs hist. Mogunt. II. 131).	(26).
DE	(Reines. inscr. p. 155).	(1).
EL	(Nov. op. l. laud.)	(29).
EM	(§. 379), (Nov. op. T. I. Tab. 10).	(24).
ER	(Ibid. T. III. Tab. 61), (Alsat. ill. I. 591).	(24).
ET	(§. 265).	(1).
HIC	(Nov. op. l. laud.)	(7).
IB	(§. 202. Cellar. orthogr. I. 46).	(§. 220).
ID	(Nov. op. l. l. Castelli Sicil. proleg. p. 58. Fuchs II. Tab. I. 3).	(8).

Literae Romanorum vulgares disjunctae:	*eaedem conjunctae.*		*Notae Tironianae.*	
INT		(§. 202)		(23).
IR		(§. 202. Nov. op. l. laud.).		(§. 133).
IS		(Ibid.).		(§. 271).
IT		(§. 203. Marm. Pisaur. 15. Fuchs II. 171).		(§. 271).
LE		(§. 202).		(28).
MA		(Nov. op. l. laud.).		(28).
NI		(§. 202).		(28).
OR		(§. 202).		(§. 266).
PE		(Nov. op. l. laud.).		(28).
PR		(§. 203).		(§. 162).
RE		(Nov. op. l. laud.).		(28).
REX		(§. 63).		(46).
RI		(Nov. op. l. laud.).		(28).
RV		(Velseri opera. p. 423).		(28).
TA		(§. 268).		(29).
TE		(§. 202).		(§. 139).

Literae Romanorum vulgares disjunctae:	*eaedem conjunctae.*	*Notae Tironianae.*
TER	(Nicolai de sigl. 73).	(1).
TI	(§. 203).	(198).
TR	(Act. Palat. VI. 70. Nov. op. l. laud.).	(134).
TV	(Ibid. et Castell. 58).	(2. 29).
VI	(Alsat. illustr. I. ad p. 509).	(29).
VM	(§. 200. 261).	(24).
VT	(Nov. op. l. laud. Castell. 58).	(2).
UE	(Brencmann hist. pand. 122).	(29).
UNT	(Ibid.).	(25).
UR	(Ibid.).	(§. 135).




Haec qui diligentius comparaverit, intelliget, inter utrumque scribendi genus nihil fere interesse; atque ubi interest aliquid, id non nisi eo factum esse, quod tachygraphi vulgares literarum complexus uno calami ductu absolvere laborarent.

§. 166. Neque alia est causa, ob quam sibi sumunt tachygraphi, ut literas etiam trajiciant; id quod innumera docent exempla. Sic a suo ordine amotae conspiciuntur literae in notis

— XUI — *Vix* (84), — PXA — *Pax* (72), — L(*a*)-DR*um* — *Lardum* (167), — ALV*a* — *Aula*, pro *Olla* (168), — DXV — *Dux* (93), — RD(*i*)N*et* — *Renidet* (157), — PSC*a* — *Spica* (157). Inprimis vocabula ab F et P inchoantia literarum trajectioni sunt obnoxia. Cujus causam in peculiari horum characterum forma quaerendam esse arbitror. Uterque enim sive sive ex duobus tantum calami ductibus constat, quorum prior quidem satis longus, posterior autem non nisi brevis hamus est, ad literae sequentis nexum suscipiendum parum idoneus. Unde factum esse suspicor, ut hisce literis characteres, qui sequi debeant, saepius praeponantur. Cujus rei exempla suo loco (§. 209) adferemus satis superque.

§. 167. Plures literae uno calami ductu ita inter se aptae et nexae, ut integram forment syllabam, e. c. — *Pa* (28), vix patiuntur aliam etiam literam inseri. Quum igitur ex illa nota faciendum sit *Pra*, neque intercalari possit litera R, haec sequitur, ita ut *Par* quidem scribatur, *Pra* autem legendum sit. Documento sunt notae — P(*a*)R*um* — *Pratum* (150), — P(*a*)R*et* — *Prandet* (166), cet. Ita etiam Graecorum tachygraphi, προ et κρα scribentes, literis π et ο, κ et α uno calami ductu *absolutis*, Rho inserendum superponere solebant (§. 490).

§. 168. Sed haec literarum compositio et conjunctio quantumvis tachygraphis expedierit, haud leve tamen ex ea impedimentum ortum est, quo minus Tironianae scripturae studiosi

omnes notarum literas facile reperiant. Ipso enim nexu mutilantur literae, indeque deformantur; ut in nota  — *Ars* (89), in qua singulae quibus constat literae  sunt truncatae. Hujusmodi mutilatio quanquam in vulgaribus etiam Romanorum literis, ut primum conglutinari coeperunt, deprehendatur; in Tironianae tamen tachygraphiae genere istae formae multo magis coarctantur. Has igitur conglutinatas literas solvendi facultatem nisi adeptus fueris, singulas in notis latentes literas non reperies, adeoque pro mancis habebis, quae sunt integra vocabula, et omnibus, licet mutilatis, literis constant. Quam nostram sententiam ut exemplis confirmemus, afferamus notas quasdam; primum, in quibus terminatio est  ex E et T conflata (§. 265): 
 — ARet (132), DECet (111), DO(c)et (88), DOLet (65), C(i)et (152. c), OLet (166*), P(a)Vet (71), P(u)Det (86), R(u)Get (193. c), pro *Rugit*, S(i)Let (92), S(o)Let (47), U(r)Get (105): deinde plures, quae exeunt in  — *Is* (§. 165), ut 
 — A(v)Is (171. c), C(i)N*is* (165), P(e)N*is* (33*), R(u)D*is* (81), S(v)I*s* (167), pro *Sus*, cet.

§. 169. Quod autem ex vulgarium literarum conjunctione ambiguitatem interdum oriri (§. 139. 157) diximus, id etiam Tironianis cum illis est commune. Nota  perfectum quidem L antiquum repraesentare videtur, duabus tamen literis I et T con-

stat (§. 139), atque *Ita* (2), significat. Per notam , licet G Tironianum esse videatur, *Cui* notatur (6), siquidem ex literis C et I concreta est. In nota , quae proxime ad verum Delta (§. 101) accedit, vocabulum *Antiquum* (9) latet, quippe syllabae — *an* et — *ti* in ea sunt conjunctae. Prima quidem notae litera esse videtur U; est autem — Z, cujus hemicyclus inferior ab F, quod sequitur, consumitur, eaque nota significatur ZF. — *Zephyrus* (178). Nota pro mero T unciali (§. 138) haberi possit, quum tamen ex duabus literis T et C sit composita, quibus particula *Tunc* (15) denotatur. Denique nota non est B, cui est simillima, sed Ↄ aversum, adhaerente — *us* (§. 260), quibus significatur syllaba *cus* (26); et quae sunt ejusdem generis alia.

§. 170. Ejusmodi autem ambiguitas, malumque, quod ex aliena notarum interpretatione oriri potest, admodum imminuitur, vera literarum Tironianarum forma explorata et cognita. Cujus qui gnari sunt, eos minime fallet e. c. nota — GS — *Ges* (27); quam quo minus unam literam G esse putent, impediet trita satis τȣ G Tironiani figura , ideoque ex pluribus compositam esse statim suspicabuntur. Neque notam — MG — *Magis* (14) litera N cum G juncta constare arbitrabuntur, siquidem illius literae prona forma nequaquam est Tironiana.

§. 171. Aliae notae ancipites non nisi ex oratione continua et analyseos ope illustrari possunt. Atque haec ipsa animadversio

ad vulgares quoque literas, si junguntur, spectat. Sic syllaba , in numis saepe obvia (Nicolai de sigl. 124), num post A habeat V, an N literam, nisi ex contextu non intelligitur. In Tironianis notis una eademque est forma tam conjunctionis *Ergo* (5), quam terminationis *tio* (24). In illa vero E mutilatum (§. 106), in hac tectum τȣ T, praeter O, quod utrique est commune, latet. Ita etiam adverbio *Tunc* (15) et syllabae *ie* (27) communis est forma Illud vero tecto τȣ T et litera C constat, haec ex I jacenti atque Є unciali est copulata. Similis fere ratio est formae , quippe quae et *tes* (198) et *ies* (27) significet: nec non notae quam et *Tres* (101), et IS. — *Invidiosus* (42) interpretari licet. Quum igitur I jacens ac tectum τȣ T inter se simillima sint; facile confunduntur. Notissima est, ut hac utamur, nota — *Tu* (2. 29). Sed maxime aberraverit, qui notam inde TV*at* legendam esse arbitretur, siquidem ex I jacenti, loco praepositionis *In*, et V — *to* (§. 267) constat, atque *Intonat* (118) significat. Caveant itaque qui analysin notarum tractant, ne in errorem rapiantur, praecipue si minima curare moleste ferunt. Exemplo sit nota . Hanc qui obiter tantum adspexerit, M*mus* significare facile sibi persuadebit, cui tamen interpretationi obstat prima linea longius producta, quae — F prodit, cum M et terminatione *mus* compositum, i. e. *Finitimus* (57).

§. 172. Ordo notarum in collectione a Grutero edita quantumvis per se sit vituperandus (§. 70), eo tamen, quod vocabula

derivata posita sunt post primitiva, maxime facit ad notarum analysin facilius instituendam. Quare nosmet ipsi ex hac collectione numerum paginarum cuique notae in nostro hoc libro semper addere haud gravati sumus, permagni esse momenti existimantes, notarum cognatarum stirpem et familiam intueri totam. Ecquis enim, quaeso, hac non perspecta, notas   — *Consternit, Disternit*, recte solvat? Nonne primo adspectu in iis inesse putabit literas C(*on*)S*it*, D(*i*)S*it*? At primitiva  = S(*t*)N*it* = *Sternit* (90) cognita, cujus altera figura S minime esse potest S (quarum duae hoc verbo non continentur), sed  = N versum et erectum (§. 122); illico liquebit, notas illas compositas, quoniam prima verbi simplicis litera a praepositione plerumque consumitur (§. 243 seq.), C(*ont*)N*it*, D(*it*)N*it* — *Consternit*, *Disternit* explicandas esse. Si quis etiam causam quaesiverit, cur N sit erectum, nullo negotio intelliget, factum id esse, ut cum T (§. 139) facilius jungi possit (§. 160). Nemo itidem erit, qui notam  — *Ausus* (71. c) in literas A(*d*)S*us* solvat, nisi primitiva  = AD(*e*)*et* — *Audet* (71. c) spectata. Contra nonnumquam derivatis illustrantur primitiva. Ita ex  — I(*n*)-ω. — *Immodestus* (32) intelligitur, in primitivae notae  — M(ω). — *Modestus* (32) M supino Omega acutum simul latere (§. 120); quod alias nemo quisquam divinaverit.

CAPUT NONUM.

De notarum constructione et compositione.

§. 173. Quoniam de characterum in notis Tironianis conjunctione quaesivimus, res ipsa quoque poscere videtur, ut explicemus tam constructionem notarum, quibus integra vocabula significantur, quam plurium vocabulorum conjunctionem. Ex ea igitur, quam subjicimus, descriptione rem persequamur:

Componuntur, quae notis Tironianis scripta sunt,

vel literis mere Tironianis, | vel literis Tironianis et vulgaribus mixtis §. 187.

unius vocabuli partes | plura vocabula §. 184 — 186.

varie §. 174. 175. | simpliciter,

nota principe cum terminatione conjuncta §. 176. 177. | terminatione a nota principe separata,

ut uno charactere terminatio constet §. 178 — 182. | ut pluribus §. 183.

§. 174. Quod de conjunctione literarum supra (§. 159) diximus, tachygraphos in una eademque syllaba componenda varias adhibuisse literarum formas, notisque inde diverse formatis unam

eandemque syllabam notasse, id etiam de constructione verborum dicendum esse censemus. Atque haec ipsa observatio plurimum facit ad evertendam falsam et praejudicatam opinionem (§. 61 seq.), notas Tironianas non esse literas, sed signa tantum rerum. Signis scilicet scriptio Tironiana si constaret, immutabiles essent notae, neque unum idemque vocabulum posset exprimi notis diversis, prout diversae ad eas componendas adhibentur partes, id est literae, cujus tamen rei innumerabilia sunt exempla. Nomen *Britannicus* et — B(*rt*)C. (64), et — BTR*us* (140) notatur; verbum *Palpat* et (199), et (174): quae utraque nota literas quidem easdem PAL*at* continet; in illa vero litera h — A magis est expressa, in hac per inclinationem consonantis 7 — P(*a*) (28) leviter tantum indicata (§. 140). Adverbium *Deinde* notatur et — DED (6), et — DE(*d*)Э (32); pronomen H*os* et — HO(*s*) (27), et — h(*os*) (Carp. 14), et — H*s* (Carp. VII); nomen *Circulus* et CL (1), et — C(*u*)L (151); *Lucerna* et — L(*u*)N*a* (118), et — LU*a* (165); *Fuga* et — FA. (43), et — FU*a* (152). Quid? quod verbum *Voluerit* quadruplici ratione in libro manuscripto, ex quo Carpentierus sua sumsit, compositum exstat, prout magis minusve est correptum; nimirum — *Urit* (Carp. 70. v. 5), — UO*rit* (76. v. 30), — UO*urit* (76. v. 10), et UOL*rit* (68. v. 8).

§. 175. Non alienum quoque ab hoc loco videtur, ex libris notarum docendarum causa olim scriptis ejusmodi exempla petere, quibus probetur non ex uno fonte omnes notarum Tironianarum collectiones profluxisse. Quamquam enim similem auctor anonymus apud Vulcanium (§. 67) collectionem habuisse videtur atque Gruteriana est, quod idem in utraque notarum ordo satis indicat; minime tamen utriusque collectionis auctor alter ab altero notas serviliter accepit, aut coeco animo alter alterius figuras tantum imitatus est, sed libere notas composuit, id quod speciminibus probatur, quamvis paucis, quae anonymus ille ex sua collectione publicavit.


Ex collectione, quam edidit Gruterus.		*Ex collectione, quam edidit anonymus apud Vulcanium p. 26 seq.*	
	= EF(*r*) (46).		= ЄF(*r*) = *Evertit.*
	= B(*rt*)C. (64).		= BR*us* = *Britannicus.*
	= TCЄ. (64).		= TCЄ = *Tiberius Caesar.*
	= CO(*s*). (64).		= CL. = *Clodius.*
	= ω*o*. (64).		= ωOT = *Otho.*
	= P(*a*)TU*um* (136).		= P(*a*)T*ium* = *Patavium.*
	= (*e*)T(*am*)N (2).		= (*e*)T(*am*)V(*m*) = *Etiamnum.*

Ne vero reliquos ejusdem collectionis libros manuscriptos praetereamus, ex paucissimis notis, quas Trithemius abbas (Polygraph. ed. 1600. p. 601) edidit, eam, qua *Incommodus* significatur, — INC(*on*). comparandam cum Gruteri (32) — IC. proponimus. Addimus denique alias, quas suppeditat liber manu scriptus Cassellanus.

Ex Gruteri collectione.	*Ex libro Cassellano.*
— PC*tor* (9*).	— PCor — *Praeceptor.*
— PSPE (52*).	— PSPE — *Prospere.*
— A(*p*)P*at* (54).	— A(*d*)P*at* — *Adparat.*
— I(*nc*)BL*is* (54).	— I(*n*)BL*is* — *Incomparabilis.*
— FCA (69).	— UA. — *Vectura.*
— C(*on*)R(*l*)E (77).	— C(*on*)R(*l*)E — *Corruptile.*
— PS*tis* (87).	— PS*is* — *Pestis.*
— S(*t*)NV(*m*) (90).	— S(*t*)N*tum* — *Stratum.*
— NO*em* (101).	— NOE — *Novem.*
— ISV*rius* (142*).	— ISV*ius* — *Isubrius.*
— CO(*rn*)U (173).	— CO(*rn*)V — *Cornu.*

§. 176. Quemadmodum in explananda linguarum natura et indole vocabula primitiva, quae notionum quasi radices continent, a variis ad ea accessionibus, quae auxiliares tantum notiones afferunt, distinguuntur, ut in Hebraeorum lingua radices a praefixis et affixis; ita fere in Tironiana fit scriptione. Plerumque enim notae principis forma immutabilis manet, terminationesque, quibus diversae mutationes notantur, separatim ei adduntur. Etenim inter exceptiones ab hac regula referendae sunt notae, quarum terminatio eodem calami ductu formatur. Exempla sunt: — M(*e*)SI*s* — *Mensis*, — M(*e*)SE*s* — *Menses* (102. 103), — A(*s*)K — *Kalendas*, — K(*al*)R — *Kalendarum*, — I(*s*)K — *Kalendis*, — N(*ae*) — *Nonae*, — N(*as*) — *Nonas*, — N(*is*) — *Nonis* (103), — MA — *Multa*, — MI(*s*) — *Multis*, — M(*l*)D(*o*) — *Multitudo* (41), — P(*u*)SV(*m*) — *Pusillum* (89), — VSV(*m*) — *Usitatum* (41), — Adu*Num* (9), — M(*i*)A. — *Militia* (75), — M(*i*)A. — *Molestia* (71), — MSA — *Miseria* (66), — C(*on*)A. — *Colonia* (63), — T(*i*)A. — *Tristitia* (108), — IA. — *Junctura* (108), — M(*e*)SA. — *Mensura*, — M(*e*)SO. — *Mensor* (119), — N(*ta*-

tem) — *Necessitatem*, — N(*tales*) — *Necessitates* (60), — C(*on*)V(*m*)P — *Compendium* (68).

§. 177. Huc etiam pertinent verba, quae cum *Facio* composita sunt, ut *Adsuefacit*, *Adsuefecit*, *Adsuefactum* (151); *Calefacit*, *Calefecit*, *Calefactum* (114); *Commmnefacit*, *Commmnefecit*, *Commmnefactum* (151); *Labefacit*, *Labefecit*, *Labefactum* (112); *Obstupefacit*, *Obstupefecit*, *Obstupefactum* (116); *Patefacit*, *Patefecit*, *Patefactum* (104); *Madefacit* (183). Sic enim notantur, 

i. e. A(*d*)F(*it*)S, A(*d*)F(*e*)S, A(*d*)F(*um*)S; K(*a*)LF(*it*), K(*a*)LF(*e*), K(*a*)LF(*um*); C(*on*)F(*it*)N, C(*on*)F(*e*)N, C(*on*)F(*um*)N; LF(*it*)B, LF(*e*)B, LF(*um*)B; SOF(*it*)P, SOF(*e*)P, SOF(*um*)P; PF(*it*)A, PF(*e*)A, PF(*um*)A; MF(*it*)A (183), rel. Paulo aliter effictum reperitur idem verbum, quum junctum est adverbio, ut — SF*it* — *Satisfacit*, — SF*it* — *Satisfecit*, — SF. — *Satisfactum* est (33), — *Bene facit* (42). Ex his autem non modo facilius cognoscitur compositio adverbiorum — ST(*is*) — *Satis* (33), et — B(*e*)N*e* (42), cum verbis — F*it* — *Facit*, *Fecit* (36) et — ES. — *Est* (6); sed etiam nullo negotio intelligitur, terminationem a nota principe divulsam esse. Illa contra plurium notarum con-

junctio et coarctatio causa esse videtur, cur quarumdam notarum originem vix explicare possimus. Ita in nota *Num* (1) lineam superiorem longius productam ex terminatione — *Vm*, separatim olim apposita, ortam esse verisimile fit, ut prius quidem scriptum fuerit — N*um*, postea uno eodemque calami ductu.

§. 178. Seorsa contra ad notam principalem flexionis accessio ut multo usitatior est, ita etiam deprehenditur in flectendis tam nominibus, e.c. — *Meus*, *Mei*, *Meo*, *Meum* (12. 13) cet. quam verbis, ut — *Cogo*, *Cogis*, *Cogit*, *Cogimus* (48*): eandemque flexionem per omnia porro tempora facile persequeris, dummodo notae principi addas terminationem, quae convenit. Istae vero ad principalem notam accessiones minoribus characteribus notari solent: quod ipsum in vulgaribus quoque Romanorum literis usu venit, ut e. c. scriberetur TiT — *Testamenti*, ToT — *Testamento* (Magno ap. Gothofr. 1494), Qo — *Quaestio* (Sert. Urs. 737. 934), I?M — *Hymnus* (Petr. Diacon. ap. Gothofr. 1513); atque in lapidum inscriptionibus S TROBIL[I], EPENTINo (Fuchs I. ad 188. Tab. 22. n. 24. et 13).

§. 179. Quoniam autem non nisi generalem notarum notionem habuerunt tachygraphi, partium, quibus constant, ignari; inde factum esse arbitror, ut literae in nota principe jam exstantes

interdum etiam in terminationibus adjectis, quas ut signa, quae dividi non possent, tractabant, repetitae compareant, atque redundent. Exempla sunt in notis — LRrius — *Ligarius* (49), — I(*u*)M*mentum* (181), — A(*d*)RN*ne* — *Adspergine* (107), — SV*unt* — *Sunt* (16), — P(*t*)N*ens* — *Patiens* (54), — S(*l*)M*mentum* — *Solamentum* (63), — F(*u*)M*mentum* — *Fundamentum* (62), — D(*i*)R*ria* — *Diaria* (69). Sed fortasse licentia haec fuit Tironiana. Esto! limites modo ne excedat. Ex ejusmodi enim constructionis abusu ambiguitas notarum, imo sententia prorsus aliena oriri potest. Nam qui e.g. pro nota — D*at* (19) notaret — DA*at*, is minime verbum *Dat* exhiberet, sed *Damnat* (67). Simile (apud Carpent. 6. v. 2. 17) mendum a notario bis commissum esse videmus, qui notae — UO — *Vero* (22), in qua terminatio O jam inest, literam — O nihilominus adjecit; quo facto — UO*o*, id est — *Volo* legitur, minime autem, quod notare voluit, adverbium *Vero*.

§. 180. Ceterum uni eidemque notae principi numquam duae terminationes simul junguntur. Quod sicubi extra ordinem, quamvis perraro, fit; tum in una nota duo latere vocabula significatur (§. 218 f.). Nolim tamen hoc intelligi de una terminatione pluribus notis constante, quae satis frequens est (§. 183).

§. 181. Ipsos collectionis notarum auctores verae indolis characterum Tironianorum fuisse ignaros, magna significatio fit ex iis notis, quibus terminatio uno eodemque calami ductu adjecta est. Quas quum non intelligerent, eandem interdum terminationem separatim addiderunt, adeoque temere duplicarunt, ut apparet ex his:  = TBA*a* = *Tibia* (129),  = NO(*r*)-A*a* = *Norma* (119),  = U(*a*)V(*m*)*ium* = *Vadimonium* (120),  = M(*i*)A*a* = *Minerva* (133),  = ISI(*s*)*is* (135),  = S(*p*)N(*a*)*a* = *Spina* (155),  = S(*t*)M(*a*)G*a* = *Stigma* (155),  = TO(*r*)UV(*m*)*um* = *Torvum* (159. c),  = U(*a*)N(*um*)*um* (§. 177. f.) = *Vanum* (121). Idem vitium animadvertimus apud notarium (Carpent. 22. v. 24), qui super notam  = *Nonas* (103), cui terminatio jam inest (§. 176), seorsam imposuit  = *As*.

§. 182. Puncti in scriptione Tironiana quoniam multiplex et varia est significatio (§. 250 seq.), nil prohibet, quo minus cum terminatione literata in una eademque nota simul adsit. Licet igitur in nota  = O(*t*)S. = *Totius* (Carp. 20. v. 6. 22. v. 2) vocabulum terminetur litera S, punctum nihilominus comparet, ita tamen, ut vice fungatur literae initialis T (§. 252). Quodsi terminationis loco punctum notae adjectum est, literata terminatio adjungi nequit, cui punctum in casibus obliquis locum cedit (§. 255).

Argumentum est corruptae jam Tironianae scriptionis (§. 250), quoties in hanc regulam peccatum esse videmus. Nomen, ut hoc utar, *Chrisma* notatur — C(*is*)M*a* (194), in cujus terminationis A locum etiam punctum substitui potest, quo magis haec nota contrahatur (§. 251). Hujus autem puncti vim quum non intelligeret notarius (ap. Carpentier. 10. v. 5), terminationem — *ma* (28) inscite addidit.

§. 183. Quum terminatio per unam notam auxiliarem commode ita exprimi non potuit, ut facile intelligeretur; pluribus ad eam significandam tachygraphi usi sunt notis, ut — DE *is sem* — *Dedissem* (Carp. VI*), — UO *u rit* — *Voluerit* (Id. 76. v. 10), — PVG *ue rit* — *Purgaverit*, — C(*on*)T *ue rit* — *Constituerit* (§. 360), — P(*a*)L *u it* — *Placuit* (Carp. II), — P(*rae*) *en ti bus* — *Praesentibus* (§. 359), — F DE I(*u*)S *ores* — *Fidejussores*, — P(*rae*)S *an tis si mi* — *Praestantissimi*, — A(*b*)B *tis sa* — *Abbatissa* (§. 362), — OP *is si me* — *Potentissime*, — P(*ul*)R *di ne* — *Pulchritudine*, — M(*u*)S *di nem* — *Mansuetudinem* (§. 359), — ML(*is*) *si mus* pro *Molestissimis* (§. 360).

§. 184. Ad praepositiones cum nominibus jungendas quod attinet, Tironiano more illae majore, haec minore charactere pinguntur, atque illis haec vel superimponuntur, ut — EX *co* — *Ex consilio* (32), — S(*i*) *praeum* — *Sine praejudicio* (34), — A(*d*) *elv* — *Ad elevandum* (46*), — I*n* o(*r*) — *In oriente* (113), — S(*e*)R(*t*) *n* — *Subter notas* (191*); vel subter illis collocantur, ut — I(*n*) *ca* — *In colonia*, — DE *ca* — *De colonia* (63), — I(*n*) *g*(*a*)*l* — *In Gallia* (78), — I(*n*) *o*(*c*) — In *occidente* (113); vel ad latus adscribuntur, ut — P(*ro*)*p* — *Pro plebe* (39), — *I*(*n*) *s* — *In sermone* (43), — DE *g* — *De gratia* (48), — I(*n*) *r* — *In regione*, — Per *r* — *Per regionem* (63), — DE *ex* — *De exercitu* (48), — S(*i*) *c* — *Sine causa* (8), — *P*(*ro*) *c* — *Pro civitate* (41), — I(*n*) *ag* — *In agraria* (62), — I(*n*) *o*(*b*)*s* — *In obsidione* (116); vel ipsis inseruntur, ut — S(*i*) *p* — *Sine periculo* (40), — EX *p* — *Ex parte* (51. Carp. 7. v. 13), — I(*n*) *p*(*u*)*c* — *In pecunia* (67), — S(*i*) *d*(*u*)*n* — *Sine divisione* (125).

§. 185. Causam hujus dispositionis qui quaerent, praepositionem fortasse ideo arbitrabuntur majori charactere notari, quia nomen casum, quem praepositio poscit, consequitur. At minime res ita se habet. Ratio enim simplex haec est. Ex binis vocabulis illud, quod antecedit, majori nota pingitur. Quum igitur praepositiones nomina antecedant, illarum etiam notae horum notis majores sint necesse est. Idem videmus in adjectivorum cum substantivis conjunctione, ut in his:  = M *p* = *Major pars*,  = M *p* = *Minor pars* (51),  = GL *h.* = *Gloriosus homo* (115*),  = EG *vir* = *Egregius vir* (98), quae eadem nota scribitur inversa  = UIR *eg* = *Vir egregius* (98). Eundem morem in vulgaribus Romanorum siglis jam fuisse, inscriptio docebit, quam mox (§. 202) afferemus, siquidem in ea siglis  significantur nomina *L(ucii) F(ilius)*.

§. 186. Vocabulorum conjunctio plerumque efficit, ut ex binis notis, quibus illa sunt notanda, alterutrius pars, ab altera absorpta, oculis subducatur. Ita ex  = B(*e*)N(*e*) (46), et  = SA. = *Sanus* (87) fit  = BA. = *Bene sanus* (88*); ex  = A*cum* = *Aequum* (2), et  = A. = *Animus* (45),  = A*cum.* = *Aequo animo* (45). Quin etiam principalis nota alterutrius vocabuli penitus interdum aufertur, sola terminatione servata. E. c. de nota  = SL*um* = *Solum* (35*) in composita  = N*um* = *Non solum* (35) nihil praeter terminatio-

nem \ = V*m* (24), superest. Sed de his uberius suo loco (§. 204 seq.).

§. 187. Antiquissimis temporibus exarata notis Tironianis monumenta supersunt nulla (§. 45. 46); ea vero, quae nunc exstant, ex calamis emanarunt notariorum, qui notas quidem usurpabant, sed indocti ac sensu acriori parum praediti erant. Hinc mirum non videbitur, in eis subinde permixtam esse antiquiorem illam Tironianam scriptionem et recentiorem vulgarem. In libris igitur manuscriptis (§. 360. 367. 368) aeque atque in diplomatibus (§. 412) plura animadvertuntur vocabula in mediis notis Tironianis vulgari charactere scripta. Saepe etiam notarii unum idemque vocabulum, quod alias nota Tironiana bene notaverant, vacillante memoria vulgaribus literis exararunt. Ita verbum *Eradicentur*, cujus notam Tironianam notarius (ap. Carpent. 2. v. 20) recte prius signaverat, non ita multo post (12. v. 30) vulgaribus literis scripsit. Inversa ratione nomen *Chrisma*, quod modo (Carp. 10) vulgaribus literis scripserat, paulo post, quum nota Tironiana in mentem rediret, ea ipsa bene notavit. Magis autem mira haec utriusque scriptionis permixtio videtur, ubi in uno etiam eodemque vocabulo inest, ut in ꟻ *deceſſoreſ* = *Praedecessores* (Carp. 30. v. 21), ⌄ *cutiendaſ* = *discutiendas* (40. v. 27), / *alar* ʒ = *Adalardus* (48. f.), *rabo* ꝺ = *Rabodonem* (56. v. 4); praesertim quum utriusque scriptionis characteres simillimi diversam saepe habeant significationem, ut in

h l o] ?· — *Hlotarius* (Carp. 68. v. 18), cujus nominis prima litera h, si Tironiana est, A significat; si vulgaris, H unciale.

CAPUT DECIMUM.

De compendiaria scribendi ratione.

§. 188. Compendiariam scribendi rationem, quae non a nobismet ipsis, sed ab aliis, proficiscitur, difficilius intelligimus. Quae quidem difficultas quum in ipsa vulgari scriptione obstat, tum multo magis in Tironiana: unde singulari et acri studio opus est in explicanda via ac ratione, qua prisci, ut breviorem scripturam redderent, vocabula corripuerunt. Ad hanc autem rem gerendam qui accedunt, caveant, ne impedimentis absterreantur profecto haud mediocribus, quorum gravissimum est vagus adeo et inconstans verba corripiendi modus, ut vix certa sint hujus artis praecepta. Quemadmodum enim in vulgari scriptura unum idemque vocabulum varie notatur, ut *Mater*, tam per MR, quam per MT, atque etiam per MTR (Sert. Ursat. 868. 869); *Roma*, tum per R, tum per RM, tum per RO (942. 946); *Rufus*, tum per RF, tum per RV (839); *Invenies*, tum per IN, tum per IV (718): ita etiam in Tironiana scriptura dupliciter notatum reperies *Optimum*, tum ω· — ω*mum*, tum ?? — OP*um* (Carpent. IX); *Actor*, tum h — A*tor* (48), tum ?? — AC*or* (Carpent. IX); *Omnibus*, tum ?? — O(*s*)*bus* (81),

tum  = OV(*s*) (4); *Passi*, tum  = PS*si*, tum  = P*si* (Carpent. IX); *Archipresbyter*, tum  = ARB. (91), tum  = AR(*p*)S(*e*)R. (99), cet. Quodsi Carpentier, qui vel ipse quaedam horum exemplorum suppeditavit, Tironianae scriptionis naturam atque indolem quodammodo intellexisset, et causam rationemque diversitatis formarum assecutus esset; certe non docuisset, notas Tironianas haud esse literatas, sed arbitraria tantum notionum signa (§. 65); quod quam absurdum sit nemo non videt.

§. 189. Contra ac modo diximus, fit, ut unus idemque in compendiis scribendi literarum complexus diversa interdum significet vocabula. Iisdem e. c. literis ACT. et *Actiacus*, et *Actium*, et *Actor*, et *Auctoritas*, et *Hactenus* (Sert. Urs. 532) notatur; literis AD iisdem et *Adest*, et *Adhaesit*, et *Adjutor*, cet. Haec autem ambiguitas, frequens quidem in eis, quae vulgaribus Romanorum literis correpte sunt scripta, a Tironianis tamen notis est aliena; siquidem in iis vix ejus reperies exemplum.

§. 190. Persaepe compendia scribendi ita sunt comparata, ut, qua ex lege vel ad quam normam composita sint, assequi nequeas. Ex vulgaribus scribendi compendiis huc refero A. RION. = *A rationibus*, B. FR. sive BFV. = *Bona fortuna*, BI. = *Brevis*, BITT. = *Britannia*, ƆO. = *Controversia* aut *Contra*, COR. = *Cohors*, CVNC. = *Conjux*, EXM. = *Exemplum*, EXIBIT = *Exhibuit*, FIC. = *Fideicommissum*, GA. V. = *Gravitas*

vestra, IDI. D. — *Judicium dabo*, INC. — *Initio*, IXT. PRIM. — *Juxta parietem*, L. DVI. — *Locus divinus* (Sert. Urs. 558. 573. 574. 575. 619. 644. 653. 704. 705. 713. 718. 731. 759. 778. 790. 805) cet. Ab hac vulgari corripiendi ratione multum discrepat Tironiana, quam aliqua plerumque niti ratione (§. 195) videbimus, dummodo rei intelligentia non simus destituti. Exemplo sit nota  — PG*us* — *Pignus* (78), quam qui vituperet, quod ad syllabas P*ig* — N*us* non sit accommodata, et pro PG corripi debuisse putet PN, haud dubie erraverit, vocabulum perperam dividens. Utique enim ex praescripto regulae (§. 239) nota syllabatim P(*i*) — G(*n*)*us* est correpta.

§. 191. Ordine etiam literarum, quae in compendiis scribendi retinentur, turbato, legendi facultas admodum impeditur. Id non solum in monogrammatibus accidit, verum etiam in iis, quae disjunctis literis sunt scripta, ut ATC. — *Auctoritas*, CST. — *Controversia*, DRS. — *Deserta*, D. TRBLN. — *De tribunali*, FLM. — *Familia* (Sert. Urs. 560. 651. 684. 686. 687. 722), OHO. — *Homo*, OHON9. — *Homo honestus*, NLI — *Nihil* (Magno ap. Gothofr. 1486. 1490), I9M — I*us*M — *Hymnus* (Petr. Diac. ibid. 1513.) Perversus iste literarum ordo in Tironiana quoque scriptione tritus est et pervulgatus.

§. 192. Accedit et aliud, quod ex sermone ipso oritur, impedimentum. Ecquis enim erit, cui in examinandis scribendi compendiis confestim succurrat, in medio sermone Latino im-

mixta esse linguae peregrinae vocabula? Attamen in ipsis notis Tironianis, quae haud dubie sunt Romanae, reperiuntur  — DεV(*r*) — *δεύτερος* (9),  — HDN. — *ῥοδανὸς* (183),  — E(*m*)N — *ἐπὶ - Nomen* (35),  — L(*a*)*os.* — *λαϊκὸς* (91).

§. 193. Sint ista. Iis tamen difficultatibus, quamvis magnis, occurri potest, maxime comparatione similium, quam analogiam appellant. Sed, quae medio aevo in usu erant, scribendi compendia, ea nihil fere adjumenti afferunt ad explicandam Tironianam scriptionem. Prorsus enim diversa ratione diversisque ex literis, scilicet *minutis*, illa sunt formata. Notae contra Tironianae, quum ex literis Romanorum *majusculis* sint enatae (§.89. 165); ad eam tantum compendiariam scribendi rationem in explicandis notis nobis est decurrendum, quae in majusculis usitata fuit. Haec quam sit similis Tironianae, ex comparatione aliquot utriusque scripturae compendiorum perspicietur, quam hoc loco instituimus:

Notae Tironianae.	*Vulgaria Romanorum compendia scribendi.*	*Significatio.*
 (39)	RA (Gothofr. 1493. Coleti 433)	— *Roma.*
 (6)	IT (Sert. Urs. 787)	— *Item.*
 (15)	TC (Idem 977)	— *Tunc.*
 (104)	ID (Idem 759)	— *Idus.*



(14)	H	(Gothofr. 1510)	— *Haec.*
(2)	NS	(Idem 1490)	— *Nisi.*
(6)	EE	(Id. 1458. 1485. 1506. 1507)	— *Esse.*
(4)	OA	(Id. 882. 1091)	— *Omnia.*
(§. 212)	CA	(Id. 589)	— *Causa.*
(§. 108)	FA	(Id. 709)	— *Femina.*
(115. c)	GL	(Id. 733)	— *Gloria.*
(129)	GX	(Id. 736)	— *Grex.*
(46)	LX	(Id. 845)	— *Lex.*
(14)	MG	(Id. 859)	— *Magis.*
(2)	NQ	(Id. 880)	— *Neque.*
(22)	VO	(Id. 881)	— *Vero.*
(1)	Ƨ	(Id. 759. 760)	— *Inter.*
(3)	IG	(Nicolai de sigl. 70)	— *Igitur.*
(3)	Ꝟ	(Coleti 445)	— *Vel.*
(1)	PT'	(Id. 435)	— *Praeter.*
(34)	Nɣ	(Id. 433)	— *Non vis.*
(164)	ŁL	(Eisenschm. de pond. Tab. II)	— *Libra.*

§. 194. Eadem igitur utriusque scripturae compendia iisdem constant literis, forma tantum diversis. Quo fit, ut plures notae Tironianae recondita in aeternum mansissent aenigmata, nisi ex vulgaribus Romanorum compendiis eas enodandi potestas esset. Ita nota  nomen *Adulter* (132) significari, certum quidem est: at qua ratione significetur, et quibus tandem constet literis, nonnisi ii assequentur, qui in compendiis Romanorum vulgaribus id ipsum vocabulum viderint designatum literis ADL (Sert. Urs. 533), indeque collegerint, syllabam / = *Ad* (1) cum L inverso in illa nota inesse. Sic etiam nota  = *Secundus* (100) primo quidem adspectu literas SVS*us* continere videtur; et repetita in terminatione litera S ita quidem (§. 179) ferri possit. Quum vero in nota  qua *Secundum* significatur (Carpentier. p. 13. v. 28), duo S ne cogitari quidem possint; aliter explicanda haec forma, atque illustratio itidem ex literis Romanorum majusculis petenda est, quibus vocabulum *Secundum* correptum exstat literis SD (Sert. Ursat. 956). Magna ex eo significatio fit, alteram illam τὸ S in nota speciem minime verum esse S, sed ϟ = D Tironianum negligentius delineatum, ideoque S(*u*)D*us*, S(*u*)-D*um* illas notas explicandas. Quam conjecturam id etiam confirmare videtur, quod nomen proprium *Secundunum*  — SD-N*um* (142) est notatum.

§. 195. Quum igitur tanta deprehendatur notarum et compendiariae in vulgaribus Romanorum literis scriptionis consensio;

quumque in explicandis siglis, quantumvis laborarint homines docti, ad universae rei σύνοψιν et praecepta generalia nondum ventum sit: nos quidem non ingratam orbi erudito operam praestare arbitramur, quum primas lineas universae compendiariae scriptionis tradimus, adpositis ex utroque scribendi genere exemplis. Ne vero vagari cogatur oratio, omniaque nimis confundantur; ordinem, si non optimum, at aliquem, sequemur. Quem igitur ante oculos ponimus in hac tabula:

Compendia scribendi.

Distinguenda sunt quae eorum tantum speciem habent (§. 196—199) a veris, quae oriuntur


- vel ex literarum forma
  - mutabili
    - involutarum §. 200. —207.
    - trajectarum.
      - vulgarium §. 208.
      - Tironianarum §. 209.
  - immutabili §.210—214.
- vel ex literarum omissione
  - nominatim
    - geminatarum alterutrius
      - literae. §.215. 216.
      - syllabae. §.217. 218.
    - vocalium §. 219.
  - generatim
    - paucarum §. 220.
    - plurium, (*)

(*) quarum

- temerariae omissionis causa investigatur §. 221 — 228.
- natura et conditio explicatur, tum maxime,
  - quum litera initialis est servata
    - vocabuli
      - sola §. 229 — 235.
      - cum aliis §. 236. 237.
    - syllabarum §. 238. 239.
  - quum litera initialis est omissa
    - ipsius vocabuli §. 240–242.
    - radicis in verbis compositis §. 243–245.

§. 196. Error fere communis est omnium vel peritissimorum artis diplomaticae virorum (Eckhardi intr. in rem dipl. S. 2. C. I. §. 25. Schwabii inst. dipl. P. 2. C. 4. §. 39. Gatteréri delineat. (*Abriss*) dipl. §. 43. p. 35. Gruberi syst. T. I. p. 138. §. 23. Schwartneri introd. in art. d. Hung. P. I. C. 2. §. 57. p. 65. Oberlini art. dipl. pr. lin. p. 13. Schoenemanni syst. I. 594. §. 164. 598. §. 165. Huchii Hist. liter. dipl. 271. §. 83. Mannerti Misc. p. 35), quod notas Tironianas signorum compendiariorum generi subjiciunt. Illud quidem haud dissimulandum, plura in iis inesse vocabula non omnibus, immo paucis admodum literis, quin etiam siglis audacius scripta. Eam vero ob causam totam hanc scripturam in com-

pendiis scribendi numerare non magis licet, quam Neo-Gothicam (ut vocant), in qua compendiorum numerus certe itidem est frequentissimus. Istius autem virorum doctorum erroris causam quum quaererem, inveniebam praecipue, eos rationem Tironianarum notarum partes extricandi non esse adsecutos.

§. 197. Etenim compendia scribendi cogitari nequeunt ulla, nisi una vel pluribus literis, quibus correptum constat vocabulum, vel omissis, vel truncatis. Jam vero imperiti sibi persuadere possint, abesse literam aliquam in iis etiam notis, in quibus re vera omnes insunt. Multa (§. 158) excitavimus vocabula, in quorum notis ne ulla quidem litera desideratur; pluraque exempla cumulare factu non est difficile, ut   = DЄ (1), DV*o* (101), UO(*x*). (53), B(*i*)G*a* (182), EX (§. 267), N(*i*)L (4), N(*i*)S(*i*) (2), S(*o*)L. (112), UN*o* (101).

§. 198. Dixerit forsitan aliquis, has ipsas notas esse correptas, siquidem in nota  neque D neque Є, in nota  neque D neque O, in nota  neque U neque X literas inesse perfectas. At minime hoc ita se habet. Sufficit enim, in hoc scribendi genere  valere D,  valere Є,  valere O, cet. ut hae literae, etsi aliam formam habentes, revera tamen adsint. Neque singulares literarum figurae, quae in pluribus scriptionis generibus variant, impediunt, quo minus agnoscantur. Quantus enim, quaeso, compendiorum scribendi foret numerus, quisve eorum finis ac modus, si iis omnia, quae literis a perfectiori forma, quam

capitalem nominamus, discrepantibus, sunt scripta, adnumeranda putaremus? Quodsi eas, quae ex aliqua parte correptae sunt, ut in vulgaribus  cet. in Tironianis , in eorum numero habere velis, per nos quidem licet, qui de minoribus defectibus non laboramus: sed ardua sane res esset, utrumque genus et paulo mutilatarum et integrarum literarum certis circumscribere finibus. Saepe enim in nostra etiam, quam currentem vocamus, scriptione accidit, ut literae, quae a festinantibus varie et leviter pinguntur, imperfectae evadant: neque tamen, quae sic scripta sunt, in compendiorum numerum illico referimus.

§. 199. Quoniam autem, quod numquam negabimus, maximus est notarum numerus, quibus non omnes continentur vocabulorum notatorum literae; illud sedulo cavendum est, ne confundantur cum iis, quae omnibus perscriptae sunt literis. Sunt quidem, in quibus compendiaria scribendi ratio satis appareat, neminemque fugiat. Sunt vero et dubiae, quae, si *aliena* iis tribuitur significatio, omnibus numeris absolutae videntur; *vera* si quaeritur, nequaquam integrae sunt. Ita si in notis    exstantes literas spectamus, perfecta quidem vocabula P(*ro*)B*at*, UIT*a*, VN*a*, ЄR*at*, N(*a*)*ta*, CO*li*, CO*it*, C(*on*)D*it*, C(*o*)G*es*, C(*on*)*atur*, C(*on*)D*itur*, DЄC*us*, DЄM*it*, D(*i*)C*o*, D(*i*)C*it*, EM*at*, Є*at*, inde prodire videntur.

At vero alia prorsus in hisce notis significatio latet; suppletis enim, quae omissae sunt, literis, ita potius sunt interpretandae: *Prolibat* (154), *Villa* (161), *Urina* (165), *Eradicat* (168), *Nauta* (177), *Codicilli* (154), *Coegit* (48), *Comedit* (166), *Compages* (154), *Concionatur* (75), *Congreditur* (73), *Dediticius* (20*), *Demolit* (123), *Dicio* (72), *Discernit* (42), *Emanat* (54), *Emendat* (111).

§. 200. Quae vere sic correpta sunt vocabula, in iis explicandis ordiendum nobis est a compendiario scriptionis genere, quod in ipsa literarum forma jam inest. Haec autem forma in quibusdam compendiis certa et immutabilis servatur, ne inconstans eorum sit significatio (§. 210); in aliis mutabilis est, quippe quae literis componantur libere adhibitis, vel involutis, vel trajectis (§. 208). Involutarum originem hanc esse arbitror. In omni scriptura, quae literis majusculis constat, consecutio et nexus literarum impeditior est, propterea quod ejusmodi characteres proprie jungi nequeunt. Quum igitur Romani literas capitales jungere vellent, paucissimae literarum figurae, ut ,  = CI, MA (Nov. op. dipl. T. III. Tab. 61), ad id aptae erant; plurimae autem omnem conjunctionem respuebant, nisi aut inversione, aut mutilatione, ad nexum suscipiendum aptarentur. Quo factum est, ut conglutinatarum literarum pars brevitatis causa omitteretur, quin etiam pars alterius literae in altera involveretur, atque unus idemque calami ductus pluribus simul serviret. Hujus rei exem-

pla tam ex literis capitalibus quam ex uncialibus (§. 165) jam protuli.

§. 201. Ex ejusmodi coarctatarum majuscularum fonte permultas notas Tironianas manasse nullus dubito (§. 165): jungendarumque in iis literarum ratio facilius profecto intelligeretur, si viris doctis, qui inscriptiones collegerunt, placuisset, eas typis ita describendas curare, ut primo exemplari plane responderent. Quod quidem, quum impensis parceretur, perraro factum esse, dolemus. Magnopere enim interest palaeographorum, monumenta haec non vulgaribus, quae in typographorum officinis sunt, literis descripta, sed accuratius ex peculiari characterum forma delineata, eaque integra, intueri, qualis est in inscriptione, quam (ex Act. Palat. VI. 71) huc transferimus:



in qua literae MAT, NI, et VATV monogrammatis speciem prae se ferunt, cujus structuram ex typis vulgaribus nemo quisquam cognovisset.

§. 202. Ita qui ex Grutero (378. 1) tantum, sive ex Latina versione dialogorum Antonii Augustini (Antverp. 1627. p. 124), inscriptionem insignem Barcinonensem noverit, ne augurari quidem poterit singularem in ea scripturae indolem, quam, sicut in primo exemplari Hispanico, ejusque versione Italica (Rom. 1625. p. 247) legitur, hic subjicio:


L. CAECILIVS. L. F.
PAP. OPTATVS
>. LEG. VII G. FEL
ET >. LEG. XV. APOLLN
MISSVS HONESTA.
MISSIONE. AB. IMP. M
AVR. ANTONINO ET AVR.
VERO AVG. ATLECTVS. AB. ANTE.
INTER. IMVNES. CONSECVT.
INHONORES AEDILICIOS
II. VIR III FLAM. ROMAE
DIVORUM ET AVGVSTORVM
QVI R. P. BAC. TA. LEG DOLEGO.
DARIQVE VOLO X VII D. EX.
QVORVM VSVRIS SEMISSIBVS.

EDI VOLO QVOD ANNIS SPECTAC.
PVGILVM DIE IIII. IDVVM. IVNI
VSQVE AT X CCL. ET EADEM DIE
EXXCC OLEVM IN THERMIS PVBLIC
POPVLO PRAEBERI ET LECTA PRAES
TARI EA CONDICIONE VOLO VT
LIBERTI MEI ITEM LIBERTORVM MEORVM
LIBERTARVMQVE LIBERTI QVOS <
HONOR
L. D. D. D.

SEVIRATVS CONTIGE
RIT. AB. OMNIBVS MV
NERIBVS SEVIRATVS EX
CVSATIS HI QVOT SIQVIS
EORVM AT MVNERA
VOCITVS FVERIT.
TVNC EA XV II D AT.
REMPVB. TARRAC.
TRANSFERRI IVBEO
SVB EADEM FORMA
SPECTACVLORVM QVOT
SS EST EDENDORVM
TARRACONE.

§. 203. Sicut inscriptio haec in Latina illius libri versione meris vulgaribus literis descripta est, ita etiam aliae circumferuntur inscriptiones, quarum literae ab autographis valde discrepant. Sunt tamen, quamvis paucae, quae veram propriamque literarum formam exprimant, (ut ap. Gruter. 169. 1. 1007. 3. Reines. 254. Hanselmann demonstr. quousque in terris Hohenloic. Romani penetr. Tab. I et XIV. Alsat. illustrata I. 254. Fuchs hist. Mog. II. 134. Murat. ant. Ital. V. 53. Bouillart hist. abb. S. Germ. Tab. 15 ad p. 284. 285. cet.) ex quibus quaedam specimina visum est hoc loco exhibere: CVRAE = CVRANTE (Gruter 169. 1), PERETVE = PERPETVAE (id. 739. 5), RE = PRAE (id. 1007. 3), HP = HISP*aniorum* (Reines. 141), MESAT = MAJESTATI (id. 516), T = TRI (id. 254), T = TIFI (ibid.), OS = OPVS (Hanselm. Tab. I), TAV = ITALVS (Fuchs II. 141), DV-CNTVR = EDVCANTVR, PONEDM = PONENDVM, ECVS = SECVS (Maffei in artis criticae lapidaris Libro III. Cap. III. col. 172). Sed non solum in lapidum titulis, verum etiam in numis, saepe accidit, ut literae in vicinis involverentur. Ita reperies CAL = CALD, CNFOL = CN*aeus* FOLV*ius*, RT = RVT (Nicolai de sigl. 126. 127. 142), VAL = VAL, FONTEI = FONTEI*us* (Rasche lex. num. I. II. 128) cet. Quin etiam in M = *Manius* (Nicolai 136. Rasche 128) quinque literas MANIV inesse haud temere dixeris. Neque ab hac literarum capitalium coarctatione abstinuerunt Graeci. Quod idem ut exemplis confir-

memus, ex multis tantum haec commemoramus: MHMC i. e. *μνήμης* (Maffei de sigl. Gr. 76. Corsini de sigl. Gr. Montfauc. pal. Gr. 158. VIII), AV — *ἀντὶ* (Rasche I. 1. 717). Abundat literis ita concretis inscriptio illa Ancyrana (Montfauc. 158); pluraque earum vestigia in numis (Montfauc. 144. Schlaeger de numo Alex. M. Tab. III) invenies.

§. 204. Maxime vero in notis Tironianis proclives fuerunt tachygraphi ad involvendas quum literas singulas, tum syllabas integras. Quod quidem ex aliqua parte nos (§. 186) attingere meminimus, sed hoc loco diligentius tractaturi sumus. Exordiamur igitur ab iis, quae intellectu sunt faciliora. Una vel altera litera ex dimidia aut aliqua tantum parte a charactere vicino correpta ferri quidem et agnosci etiam plerumque potest, propterea quod locus, quem sequens litera occupat, partem, quae antecedenti abest, satis prodit. Ita in notis  — ZM*e* — *Smirnae* (138),  — ZN*a* — *Zona* (159), literae M et N supplent vicem hemicycli inferioris consumti literae . In nota  — HR*a* — *Herba* (168) literam R virgulae erectae adjectam conspicimus ibi, ubi linea transversa, *τῷ* H capitali propria, prodire debet. In nota  — GS — *Ges* (27) ultima hujus syllabae litera S deficientem *τȣ̃*  caudam simul repraesentat. Quae sic quasi contextae et implicatae literae omnino monstri prae se ferunt speciem, Sphingium, Centaurorum, Sirenumque instar.

§. 205. Sed intellectu longe difficiliores sunt notae, in quibus litera aliqua in alia tota est involuta. Ita in nota = (*f*)L*it* = *Fallit* (92) litera L consumit F, sive haec inest in illa. In notis = (*f*)ST. = *Faustus* (164), = SF*a* = *Fascia* (159), F a litera S absorbetur. In = SDI(*s*)*at* = *Dissociat* (76), = SDI(*s*) = *Dissimilis* (65), = SDI(*s*)*et* = *Disuadet* (88), = SDI(*s*)*at* = *Dissonat* (118), = S(*d*)L*at* = *Distillat* (147), = S(*d*)M*at* = *Disseminat* (155), literae D et S conjunguntur et confluunt; ita ut omnes, qui hoc scribendi genere parum imbuti sunt, facile fallantur, atque eo adducantur, ut, S legentes, literam D plane praetereant. In notis = C(*onf*)O(*d*)*it*, E(*f*)O(*d*)*it* (93), τὸ O simul complectitur literam D, sicut in = A(*r*)B = *Arbor*, = A(*r*)BV(*m*) = *Arbustivum* (119, τὸ B partem literae R (§. 99). In nota = (*s*)C(*i*)L*um* = *Supercilium* (128) literae S et C in unam coeunt formam. In nota = *Quas ob res* (58*) quatuor simul insunt literae O S. Quin etiam in nota = *Exul* (110. c) praeter = E et = X etiam V et = L latere, notamque = *Ilex* (170) literis IL et X constare, item notam = *Onus* (131) O, = N, U, et S jacens comprehendere, non inepte dixeris. Quid? quod in nota = *Chorae* (171) duae literae C et ita sunt dispositae, ut speciem simul repraesentent H mutilati, ⊢ (§. 114).

§. 206. Restat, quod majoris est momenti, ut de iis dicamus notis, in quibus signa, quae appellant compendiaria (§. 247), i. e. integrae syllabae, partes fiunt literarum, sive ab his consumuntur. Quemadmodum igitur per resupinam inclinationem notae A(*s*)K = *Kalendas* (103) praeter K etiam syllaba = A*s* (24) notatur, sic per pronam notae I(*s*)K = *Kalendis* (103) syllaba = I*s* (47) significatur. Quemadmodum in nota = H(*is*) (6*) eadem syllaba inest in litera ⊢ = H, sic ex eadem litera fit = *Ab his* (6), recepta syllaba = A*b* (1). In nota = Q(*tus*) *Quantus* (8) litera Q simul comprehendit = T*us* (§. 259), cet.

§. 207. Singularis haec scriptionis Tironianae ratio probe est tenenda, quippe qua neglecta, multarum formarum causa cognosci nequit. Ecquis enim erit, qui in notis = *Auctio* (94), *Auctionarius* (94), *Augur* (92), *Auspicium* (78), *Aut* (3), *Autem* (3), primum explicet calami ductum , quum neque *ab* (1), neque *as* (24) in hisce sit vocabulis; nisi sciat, syllabam = *au* (1*) (quae in nota = *Auxilium* (65), atque ab ea oriundis, integra exstat) a litera sequente semiconsumtam in iis latere? Quis, quaeso, notas = *Sanguis* (121) et = *Antrum* (98) explicabit, nisi in illa superiorem syllabae = *an* (1) partem ab S, in hac vero inferiorem a T absorptam esse intellexerit? Quis notas

— *Amplectitur*, *Appendix* (107) enodabit, nisi syllabae  = *ap* (29) partem inferiorem in illa nota ab , in hac a  consumtam esse animadverterit? Quis tandem  *Relaxat* (155), *Lamentabilis* (172), *Laser* (169), *Lac* (176), nisi viderit syllabam  = *la* (27) in prima nota mutilatam esse superiori parte, in reliquis inferiori?

§. 208. Impedimentum, quo minus promte legantur scribendi compendia, gravius etiam nascitur ex literarum trajectione et perversione. Ita in monogrammatibus, quae vel ex vulgaribus literis conflata sunt, plerumque ordo literarum est turbatus, ut in numis  = VPL pro VLP (Nicolai de sigl. 146), MKO = MHNIKO pro NIKOMHδέων (Schlaeger Tab. III); in notis juris, a Magnone collectis,  = *Nisi*,  = *Nihil* (Gothofr. 1490. Coleti 433); in notis literarum, a Petro Diacono editis,  = *Haec* (ibid. 1510); in lapidum denique titulis  = IT pro TI,  = AM pro MA (Reines. 535. 234), quin etiam  = H*unc* L*ocum* S*ibi* T*estamento* O*rdinavit* (Gruter 547. 1. Sert. Urs. 755. 1059). Atque in istas literarum trajectiones invehi videtur Imperator Justinianus (Nov. 47. C. 2), praecipiens scribere *literis clariorem ordinem habentibus, quas liceat omnibus legere, omnino syllabarum Latinarum non ignaris* (welche nur buchstabiren koennen).

§. 209. Ejusmodi scribendi compendia, quae literis trajectis composita sunt, permulta etiam exstant in notis Tironianis; ut — (*i*)M*it* — *Mittit* (37), — A(*di*)M(*x*)*et* — *Admiscet* (106), — A(*l*)C*et* — *Antecellit* (131), — A(*u*)N*at* — *Annunciat* (42), — K(*a*)BL*e* — *Calibiae* (127), — C(*e*)N*es* — *Canities* (128), — C(*o*)L*a* — *Cloaca* (183), — E(*i*)N*itur* — *Enititur* (122), — GB-L*a* — *Gleba* (149), — TB(*e*)N*e* — *Tenebrae* (14), — USL — *Vilis* (66), — FAL*neum* — *Flamineum* (91), — SD(*u*)*mus* — *Desumus* (16), — SD*at* — *Destinat* (145), — S(*d*)C*it* — *Scindit* (134), — UIX — *Judex* (34), — U(*i*)V*m* — *Judicium* (34), — PAL*a* — *Planta* (129), — SAL*tat* — *Subplantat* (129), — PSG(*l*)*um* — *Spicilegium* (157), — MF(*e*)*or* — *Femur* (129), — MF-(*e*)*mentum* — *Ferramentum* (126), — OF*a* — *Forma* (110), — U(*f*)M. — *Fumus* (166), — U(*f*)G — *Fungitur* (110), — GF(*e*)*o* — *Ferrugo* (126), — G(*f*)U-R*a* — *Figura* (127. c), — OF(*l*)*is* — *Follis* (159), — O(*f*)S*sis* — *Fortassis* (Carp. VIII), — O(*f*)S*an* — *Forsan*

(16),  — O(*f*)N. — *Frons* (128),  — O(*f*)N. — *Fons* (121),  — O(*f*)C. — *Focus* (166),  — O(*f*)*Mes* — *Fomes* (168),  — O(*f*)M*mentum* — *Fomentum* (134),  — O(*f*)C*us* — *Floccus* (160),  — O(*p*)G*um* — *Prodigium* (96),  — O(*p*)N. — *Pontifex* (91),  — OP. — *Potens* (68. c), cet.

§. 210. In omnibus, quae hactenus persecuti sumus, scribendi compendiis constantem literarum formam nondum spectavimus. Sunt tamen compendia, quorum figura mutari non licebat, sed a tachygraphis religiose erat servanda. Cujusmodi characteres quamquam in iis, quae vulgaribus Romanorum literis sunt scripta, vix reperies; unam tamen formam, quae huc pertinere videtur, silentio non praetereundam esse duximus. Ea quidem est Θ, quae in literis Romanorum vulgaribus ad designandum vocabulum *Defunctus* saepius adhibetur. De hujus figurae origine, neque inani commento Isidori, qui (Orig. L. I. C. 23) letale in circulo telum deprehendere sibi videtur; neque Valerio Probo (Gothofr. 1469) assentior, dicenti: *Mortem significat, et Graeca litera est, cui θῆτα nomen.* Licet enim Probi sententia, qua nominis θανάτου Θ esset sigla, non omnino contemnenda videatur; in origine tamen characterum investiganda ad scriptionem linguamque peregrinam, nulla urgente necessitate, temere non est

decurrendum. Id quidem concedo, in monimentis adhuc exstantibus verum Theta, hujus formae Θ, saepius conspici; nihilo tamen minus literas Latinas esse arbitror, sive O— i. e. O*b*II*t*, sive successu demum temporis ita formatum sit, et primitus DE = *Defunctus* fuerit. Conglutinatae enim et consertae duae hae literae figuram exhibent Ð, cujus causam qui forte ignoraret, vim tamen ac potestatem calleret, is facile adduci potuit, ut Graecam esse siglam sibi persuaderet. Haec autem mea opinio quo minus rejiciatur, duo prohibent argumenta. Unum, quod et apud Magnonem (Gothofr. 1484. Coleti 427), et in lapidis titulo, quem supra (§. 137) exposuimus, vocabulum *Defunctus* ipsa, quam adumbravimus, forma Ð notatur; alterum, quod ipsa τȣ Θ figura cum terminatione Latina T(*o*), ut igitur sit *Defuncto*, in ea, quae sequitur, inscriptione (Gruter 701. 5) conspicitur:


POMPEIA
LEPIDAE. SEG
ΘT. POMPEO
CELADO. F. SVO
H. M. H. N. S
IN. FRONTE. P. XV

§. 211. Frequentius Tironiani tachygraphi literis, immutabili formae quasi addictis, utebantur in vocabulis quibusdam simpliciter designandis. Eaque nobis causa esse videtur, cur Tiro-

nianis notis Graecae admiscerentur literae (§. 145). Quum enim Latinarum cujusdam literae formarum copia exhausta esset, Graecarum adibant apparatum. Quod quo melius intelligatur, exemplis illustrabimus. Literis OP in notis Tironianis notabatur et *Opus* et *Oportet;* sed, ut utrumque discerneretur, illud scribebatur , hoc (48). Quum igitur et nomen *Opinio* duabus illis literis notandum esset; in nota, qua id significatur, (48) Omega Graecum, cum P Latino conjunctum est. Ita etiam, quum siglae σ = O in notanda praepositione *Ob* (1) munus jam esset occupatum, ad significandum vocabulum *Optimus* Graeca litera ω (4) adhibebatur.

§. 212. Certa et constans plurium notarum forma quo difficilius in mente inhaeret, eo major est in legendis illis molestia. Admodum difficultas insuper augetur eo, quod praeter figuram diversus etiam situs quum literarum principalis notae, tum terminationum adjectarum, ut a scribentibus ex more recepto diligentissime servandus, ita a legentibus sedulo respiciendus est. Etiamsi igitur, ut hoc utar, vocabulum *Causa* duabus literis *Ca* indicatur; minime tamen C litera adversa uti licet, sed aversa. Neque ei terminatio h = *a* pro lubitu, nulla loci ratione habita, jungi potest, ut e. c. Ͻ h sive notetur; sed simpliciter (8) pingendum. Plura enim in notis Tironianis scribendi compendia, ex literis CA composita, diversas habent notiones, ut = *Censura* (61), *Custodia* (79), *Colonia* (65), *Circa* (1);

ita ut quaelibet ex iis suam habeat formam constantem neque ulli mutationi obnoxiam.

§. 213. Proinde neque puncti, neque terminationis locum, cuique notae proprium, mutare licet, quoniam vel minima mutatione facta priorem nota significationem amittit, atque aliam prorsus vim ac potestatem accipit (§. 273 seq.). Id quod probatur non solum iis, quae modo attulimus, exemplis; sed etiam innumeris aliis, ex quibus conferri velim haec:   — *Superbia* (55), *Sententia* (33), *Sanus* (87), *Secretum* (106), *Studium* (34), *Obsidium*, *Obsonium* (116), *Cera* (146), *Creta* (138), *Egregius* (109), *Egens* (66), *Eloquitur* (43), *Elabitur* (78), cet.

§. 214. Hoc autem quod memoriae imponitur onus, quantumcunque videatur, magna tamen ex parte allevabitur melius cognita intricatae hujus scriptionis ratione, penitusque perspectis causis propriae illius in notis literarum formae pertinaciter retentae, locique, quo terminationes ponuntur, religiose servati. Quasdam formarum causas ante (§. 91. 211) jam exposuimus. Reliquum est, ut de loco terminationum quaedam addamus. Notae  = *Corvus* (179), ut hac utamur, terminatio  = *vus* (29) in medio ponitur C. Alia enim nota  significatur *Cor* (73); cujus quum in media litera punctum positum sit, in illa etiam nota, quae vocabuli terminatione *vus* augetur, haec eodem loco inserenda fuit, ut in memoriam revocaretur syllaba *Cor*. Plures cau-

sas loci terminationum ita simpliciter retinendi infra (§. 274) expositas reperies. Neque literae C in nota, quam (§. 212) proposuimus, , i. e. *Causa*, inversionem fortuitam esse arbitramur, siquidem  = CA*a* prius notatum, ac successu demum temporis A medium neglectum esse persuasum habemus. Ad hunc quoque locum pertinent compendia, quae vulgo mera signa in notis Tironianis putantur, nos vero, aliam amplexi sententiam, digna censuimus, quae singulari commentatione (§. 246 seq.) illustraremus.

§. 215. In explicandis compendiis difficultas augetur vel minuitur prout plures vel pauciores vocabulorum literae in eis omissae sunt. Quae minimam habet difficultatem compendiaria scribendi ratio, eaque antiquissima, in omittenda consistit alterutra ex duabus literis aequalibus, quae juxta poni debebant. Arbitrabantur enim veteres, altera posita, alteram omitti posse, quippe quum illa hujus officio una fungeretur; ut V in nomine IVENT = IVVENT (Rasche lex. num. I. II. 126), et primum M in ea, quae (ex Buonarruoti vas. ant. praef. p. XXIV) sequitur inscriptione:

POSVIT. TABVLAMA
GISTER DISCENTI
PANPINO BENEM
ERENTI.

Hinc etiam in pandectis Florentinis (Alb. Gentilis de libr. jur. et de Latinitate male accus. Helmst. 1674. p. 49) geminata litera I restituenda est, legendo CVI IVSSVS, id quod scribitur CUIUSUS. Salvumque est vel sola hac observatione verbum PRAERVNT = *Praeerint* in tabula Pisana a Norisio (cenotaph. Pisan. et Cellar. orthogr. ed. Harles II. 218) alia ratione defensum. Neque enim aliter in marmore quodam, quod acta fratrum Arvalium refert, PRAEVNTE exaratum est (Fabretti inscr. ant. 442); idemque vocabulum in aliis eorundem fratrum actis haud correptum scribitur PRAEEVNTE (Ph. a Turre monum. vet. Antii. 383).

§. 216. Id autem ipsum est, de quo in lapidum titulis litera ceteris majore interdum adhibita nos monitos esse voluere prisci (Noris. in Cellar. orthogr. II. 222). Documento est tritum in monimentis vetustissimis (ap. Grut. 171. 8. v. penult.) DIS pro DIIS, ESE pro *Esse;* atque versus ultimus inscriptionis (ex Grutero 889. 3) hujus:


DIIS. MANIB
SACRVM
L. SESTI. EVTROPI
SIBI. ET. SVIS
CVIVS. MONVMENT. EST

qui ita legendus: „CuI Ius monumenTI est." Quibus consideratis haud scimus, utrum orthographiae causa ea aetate receptae alteram ex iis, quae nunc geminari solent, consonantibus abjecerint

veteres, atque c. c. *Clase*, *Osa*, *Pelex*, *Tolito*, pro *Classe*, *Ossa*, *Pellex*, *Tollito* cet. scriptitarint (Lips. de vet. Lat. script. in Clausing. J. P. Rom. I. 587); an tantum ut concise vocabula exprimerent. Tironianae quidem scriptionis non illam, sed hanc esse causam, constat. Licet enim uno L scribatur   — U(*i*)L*a*, C(*o*)L*um*, pro *Villa*, *Collum* (96. 127); uno S  — SO*um* pro *Ossum* (96), cet. non tamen desunt aliae notae, in quibus geminatae compareant consonantes (§. 52); atque hoc satis est argumenti, illam in superioribus vocabulis scribendi rationem solius compendii causa adhibitam esse.




§. 217. Sed ad difficiliora progrediamur, ea scilicet compendia scribendi, quibus ita involutae sunt integrae syllabae, ut ne pars quidem earum supersit, nisi praecedentis characteris lineas repetieris, easque bis servire coegeris. Quod quum tam in vulgaribus, quam in Tironianis observare liceat, illas praemittamus; exemploque nobis sit primum sepulchralis cujusdam tituli (Gorii monum. sive columbarium libertor. cet. p. 221) versus ultimus CONGI BENE MERENTI, in quo primum N literas etiam I et V junctas repraesentat (§. 165), ut igitur legendum sit *co*NIV*gi*: deinde fibulae (ibid. praef. p. XXVII) inscriptio VIRTVS IN AMO VIVET, in qua penultimi vocabuli litera M duas literas N et I simul complectitur, ut pro AMO legendum sit *a*NIM*o*. Istam literae M duplicem potestatem si tenuisset, qui cenotaphia Pisana defendenda suscepit, doctissimus Norisius; opus profecto non fuisset,

ut scalptori vitio verteret, quod in inscriptione exarasset OMA pro OM*ni*A (Cellar. orthogr. II. 269).

§. 218. Atque eadem ratione in libris quoque manuscriptis literas, quin etiam integras syllabas, in aliis involutas esse, pandectae docent Florentinae, in quibus (Brencmann hist. pand. 360) reperies NECESSET = *Necesse esset*, FORECEPERINT = *Fore receperint*, et ejusdem generis innumera alia. Ita in actis quoque forensibus (Marini papyr. dipl. 244. N. 68) *Presenteste* legendum est *praesen*TE TE*ste*. Quid? quod in Tironiana scriptura integrum interdum vocabulum repetendum, notaque bis legenda est. E. c. nota  (Nov. op. dipl. III. Tab. 62. v. 8), quum duas habeat terminationes, duo quoque comprehendit vocabula, ita ut  = *In saeculum saeculi* legendum sit.

§. 219. Vulgaris correpte scribendi ratio est, ut vocales potius quam consonantes omittantur. Atque hoc nostra etiam memoria fit, quum e. c. *Heidelbergae* correpte scribimus HDLBRG. Eadem nonnumquam ratio est in iis, quae literis Romanorum vulgaribus olim scripta sunt, in quibus reperies MNT. MCM. MLS. IM. pro *Montem*, *Mecum*, *Miles*, *Jam* (Sert. Urs. 771. 854. 864. 770). Contra vero Tironiani tachygraphi in corripiendis vocabulis parum curant, vocalis sit an consonans, quam abjiciant. Cujus rei causam repetendam esse ducimus tum a faciliori literarum nexu, tum ab inclinatione notarum varia. Vocales nimirum in eis retinentur, quia simul serviunt jungendis literis, quae eas se-

quuntur, ita ut citius fere scribatur — COR, DEC cet. quam C, et c. — CR, DC. Eoque minus gravantur tachygraphi addere vocales consonantibus, quod illae diversa solummodo harum inclinatione exprimuntur (§. 150). Operam profecto non majorem consumet, qui scribet — H(*e*), P(*u*) (27. 28), quam qui harum syllabarum siglas effinget — H, P.



§. 220. In numero eorum vocabulorum, quae, quamvis correpta, intellectu tamen haud difficilia sunt, reponimus etiam illa, in quibus literas omissas ex ipso orationis cursu facile divinare licet. Quis enim dubitet, quin e. c. in Romanorum numismatibus, FID. EXERCIT. (Sert. Ursat. 718) CENS. PERP. (Id. 603), aut in lapidum inscriptionibus CONSERV. VRB. AET. (1032) DECVR. (1037) EQ. ROM. (1044) AB. HEREDIB. TEST. FIE. IVS. (710) legenda sint *Fides exercituum, Censor perpetuus, Conservator urbis aeternae, Decurio, Eques Romanus, Ab heredibus testamento fieri jussit?* Similia compendia intellectu facillima obvia sunt in notis Tironianis, ut in 

, in quibus latent literae T(*i*)B, S(*i*)B, UB, IB, DECmus, U(*i*)G*li*, QR(*e*), Q(*i*)*es*, P(*u*)GL. P(*u*)-Gal, R(*u*)N*a*, R(*e*)SD*et*, R(*e*)SL*it*, S(*o*)B*et*, SQX, SALX, SILX,

S(*l*)M*mentum*, TC*et*, TG*it*, TRBL*is*, TB*a*, TB*es*, TGL*a*, TL*us*, TSR., T(*x*)*or*, T(*r*)M*e*, TSR*um*, ULG., USP*a*, ut nullo negotio quisque ea interpretari possit *Tibi*, *Sibi*, *Ubi*, *Ibi* (4), *Decimus* (100), *Viginti* (101), *Quare* (6), *Quies* (116), *Pugil* (174), *Pugnat* (75*), *Ruina* (125. c), *Residet* (85), *Resilit* (146), *Sorbet* (167), *Sequax* (50), *Salix* (170. c), *Silex* (93), *Solamentum* (63), *Tacet* (90), *Tegit* (130), *Terribilis* (89), *Turba* (82*), *Tabes* (181), *Tegula* (130. c), *Tellus* (62), *Tessera* (147), *Textor* (130. c), *Thermae* (153), *Thesaurum* (147), *Uligo* (156. c), *Vespa* (176).

§. 221. Audacior est illa corripiendi ratio, qua ex notandis vocabulis paucissimae literae retinentur, reliquae abjiciuntur, ita ut ista compendia vix intelligi possint. In eorum numerum praecipue referimus siglas. Priusquam autem de his speciatim disputamus (§. 229 seq.); quo melius intelligantur, causas exquiramus tantae in corripiendo audaciae. Mira e. g. est audacia ejus, qui literis B. EO, significare conatus est *Bonorum emtio*, literis D. VS. *Deae virgines* (Sert. Urs. 572. 689); maxima etiam Tironianorum tachygraphorum, notantium = I(*n*)*tione*, pro *In contione*, = I(*n*)*tu*, pro *In comitatu* (75), = A(*b*)*tio*, pro *Ab initio* (110), et reliqua, quae praetereo, quum exempla satis superque reperiantur per totum hunc librum.

§. 222. Nititur autem audax ista corripiendi ratio in usu quarumdam dictionum frequentissimo, quae licet dubiae et ambiguae

nobis videantur, attamen illis, qui sexcenties iisdem uterentur, minime dubiae fuerunt. Neque e. c. ii haesitaverint in explicandis duobus SS, quibus *Supra scriptum* in actis Romanorum forensibus saepissime significatur (§. 202). Atque eo quidem tempore, quo vigebant ejusmodi compendia scribendi, eorum vis ac potestas neminem fugere poterat; sed obsolefacto prisco ritu, et antiquatis formulis olim receptis, intellectu facta sunt difficillima. Habent etiam artes et disciplinae suas quaeque appellationes et vocabula propria adeo solemnia et familiaria, ut etiam, quum corripiuntur, a peritis facile intelligantur. Ita juris publici, quod inter Germanos olim obtinuit, consulti numquam dubitarunt, siglas I. P. W. *Instrumentum Pacis Westphalicae*, A. B. *Auream Bullam*, R. I. *Recessum Imperii*, interpretari. Quae eaedem siglae, si forte in commentationibus vel medicis, vel mathematicis, vel aliis comparerent, nemo profecto eorum, qui in harum tantum artium studium incubuerint, assequeretur, quid significent.

§. 223. Jam vero qui ad notas Tironianas id transtulerit, profecto non mirabitur, e. c. appellationes *Vir prudens*, *Vir sapiens*, *Vir magnificus*, *Vir splendidus*, *Vir spectabilis*, *Vir illuster*, *Vir clarissimus*, *Vir honestus*, *Vir sublimis*, *Vir amplissimus* paucissimis notari literis   (98); quippe meminerit harum appellationum usum apud Romanos adeo frequentem fuisse,

ut vulgaribus etiam siglis in chartis forensibus (Maffei histor. dipl. 131 seq. Marini pap. dipl. 360. Ind. XXXI) scriberetur V. H. — *Vir honestus*, GL. — *Gloriosus*, V. E. — *Vir egregius.* Eadem de causa non mirandum, paucis admodum literis formatas esse notas  — PP*um* — *Perpetuum*, (114),  — Q*d*(*am*) — *Quondam* (5.c),  — H*d* — *Hodierna die* (74), quum haec vocabula in iis etiam, quae vulgaribus literis scripta sunt, notata videamus PP, QD, HD (Maffei 156. 148. 155. 161. 163. 165. 169. Marini 267. b. 329. n. 20). Similiter brevissimae quidem sunt notae  — ωIV — *Jure optimo* (100),  — I(*nc*)Q*re* — *Inconcusso jure* (117); sed frequentissimae etiam formulae, in quibus usurpantur (§. 224. Marini 175. 178. 185. 305. b. 310. b). Audacter porro composita sunt notae:  — AR — *Agentes in rebus* (48),  — I(*ncp*)G(*s*). — *Inter cives et peregrinos* (111),  P(*rae*)*runt* — *Praefecti dixerunt* (116). Ecquis autem in antiquitatibus rerum Romanarum tam parum est versatus, qui *agentes in rebus* in utroque codice, et Theodosiano (L. VI. T. 27. ed. Ritter. T. II. p. 163) et Justinianeo (L. XII. T. 20—22), persaepe nominari ignoret? Quis est, qui nesciat, apud Romanos praetorem fuisse, *qui* (verba sunt inscriptionis ap. Reines Cl. VII. n. 10. p. 473) *inter cives et peregrinos jus diceret* (conf. l. 9. §. 4. de dolo malo. l. 2. §. 28. de Or. Jur. Beger spicil. antiqu. 104. XXVI)? Quis denique, cui non sit cognitum, verbum DICERE praeter vulgarem significationem, peculiarem etiam in formulis habuisse

(Brisson. de form. L. V. ed. 1583. p. 534. 465. Hotomann form. for. in Clausingii I. P. III. 749. Maffei hist. dipl. 138. 155. 158. 161. 162. Marini 121. 177. 272. a. 328. b. 340. b. Nov. op. dipl. II. 546. 1)?

§. 224. Notissima praeterea res est, Romanos tritas in jure formulas literis tantum initialibus verborum notasse (Nicolai de sigl. vet. p. 51 seq. Boehmer exerc. ad D. 68. §. 13. T. IV. 537). Unde illud Manilii (L. IV);

Hic etiam legum tabulas et condita jura
Noverit atque notis levibus pendentia verba,
Et licitum sciet, et vetitum quae poena sequatur.

Quum igitur inter Tironianas quoque notas usurpantur hae:  — Q(*ad*)R — *Qua de re* (9), aut  — Q(*d*)R(*us*) — *Quibus de rebus* (15); meminisse suffecerit formulae, in chirographorum vel syngrapharum fine apud Romanos frequentissimae: *Qua de re et de quibus omnibus supra scriptis stipulatus est*, rel. (Marini 179. 186. 197. 334): cujus ejusdem formulae prima verba non solum in notis juris (Magnonis et Petri Diaconi ap. Gothofr. 1491. 1522) siglis Q. D. R. sed etiam in scriptura Romana cursiva iisdem literis (Marini l. c.) significantur. Unde in fragmenti a Marino (praef. XVII) editi loco, *quando .. demuo mea profersione concido licentia δ Ω et de quibus omnibus supra scriptis* rel. — pro δ Ω, quod absurdum, haud dubie legendum d2R, id est, *de qua re.*

§. 225. Eadem via progredientes regum et imperatorum notarii usitatas in diplomatibus formulas et appellationes paucissimis literis notabant, satis confidentes, dictiones tam tritas numquam fore ambiguas; e. g.  = I(*n*)DNe = *In dei nomine* (99),  = IA. = *Imperator Augustus* (64),  = C(*l*)R(*x*)-N*i* = *Clementia regni nostri* (98. 196), cet. Inde etiam non obscura est causa tot omissarum literarum in nota  = A(*t*)-M*it* = *Anathema sit* (180); etenim dirae hujus imprecationis clausula pontificibus Romanis adeo fuit familiaris, et in decretis usitata, ut ejus abolitionem Petrus Damianus ab Alexandro II disertis verbis petierit.

§. 226. Quum etiam in collectione Gruteriana insint notae, quarum ne significatio quidem, vulgaribus literis adscripta, intelligi potest, e. c. (26) *I potes, I non potes, I potuit, I non potuit, I debet* cet. *I solet* cet. *Re potes, Re non potes, Re potuit;* ego haec explicare non ausim, nisi ex frequentissimo verborum *Ire* et *Redire* usu, ut I fortasse sit *Ire*, ac RE *Redire?* Etenim non modo in vulgari sermone tritum est *Ire* et *Redire*, ut apud Ciceronem (Phil. II. 32) *Isti redisti*, (ibid. 35) *Irent redirent*, apud Virgilium (Aen. VI. 122) *Itque reditque* cet. verum etiam solemnia sunt illa in lapidibus et numis vota pro *Itu et reditu* Augustorum (Gruter 2. 12. et 63. 9. Reines. 234. M. A. V. N. Antiqu. expl. 123. Sueton. Tiber. C. 38. p. 114).

§. 227. Alia porro audaciorum scribendi compendiorum causa fuit tachygraphorum persuasio, notam duo vocabula significantem, quorum alterius literae omnes fere omissae sunt, ex altero, quod notatum exstat, per idearum consecutionem facile intelligi posse. Inde Tironiani tachygraphi e. c. scribebant  = *In*(*ter*)P(*retatio*) — *arum* = *Interpretatio linguarum* (120); quoniam nomen *Interpretatio* jam satis argueret, *arum* esse terminationem nominis *Linguarum*. Eadem de causa mensium quoque nomina, perexigua tantum ad notas *Iduum*, *Nonarum* et *Kalendarum* appendice adjecta, significabant, quum ex ipsa notarum principalium significatione conjicere liceret, illa etiam nomina in compendiis scribendi latere. Quod si Carpentier tenuisset; notam  = K(*l*)N (57. v. 30) non *Kalendas*, sed *Kalendas Novembres* legisset.

§. 228. Eadem, quam diximus, de causa plurimas dictiones seu formulas levi tantum earum initio notatas reperies. Usitata et trita est Romanorum formula de legibus in publico ponendis *Unde de plano recte legi possit* (Fulv. Ursin. ad leg. et S. Cta p. 34. Hugo de prima scrib. orig. 207. Brissonius de formul. L. III. p. 309. Id. de Verb. sign. 1063. Boehmer exerc. ad D. T. IV. p. 382). Hanc tachygraphi Tironiani literis  = UDP (64) notabant; quas quidem siglas, non nisi vocabula V*nde* De P*lano* indicantes, satis esse putabant ad totam formulam significandam, quae eadem amplius exprimebatur vulgaribus Romanorum siglis

V. D. P. R. L. P. (Putsch col. 1539. Sert. Ursat. 990. 1122). Ita etiam illam Ciceronis ex oratione in Catilinam exclamationem, *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* Tironianis literis  — QPN — *Quousque patientia* (75) leviter admodum notatam videmus: et pervulgatum illud *Optime de republica populi Romani meritus* significatum nota  = ω (*ptimus*) D(*e*)R(*e*) (66). Neque verbosior est nota  — QRN*ta* (65), qua formulam in pactis et conventis frequentissimam, *Quorum nomina subter tenentur inserta*, notabant.

§. 229. Jam in eum deducta est oratio locum, ubi de siglis uberius tractari potest. Quodsi Ammiani Marcellini (L. 17. C. 4) verba, *In prisco Aegypto singulas literas singulis nominibus servisse, ac verbis non numquam integros sensus significatos esse*, extra contextum legas, siglarum usum profecto vetustissimum putabis. At orationis cursus satis docet, hieroglypharum indolem eum tractare, neque de scriptura literata, sed de reali cogitasse. Haud igitur scimus, num ullum scriptionis Aegyptiacae genus veras habuerit siglas. Hebraeis autem (Buxtorf de abbreviat. Hebr. Goodwin Mos. et Aar. p. 45) et Graecis (Maffei de sigl. Graecor. Corsini de not. Graec.) eas jam in usu fuisse, certissimum habemus. Quin etiam Romanas siglas notis Tironianis antiquiores esse censeo. Ita enim accipio Valerii Probi in principio commentationis de notis Romanorum (Gothofr. 1453) verba: „Nam „apud veteres, *cum usus notarum nullus esset*, scribendi faculta-

„tem, maxime in senatu, qui aderant scribendo, ut celeriter com„prehenderent, quaedam verba atque nomina ex communi con„sensu *primis literis* notabant."

§. 230. Quod generatim de compendiario scribendi genere modo observavimus, id etiam de siglis dicendum est. Si enim spectaveris locum, quo adhibentur, non ita magna videbitur eas adhibentium audacia. In epistolarum e. c. exordio literas S. V. B. E. = *Si Vales Bene Est* nemo erit, quin facile intelligat: est enim formula salutandi usitatissima. Neque haesitabit quisquam in interpretandis siglis D. M. — *Diis Manibus*, quae sunt in principio, ac F. C. = *Faciundum Curavit*, quae sunt in fine inscriptionis, quam supra (§. 105) exposuimus. Ita etiam siglas Q. Q. V. P. L. quilibet rerum antiquarum peritus, ut primum cognoverit, in termino insculptas esse has literas, illico explicabit *Quoquo Versus Pedes L;* aliasque H. M. H. N. S. si in monumento sepulchrali esse compertum habuerit, leget H*oc* M*onumentum* H*eredes* N*on* S*equitur*. Ita qui rem numariam callent, nullo negotio numi inscriptionem, quae hisce tantum constat siglis: S. P. Q. R. A. N. F. F. O. P. P. exponent S*enatus* P*opulus*-Q*ue* R*omanus* A*nnum* N*ovum* F*austum* F*elicem* O*ptimo* P*rincipi* P*io* (Jobert I. 130. 137. Rasche II. 11. 771). Subinde ipse etiam orationis cursus adjuvat interpretationem, ut in hoc lapidis titulo:

TV. QVI. CARPIS. ITER. GRESSV.
PROPERANTE. VIATOR. SISTE.
GRADVM. QVAESO. QVOD. PETO. PARVA.
MORA. EST. ORO. VT. PRAETERIENS
DICAS. S. T. T. L.

i. e. *Sit Tibi Terra Levis.* Quid? quod inscriptionem (apud Reines. 827) hanc;

D. M. S.
FIRMVS. AN.
VII. H. S. E.
S. T. E. L.

licet tota fere siglis sit exarata, non dubitamus interpretari *Diis Manibus Sacrum* FIRMVS AN*norum VII Hic Situs Est. Sit Tibi* TE*rra Levis.*

§. 231. At vero siglis non solum usi, sed saepe etiam abusi sunt veteres. Ita reperiuntur inscriptiones meris siglis, iisque verba obscuriora notantibus, exaratae, sicut haec est:

D. M.
C. V. C.
F. M. S.
T. P.

cujus quidem primus et ultimus versus nihil habet difficultatis, sed cetera Sphyngis sunt aenigmata, in quibus solvendis oleum et operam perdidit Sertorius Ursatus (ap. Graev. XI. 653). Eadem


prava ratio in libros quoque manuscriptos invasit. Quis enim, nisi qui Virgilium diurna nocturnaque versaverit manu, apud Asperum (Nov. op. dipl. T. III. Tab. 42. III) sine cunctatione leget versus LENTAeq G. P. ET G. C. F. S. i. e. *Lentaeque genistae populus et glauca canentia fronde salicta.* Hinc anceps et ambigua ejusmodi siglarum notio; hinc duplex, imo triplex saepe earum interpretatio. Qualis est literarum A. F. P. R., quas Cicero (de orat. L. II. C. 69. p. 182. ed. Bip.) ex tabulis P. Rutilii refert, adjiciens, Scaurum eas explicasse, A*ctum* F*ide* P. R*utilii;* Rutilium, A*nte* F*actum*, P*ost* R*elatum;* C. Cannium vero, A*emilius* F*ecit*, P*lectitur* R*utilius.* Inde etiam reprehendenda mira majorum nostrorum incuria, qui in diplomatibus medii aevi e. c. mentionem faciunt *comitis H*, non cogitantes, fore ut nomen proprium viri, qui ipsorum aequalis, adeoque una illa litera iis temporibus satis declaratus fuit, post saeculorum decursum non recognosceretur.

§. 232. Tironiana scriptio ipsa siglis abundat, ut  = A. = *Arbiter* (52),  = B = *Brevis* (6),  = C. = *Certus* (57),  = E. = *Ego* (3),  = O. = *Omen* (78), cet. Similitudinem autem siglarum Tironianarum cum vulgaribus qui diligentius attenderint, facile perspicient, ad illas intelligendas harum cognitionem maximo esse adjumento. Specimina igitur aliquot subjungimus, quo facilius instituatur collatio.

Siglae Romanorum vulgares.	*Notae Tironianae.*	*Significatio.*
A. (Sert. Urs. 1014).	(61)	*Ager.*
C. (Id. 584. 1021).	(101)	*Centum.*
C. V. (Id. 652).	(94)	*Centum viri.*
H. (Id. 736. 1053).	(32)	*Homo.*
I. (Gothofr. 1461. 1487. 1511).	(1)	*In.*
K. (Sert. Urs. 1068).	(103)	*Kalendae.*
L. (Id. 1070).	(37)	*Liber.*
N. (Id. 873. Murat. ant. It. V. 31).	(4. c)	*Non.*
O. (Sert. Urs. 881).	(1)	*Ob.*
P. C. (Id. 897).	(55)	*Patres conscripti.*
P. R. (Id. 914).	(39)	*Populus Romanus.*
S. (Id. 949).	(60)	*Senatus.*

§. 233. Peculiaris tamen scripturae Tironianae indoles efficit, ut quae sunt in ea siglae vulgaribus perspicuitate longe praestent. Primum propter variam unius ejusdemque formae inclinationem: cujus natura et conditio quum a nobis (§. 147 seq.) jam sit explicata, ad illum locum lectores remittimus. Deinde propter singularem puncti vim ac potestatem. Quotiescunque enim in vulgaribus


siglis conspicitur punctum, non nisi verba separandi causa est adhibitum; in Tironianis vero eam habet vim, ut uni eidemque literae notionem diversorum vocabulorum pro diverso ejus situ tribuat. Plurimae igitur sunt siglae vulgares, quarum inconstans est significatio. Exempla ejus rei fere innumera collegit Sertorius Ursatus; quibus addere liceat inscriptionem (Sponii antiqu. curios. 108) hanc: Q. VETINIO EVNOETO Q. VIXIT ANNOS XV. M. III. in qua duplex ejusdem literae Q est significatio, prima nominis proprii *Quinto*, altera pronominis relativi *Qui*. Neque audiendus est Maffei (de sigl. Graec. praef.), qui Sertorium Ursatum perstringit, quod tot diversas uni eidemque siglae adtribuerit significationes. Ille enim ipse non potuit facere, quin in Graecis, quas tractat, siglis e. c. literam K. et κατὰ et καῖσαρ et κάτθανεν (p. 55), atque literam M. et μῆνας et μνᾶς et μνημεῖον et μυριὰ interpretaretur.


§. 234. Quae in vulgari scriptione uno eodemque charactere notantur diversa vocabula, e. g. litera A. et *Augustus*, et *Ager*, et *Amicus*, et *Anima*, et *Ante*, cet. (Sert. Urs. 523. Gothofr. 1454. 1481. 1499), ea in Tironiana scriptura per eandem quidem literam, sed ita, significantur, ut diverso puncti adpositi situ minime confundi possint; e. g.  Quapropter non Tironianas siglas, sed vulgares, innuere videtur Justiniani imperatoris lex (2. §. 22. C. de vet. jur. enucl.), qua cavetur, ne in describendo codice siglas adhibeant librarii, hisce verbis: *Eandem autem*

poenam falsitatis constituimus et adversus eos, qui in posterum leges nostras per siglorum obscuritates *ausi fuerint conscribere.*

§. 235. In vulgaribus siglis praeterea consideranda est singularis unius ejusdemque literae geminatio, qua aut gradus superlativus, aut numerus pluralis declaratur. Gradum ostendunt e. c. FF. = *Fortissimus*, PP. = *Piissimus*, LL. = *Libentissime*, (Sert. Urs. 117. 830. 831): eaque significandi ratio scriptioni cum sermone communis esse videtur; siquidem et *Graece* in Heracleensi inscriptione *αὐτανὐτὸς*, et *Latine* apud Plautum *Ipsipsus* legitur. Numerum vero pluralem significat talis geminatio et in nominibus, ut DD. = *Dii*, DD. NN. = *Domini Nostri* (§. 265), ƆƆL = *Conliberti*, FF. = *Filii*, IIII. PP. = *Hispaniarum Provinciarum* (Sert. Urs. 805. 807. 663. 698. 741. 743); et in verbis, ut FF. = *Fecerunt*, FFD. = *Fundaverunt*, GG. = *Gesserunt*, PP. = *Posuerunt* (Urs. 716. 717. 742. 733. 747). Similia compendia adhibita fuisse a Graecis, qui notabant syllabis ON ON (*ὄνομα ὄνομα*) *ὀνόματα*, PH PH (*ῥήτωρ ῥήτωρ*) *ῥήτορες*, in hujus libri extremo (§. 468) videbis. Quae in vulgari quidem scriptura frequens geminatio a Tironianis notis omnino est aliena.

§. 236. Alia est vocabula corripiendi ratio, quum praeter primam eorum literam una etiam aut plures ex proxime sequentibus retinentur, atque exitus vocabuli vel adjicitur, vel omittitur. Illud quidem rarius fit in iis, quae vulgaribus Romanorum literis

notantur. Exempla sunt HEM. — HE*rede*M, BS. — B*onu*S, KO. — K*ard*O, DVLS. — DVL*cissimu*S (Ursat. 741. 582. 796. 688). In Tironianis contra notis terminatio plerumque adjicitur, idque vel uno eodemque calami ductu (§. 176. 177), vel separatim. Illud factum esse videmus in notis  — M(*e*)SI(*s*), M(*e*)SE(*s*), M(*e*)SV(*m*) — *Mensis*, *Menses*, *Mensium* (102. 103), cet. (§. 176). Hoc, quod multo est usitatius, in notis   — EP*a* — *Epistola*, S(*u*)L*a* — *Syllaba*, CO*um* — *Consilium* (32), C(*on*)RBL*is* — *Corruptibilis*, S(*i*)GL*um* — *Sigillum* (77), DOM*us* — *Domus* (78), cet.

§. 237. Saepe vero in iis, quae vulgaribus literis scripta sunt, exitus vocabuli omittitur, idque prioribus tantum literis notatur, ut DVL. — *Dulcis*, FAC. CVR. — *Faciundum curavit*, INFR. AR. — *Infra aram*, INV. AVG. — *Invicto Augusto* (Sert. Urs. 688. 710. 781. 782), cet. Rarius a Tironianis notis abest terminatio, ut ab his:  — DЄS. — *Desuper* (1), IG — *Igitur* (3), UN — *Unus* (9), DЄM — *Demum* (44), CAL — *Calumnia* (70), IR — *Ira* (71).

§. 238. Alia compendiaria scribendi ratio est, quum priores literae non tam vocabuli, quam singularum, quibus constat, syllabarum, retinentur, et quidem aut plures, aut prima tantum litera. Simulque aut adjicitur vocabuli exitus, aut omittitur. Is quum in iis, quae literis Romanorum vulgaribus scripta sunt, rarius subjungatur, in his non commoremur, sed exempla e notis tantum Ti-

ronianis apponamus haec:  — C(*ircum*)L(*i*)*it* — *Circumlinit* (180),  — BTR*us* — *Britannicus* (140). Vocabula sine terminatione ita correpta animadvertimus, vulgaribus literis scripta, BRT. — *Britannicus* (Sert. Urs. 582), IVT. FLM. — *Juxta flumen*, MIL. CL. PR. RA. — *Miles classis praetoriae Ravennatis*, EIMO — *Ejusmodi* (Urs. 790. 861. 693); Tironianis vero notis notata,  — D(*i*)CO. — *Diaconus*,  — AR(*x*)PE. — *Archiepiscopus* (91).

§. 239. Primam tantum syllabarum literam non modo *cum vocabuli exitu* interdum poni, tam ex vulgari Romanorum scriptura patet, ut in ATR. — *Auctor*, BFA. — *Beneficia*, CVTAS — *Civitas*, DDVIT — *Dedicavit*, EQS. — *Equites*, IPO — *Impositio*, ITA — *Interea* (Sert. Urs. 561. 572. 655. 665. 698. 785. 787); quam ex Tironiana, ut in   — PC*or* — *Praeceptor* (9), PBL*is* — *Probabilis* (32), PSD*um* — *Praesidium* (56), PSD*et* — *Possidet* (62), SGL*a* — *Singula* (66), TRBL*is* — *Terribilis* (89), SLB*me* — *Saluberrime* (125. c); verum etiam *sine vocabuli exitu*, ut in AT. C. — *Acta causa*, AT. PC. — *Actor provinciae*, BFC. — *Benefecit*, DCT. — *Decretum*, DID. — *Deinde*, DM. — *Demum*, EGS. — *Egressus*, EPC. — *Episcopus*, FNT. — *Fenestra*, ITE. — *Interest*, ITQ. — *Itaque*, LC. — *Locus*, LTR. — *Literae*, MNF. — *Manifestum*, MNM. — *Manumissum*, MSR. — *Miserunt*, (Sert. Urs. 561. 573. 661. 673. 676. 691. 695.


761. 787. 801. 838. 866. 869. Conf. Reinesii synt. inscr. Cl. VI. I. 112. p. 451); atque in hisce notis Tironianis:   — SS — *Sese* (1), PS — *Praesertim* (3), ML — *Malus* (4), UB — *Vobis*, NB — *Nobis* (15), SL. — *Salus* (105), SL. — *Solus* (35), USR — *Usura*, USP — *Usurpat* (41), HML. — *Humilis* (67), MG. — *Magus* (80), TBL — *Tabula* (98).

§. 240. Monstrose sane et incondite corripiuntur vocabula, quum ne initialis quidem eorum litera retinetur; eoque fit, ut compendia vix intelligantur. Quis enim literas BB. interpretetur *Optimus*, LL. *Dupondium* (Sert. Urs. 570. 879), nisi didicerit, Romanos per geminatum B*ene* superlativum, quem vocant, gradum significasse (§. 235); pariterque, quum D*upondium* duabus libris constet, duplici L id scripsisse. Ecquis, quaeso, literis AT. T. subesse verba H*abet* T*itulum* (Id. 562) divinet, nisi literam H interdum omitti meminerit? Quid? quod medio aevo usu venit, ut conjunctiones *Enim* et *Vel* non per initiales literas, sed per *n.* et *l.* correpte exprimerentur; unde illud conjunctionis *Enim* compendium *.n.* in antiquioribus etiam, qui typis vulgati sunt, libris deprehendimus.

§. 241. Sunt igitur et Tironianae notae, quae non a prima vocabuli litera incipiant, ut  — X*um* — *Extremum* (85),  — XC*et* — *Exercet* (74),  — O(*t*). — *Tot* (16). Quomodo autem fieri potuerit, ut a notariis ipsa initialis vocabulorum

litera omitteretur, posito exemplo demonstrabimus. Nota ↳ (quae quidem apud Gruterum p. 4, contra fidem omnium, quos vidimus, librorum manuscriptorum, per vitium ligni, cui incisa est, deformatam figuram ↘ repraesentat) ultima est litera particulae *nihi*L, quam hac nota significari voluere tachygraphi. Jam qui ejusdem vocabuli, vulgaribus literis correpti, formam ꝉ (Magno ap. Gothofr. 1490) attentius inspexerit, non aegre inveniet, in hoc monogrammate, quo saepius sciberetur, eo negligentius literam N pictam, atque eo sensim hoc compendium perductum esse, ut illa litera prorsus evanesceret, solaque L superesset. Eadem ratione compendium scribendi ꝉ (l̄), quo conjunctio *ve*L medio aevo notabatur, ex literis U et L, quarum illa sensim negligeretur, ortum esse censeo.

§. 242. Non est igitur, quod miremur, vocabulum *Extremum*, omissa litera initiali E, solo Tironiano X notari (§. 241). Idem enim in vulgaribus Romanorum literis evenit. Ita є sive ‹ et X coarctatis = ✕ in notis juris (Magno ap. Gothofr. 1496) significabant vocabulum *Existimatio;* quod leviter deinde, ut nullum prorsus literae initialis vestigium relictum sit, notatum exstat X', denique X (Sert. Urs. 1006. Petr. Diacon. ap. Gothofr. 1526). Sed quandoque etiam eo periit initialis, quod superimposita esset literae sequenti. Quod quo facilius appareat, consideretur velim lapidis titulus, quem (ex Act. Palatinis Vol. VI. 66) subjicimus.



In ultimo hujus inscriptionis versu, quo continentur verba *Ex imperio ipsarum lubenter merito*, I tum in nomine *Imperii*, tum in pronomine *Ipsarum*, super eam, quae sequitur, literam collocata conspicitur: quam, ut reliquis minorem, postea non admodum curatam, ac prorsus tandem omissam esse, mihi persuadeo; ita ut **MP** satis haberetur ad significandas tres simul literas IMP (I. Vignol. pontif. Rom. denar. 27. 37. 40).

§. 243. Oppido autem molesta est in notis Tironianis corripiendi ratio, qua in verbis, cum praepositione connexis, initialis

verbi litera a praepositione ipsa absorbetur. Sic e. c. — PR*it* — *Promit* (44), cum praepositione *De* conjunctum, literam P amittit, et correpte scribitur — DeR*it* — *Depromit* (44). Sic ex simplici — PR*it* — *Prehendit* composita oriuntur A(*d*)R*it* — *Apprehendit*, — C(*on*)R*it* — *Comprehendit*, — DeR*it* — *Deprehendit*, — RR*it* — *Reprehendit* (49); ex — SP*et* — *Spondet*, — RP*et* — *Respondet* (49); ex — SV*it* — *Sumit*, — A(*b*)V*it* — *Absumit*, — C(*on*)V*it* — *Consumit*, — RV*it* — *Resumit* (54); ex — G(*e*)*itur* — *Graditur*, — eD*itur* — *Egreditur*, — A(*d*)D*itur* — *Aggreditur*, — C(*on*)D*itur* — *Congreditur*, — D(*i*)D*itur* — *Digreditur*, — I(*n*)D*itur* — *Ingreditur*, — R(*e*)D*itur* — *Regreditur* (73), rel.

§. 244. Bene autem nobiscum agitur, quod non ubique servatus est inconditus ille modus. Sunt enim verba, quae quamvis composita, simplicium tamen initialem literam retineant. Ita ex simplici — (*i*)M*it* — *Mittit* fit — E(*i*)M*it* — *Emittit*, — A(*i*)M*it* — *Amittit*, — A(*di*)Mit — *Admittit*,

— C(*oni*)M*it* — *Committit*, — DЄ(*i*)M*it* — *Demittit* (37); ex — P*at* — *Probat*, — C(*on*)P*at* — *Conprobat* (31), — R(*e*)P*at* — *Reprobat* (32); ex — F*it* — *Facit*, — AF*it* — *Afficit*, — A(*d*)F*it* — *Adficit*, — C(*on*)F*it* — *Conficit* (36); ex — P — *Ponit*, — AP — *Aponit*, — A(*d*)P — *Adponit*, — C(*on*)P — *Conponit*, — DЄP — *Deponit*, — D(*i*)P — *Disponit*, — EP — *Exponit*, — I(*n*)P — *Inponit*, — P(*ro*)P — *Proponit*, — P(*rae*)P — *Praeponit*, — RP — *Reponit*, — SP — *Subponit*, — OP — *Obponit* (38): eademque ratio est omnium, quae composita sunt cum verbis *Petit* (39), *Putat* (39), *Stat* (40), *Spectat* (42), *Cernit* (42), *Nuntiat* (42), *Loquitur* (43), *Gerit* (44), *Audit* (45), *Gravat* (46), *Vertit* (46), *Solet* (47), *Gratulatur* (47), *Agit* (48), *Quaerit* (48), *Perit* (49), *Solvit* (49), *Sequitur* (50), *Manet* (50), *Mandat* (51), *Rogat* (52), *Mutat* (52), *Parat* (54), cet.

§. 245. Sed in uno eodemque verbo interdum variat praepositionum cum eo conjungendarum ratio. E. g. verbi *Sumit* litera initialis ab omnibus absorbetur praepositionibus (§. 243) praeter unam PRAE; siquidem scribitur — PSV*it* — *Praesumit* (54), haud dubie eam ob causam, quod antecedenti P facillime jungitur litera S.

CAPUT UNDECIMUM.

De signis compendiariis.

§. 246. Signa compendiaria quo majoris sunt momenti, eo majus acriusque studium ad ea explicanda contulimus, nihil deterriti difficultatibus satis magnis. Quo si quid profecimus, ut legentium cognitioni perspectius id subjiciamus, certus est adhibendus ordo, quo singula tractentur. Rem igitur ea serie persequemur, quam in subjecta descriptione ob oculos ponimus.

Signorum compendiariorum

- appellatio §. 247.
- conditio
  - generatim spectatorum,
    - puncti §. 250 — 256.
    - literarum §. 257.
  - nominatim terminationum; de quarum disputatur
    - forma §. 259 — 272.
    - loco, qui eis adsignatur
      - generatim
        - terminationibus, quae puncto notantur. §. 273-283.
        - terminationibus, quae literis constant. §. 284-291.
      - speciatim, quum res operte ac symbolice notantur §. 292–295.

§. 247. Vulgari quidem usui loquendi indulgentes signa appellamus ea, quae a primitiva literarum forma longius deflexerunt, quibusque plurium literarum complexus uno calami ductu formatarum denotantur: attamen multum abest, ut antecedentium gregem sequentes hos complexus pro meris signis habeamus; quum veris constent literis, imo ne correptae quidem saepe sint syllabae signis illis notatae. Incredibile est dictu, quanta sit virorum doctorum in hac re incuria. In omnibus fere libris, in quibus Graeca tractatur grammatica, e. g. sub barbaro *Abbreviaturarum* nomine collecti reperiuntur characteres γεν διὰ μεν μῶν παρὰ περ ρι τα τῶν ἐστι ευ ην ος ὑπὸ σχυν ου υι: quos qui curatius inspexerit, ne unam quidem literam in iis, quae hisce characteribus significantur, syllabis desiderari, neque igitur correptas eas esse, cognoscet. Error vero, qui istos cepit viros, inde exortus est, quod palaeographiae studium neglexerunt: ad quod si quodammodo incubuissent, facile intellexissent, characteres illos minime arbitraria esse signa, sed veras literas, ita festinanter scriptas et conjunctas, ut licet a primitiva forma deflexerint, nihilo tamen minus omnes syllabarum designatarum literas complectantur, videlicet γεν, διὰ, μεν, μῶν, παρὰ, περ, ρι, τα, τῶν, ἐστι, ευ, ην, ος, ὑπὸ, σχυν, ου, υι.

§. 248. Quoniam autem subinde fit, ut oblivione sensim obruatur signorum compendiariorum origo; equidem non miror, in definienda eorum natura aliquando errari. E. g. inter literas,

quibus in vernacula scriptione nos Germani utimur, vulgo adhibentur characteres ℔, ℌ, quorum notio (*Pfund, Heller*) neminem quidem fugit, vera tamen conditio pluribus ignota est. Ii solummodo, qui compertum habuerint, eas ex Latio in Germaniam transiisse, facile perspicient, characterem primum literis ℔ = Lb constare, ut significet Latinum vocabulum *Libra;* alterum literam esse *d*, ut sit sigla nominis *Denarii.*



§. 249. In notarum etiam Tironianarum studio contigit, ut compendiaria signa a Benedictinis (Nov. op. diplom. III. 574. V.) arbitraria putarentur, eoque adductus Gattererus (Elem. 76. §. 68) characterum Tironianorum signa *literalia* et *arbitraria* distingueret. Ego vero arbitrarii nihil in iis inesse, sed veris omnino literis notas constare mihi persuasum habeo. Quodsi de quibusdam ratio jam reddi nequit; sufficit, ut de plurimis illam reddam. Etenim quod de majore rerum ejusdem generis et naturae parte dici potest, idem in reliquam convenire quis dubitet, praesertim in rebus antiquis? Solum excipio punctum in his notis frequentissimum, utpote quod in literarum numero haberi non potest, quum generatim tantum indicet, esse aliquid omissum. Nam de linea recta, qua ad indigitandum defectum etiam usi sunt tachygraphi, nil attinet dicere, quandoquidem nonnisi in quinque a litera B incipientibus notis ʒ̄ = B*ab*, ʒ¯ = B*ad*, ¯ʒ = B*af*, ʒ_ = B*ap*, _ʒ = B*ag* (30) deprehenditur, quarum syllabarum in Latino sermone nullus est usus.


§. 250. Sunt igitur duo signorum compendiariorum in notis Tironianis genera, literae, et punctum. De illis dicere aggrediar (§. 257), si paucis egero de peculiari puncti vi ac potestate. In omnibus scriptionum generibus, si Semiticas, quales nunc sunt, tachygraphiamque Graecorum (§. 484. T.) exceperis, punctum non nisi distinctionis signum est, quo vel singula verba separantur, vel sententiae et enuntiationes concluduntur ac terminantur; indeque orta sunt trita vetustate vocabula *Interpungere, Interpunctio.* Contra in notis Tironianis, modo vere tales sint (§. 182. 434. 436. 440), vel generatim significat correptas esse dictiones, vel pro diverso situ diversas habet significationes, de qua re mox (§. 273 seq.) erit disserendi locus.

§. 251. Punctum igitur in Tironianis notis vice fungitur lineae rectae, quae compendiis superimponitur in ceteris scriptionibus. Quumque tantum fuerit Tironianorum tachygraphorum scripturam contrahendi studium, ut vel ipsas notas, quae jam sunt compendiariae, magis etiam corripere laborarint; ad hunc finem aptissimum erat punctum, quod vicem terminationis saepius supplet. E. c. notam  = I(*p*)R*or* = *Imperator* (64), quamvis sit brevissima, arctius tamen contraxere, solo puncto in locum terminationis substituto, scribentes  = I(*p*)R. (Carp. 16. v. 5). Eadem ratio est notae  = DOM*us* = *Dominus* (78), cujus correptior forma est  = DOM. (Carp. 16. v. 5).

§. 252. Quamquam autem punctum diximus generale omissarum vel syllabarum vel literarum signum; maxime tamen constitutum videtur ad repraesentandam quarumdam literarum vicem, quales sunt T, H, R, X. Quo clarius id intelligatur, considerentur velim singularum exempla. Primum literae T. Ex = A*m* (24) puncto superimposito fit (*t*)A*m* (2). Nota = A*d* sive A*t* (§. 300) puncto aucta significat (*t*)A*t* (24). = E(*s*) (6) addito puncto = E(*st*) (6). Ex = T(*us*) (§.259) efficitur = (T)T*us* = *Tatus* (24). Ex = S(*u*)S (29), = S(*t*)(*u*)S = *Studiosus* (34). Deinde literae H. Ex = PI (30) fit = P(*h*)I (31). Ex = TI (30), = T(h)I (31). Ex = CA (26), = C(h)A (31). Ex = T(*a*) (29), = T(h)*a* (31), rel.

§. 253. Ad significandum etiam literae R in fine vocabulorum defectum adhiberi punctum, permulta docent exempla: 1) *verborum* in tertia persona singularis numeri in VR desinentium, ut = *Abominatur* (78), *Aspernatur* (90), *Admiratur* (72), *Bipertitur* (109), *Fatur* (133. c), *Hortatur* (88), *Imitatur* (131), *Imprecatur* (109), *Labitur* (78), *Loqui-*

tur (43), *Obliviscitur* (114), *Queritur* (86), *Refragatur* (131), *Sequitur* (50), rel. 2) *nominum*, quae in syllabam ER exeunt, ut   — *Cistifer* (61), *Signifer* (77), *Fructifer* (109), *Vafer* (110), *Furcifer* (152), *Ager* (61), *Niger* (128), *Integer* (87), *Piger*, *Impiger* (146), *Iter* (63), *Pater*, *Mater*, *Frater*, *Socer*, *Gener* (55), *Puer*, *Mulier* (56), *Miser* (66), *Asper* (90), *Sacer* (91), *Celer* (95), *Carcer* (108), *Cicer* (112), *Ver* (115), *Venter* (129), *Sinister* (146), *Taeter* (147*), cet. Similisque ratio notarum deprehenditur, quarum terminatio est AR, OR, VR, ut  — *Lucar* (69. c), *Torcular* (80), *Par* (111), *Cor* (73), *Fur* (80), *Augur* (92), rel. — Literae X denique locum tenet punctum in notis  — *Pellex*, *Fornix*, *Meretrix* (59), *Munifex* (79), *Senex* (89), *Pontifex* (91), *Arx* (107*), *Vindex* (90). Neque vero semper in notis Tironianis quatuor has literas puncto tantum designari, neque solum hoc ejus munus esse, vix est quod moneamus. Cave igitur, ne male intelligas doctos Benedictinos (Nov. op. dipl. T. III. 589. 598), docentes, in scriptione Tironiana punctum esse signum casus recti. Licet enim in casu obliquo, qui, prout variat, distinctius est exprimendus, non adhibeatur; attamen frequentissima sunt

exempla casus recti, non puncto, sed ipsis literis expressi, ut  = *Tenor* (10), *Nobilis* (12), *Probus* (31), *Solitudo* (35), *Roma* (39), *Periculum* (40), *Conscientia* (35), cet.

§. 254. Sunt vero notae, quae, licet omnibus literis constent, punctum nihilominus appositum habeant, ut  = *Apis*, *Mus* (176), *Bos* (175). Prima, puncto etiam non adjecto, repraesentat vocabulum AP*is* (176).  enim est A (26) et  terminatio P*is* (28). Secunda expressam sistit syllabam  = M(*us*) (28). Tertia, quum primas literas habeat  = BO (26), per prolongatum vero calami ductum S significetur (§. 137), itidem integra est, vel absente puncto. Ejusdem porro generis sunt notae  = SOL. (112),  = S(*i*)M(*i*)A. (176), aliaeque non paucae.

§. 255. Si quis igitur quaesiverit, quid attineat, punctum adesse in his notis, non difficilis erit responsio. Satis superque demonstravimus (§. 234. 276. 277. 281. 282. 287. 289), in notis Tironianis sedulo spectandum esse locum, quo positae sunt earum terminationes; quandoquidem una eademque nota principalis, omnibus iisdem literis ac syllabis constans, diversam prorsus vim ac potestatem habet, prout diverso loco posita est ejus terminatio. Quae quum in exemplis modo (§. 254) adlatis comparere non possit, nisi recto casui substituatur obliquus; punctum eo consilio

additum esse videtur, ut locum designet, ubi, ea flectere vocabula qui velint, salva eorum significatione, terminationem adjicicere debeant. Non inepte igitur ejusmodi punctum cum *Matre lectionis* (ut cum Grammaticis Hebraeis loquamur) comparaveris.



§. 256. Punctis, vel uno, vel duobus in scriptura Tironiana denotantur syllabae *Que*, *Mum*, *Mam*, *Im*: et quidem uno . = *Que*; duobus ·. = *Mum*, .· = *Mam*, ; = *Im* (24). Primum horum compendiorum ex antiquo correpte scribendi modo . (Nov. op. dipl. III. 54. 153. Schannat. vindem. lit. 220. verb. Quinque. Gruter p. 591. 5. Reinesius 675. n. 77. Cellarii orth. 331. et omnes fere inscription. in quibus vocab. POSTERISQ. quam saepissime legitur) ortum esse arbitror; scilicet, omissa litera Q, ex prisco compendio solum remansit punctum. De tribus posterioribus notis mox (§. 263) agemus: etenim habenda ante ratio compendiorum quorumdam literis constantium, quae viam nobis aperiant ad illarum explicandam naturam.

§. 257. Progrediamur igitur ad recensenda signa literata. Et primo quidem loco consideremus praecipitis calami quendam ductum ultimae notarum literae plerumque annexum, qui quamquam primitus vera litera fuerit, ob scribentium festinationem peculiari suae figurae indole sensim adeo est privatus, ut nulla fere litera sit, ad quam significandam non adhibeatur. Atque vaga et inconstans haec notandi ratio in omni propemodum omnium populorum scriptura, quam cursivam vocant, reperitur. Scribimus

Germanice compendia pro , pro (Schmidt Phiseldeck Tab. VIII), alia ut taceam. Abundat etiam atque affluit Latina duodecimi et sequentium saeculorum scriptura (Mabill. 371. 373) ejusmodi incertis calami ductibus literas significantibus, quibus etiam adnumero , quo notatur *Que* (Cellar. orthogr. I. 45). Quid? quod in Graecos quoque libros typis impressos irrepsere , et similia, in quibus circumflexum significat linea finalis.

§. 258. Certe igitur non mireris, in Tironiana etiam scriptura similiter correptos deprehendi characteres. Exemplo sint notae = U(*r*)*um* = *Verbum* (43*), = U(*t*)*um* = *Viaticum* (63), = U(*n*) (23), = U(*x*)*at* = *Vocat* (§. 304). In quatuor harum notarum figuris praeponderat U. Sed ille calami ductus, qui huic literae a festinante manu est adjectus, singularem in singulis notis vim habet ac potestatem. In prima significat R (§. 135), in secunda T (§. 139), in tertia N, in quarta X (§. 141). Similem praecipitis calami ductum, sed descendentem, animadvertimus in nota = A(*r*)*at* (112); qui licet in hac sine ulla controversia exprimat literam R, in aliis tamen aliam haud dubie designat, ut in nota = A(*a*)*am* = *Anteaquam* (14) fortasse A. Quemadmodum enim ex = A. = *Ante* fit = A*am* = *Antequam*; ita ex = A*a* = *Antea* (14) efficitur A(*a*)*am* = *Anteaquam*. Quandoque etiam ejusmodi literarum deformitas non impedit, quo minus earum significationem

certissima conjectura assequi possis. E. c. in nota — *Colit* (61) quum aperte legatur — CO, atque — *it* (47), calami ductus, qui ab O demittitur, nulla alia litera esse potest quam L. Eademque ratio est literae R in nota verbi *Arat*, cujus mentionem modo fecimus, literaeque M in nota — UO(*m*)*it* (154). Maxime autem, quod supra (§. 137. 254) jam diximus, literae S proprium est, ut tenui tantum apice, antecedenti literae adjuncto, notetur. Sic ex — E (§. 106) fit — E*s* (6), ex I (26), — I*s* (47), ex — AR (24), — AR*s* (89), ex — CL(*u*)*it* — *Cludit*, — CL(*us*)*it* (85). Sed in principio etiam notarum ancipites ejusmodi characteres conspiciuntur, qui monogrammatis tum speciem (§. 209) prae se ferunt. Sic, quae in nota — *Vester* τῷ U adjicitur, litera R, in nota — *Noster* (7) initiali N anteponitur. Plurium ita concisarum literarum originem perspicere licet facta earum comparatione cum aliis, quarum perfectior servata est forma. Exemplo sit litera N, quae in nota — U(*n*). (25) deformis est et cognitu difficilis, at integra cernitur in notis — UN — *Unus* (9), — UN*o* (101), — UN. — *Vicinus* (63*). Saepe etiam variat calami ille ductus uni eademque literae adjectus, prout variam, quae sequitur, literam significat. Ita diversas reperies literae C formas; nempe Ɔ, qua *Con* notatur (§. 264); , qua C*i*; , qua C*r*; , qua C*l* significari voluerunt tachygraphi.

§. 259. Cetera signa compendiaria non ita sunt ambigua atque obscura, et ad notarum terminationes significandas potissimum usurpantur. Sed et eorum forma festinatione scribentium quandoque adulterata est, ideoque curatius investiganda origo, et facienda contentio cum aliis ejusdem generis, quae perfectius sunt exarata. Si quis igitur, ut hoc utamur, in exponendo signo  = O*s*, quo terminantur notae  = L(*e*)P*os* (80), *Compos* (110), *Nepos* (80. c), haerebit, adeat notas   = O*s* (96), U*os* (Carp. VII), E*os* (12), cet. quibus inspectis facile intelliget, illud ex O et praecipiti S compositum esse. Similiter signum  = T*us*, in quod desinunt notae  = *Virtus* (8), *Motus* (135), cet. distinctius exaratum conspicitur in  (§. 269).

§. 260. Antiquissima est nota compendiaria  = *us* (24). Errant certe, qui medio aevo eam ortam esse putant. Videbis enim in monimento, quod anno post Christum natum XXVII scriptum est (Maffei hist. dipl. 38),  = *Cajus;* apud Valerium Probum EI9, E9M = *Ejus*, *Ejusmodi*, apud Magnonem M9, OP9 = *Meus*, *Opus* (Gothofr. 1458. 1490. 1491) cet. Omnesque fere per aetates hoc signo tachygraphi uti perseverarunt. Originem haud scio duxeritne ab U, cum S conjuncto, , quae figura in iis, quas Victor episcopus pinxit (§. 103), aliisque (Nov. op. T. III. Tab. 61. Brencmann hist. Pand. 122) conspicitur; an a nota  = *os*, quam modo explicavimus, cujus neque a forma, neque a notione abhor-

ret. Quae enim Graecorum vocabulorum terminatio est *ος*, ea Latinorum est *us;* diuque *os* pro *us* Romani ipsi scripserunt. Documento sunt plures lapidum tituli (Sert. Urs. mon. Patav. 50. 71. Noris. cenot. Pisan. in Cellar. orthogr. II. 253), in quibus *Vivos* legitur, pro *Vivus; Acervos*, pro *Acervus*. Quin etiam probabile est, forma ∩ pro 9 usos esse Romanos. In marmore enim, quod (ex act. Palat. I. 205) subjicimus, nomen LVCIVS, sigla L exaratum, additam habet terminationem, quae ad *os* propius accedit, quam ad *us*. Sed magis tandem placet sententia, solam literam S in Tironiano *us* inesse, eodemque signo a Romanis terminationem *us*, a Graecis *ες* (§. 487) notatam esse. Inscriptionis cujusdam sepulchralis (Fuchs hist. Mogunt. II. 269) nomen FAVONV9, si modo recte est delineatum, hanc opinionem confirmat, formaque ipsa ab S inverso ƨ duci potest; siquidem sunt inscriptiones, in quibus non nisi ejusmodi ƨ deprehendantur (Muratori antiqu. Ital. V. 19. 20); neque dissimiles videntur aliae formae, e. c. ſ in Pandectis Florentinis (Mab. iter Ital. 185. Brencmann 111).

§. 261. Sed transeamus ad cetera compendiaria signa. Notam ɕ/ = *bus* (23) U cum B mutilato esse censeo, ut U simul repraesentet inferiorem hemicyclum τȣ 3, cui S praeceps (§. 137) adjectum sit. Sed comparari etiam posset cum prisco Beta Graeco ɣ (§. 484). Signum \ (24), quo in notis Tironianis terminatio VM notatur, Benedictinis quidem (III. 597. 600) M mutilatum visum est; at vero illi sibi non constant, et secum ipsis discordant,

quod Schoenemannus (I. 602) jam monuit. Verum assecuturi fuissent, si eandem syllabam VM in vocabulis, quae ab ea incipiunt, quaesivissent, ut in = VB*a* = *Umbra* (151. 169), = VB. = *Umbria* (139), = VB. = *Umbo*, = VBL*um* = *Umbilicum* (128); in quibus omnibus major literae V pars superest. Quod qui perspexerit, ac simul perpenderit, literam M jam in Romanorum inscriptionibus, sicut in libris manuscriptis, saepe omissam, ac sola linea recta literae antecedenti superimposita signatam fuisse (Brencmann hist. Pand. 123. 124. Gruter inscr. p. XCII. 1. Morcelli de stilo inscr. 464), facile intelliget, hanc notarum terminationem ita sensim ortam esse, ut ex VM primum factum sit V̄, deinde V, denique . Eadem syllaba in literis Romanorum capitalibus junctis constanter notatur (Grut. 169. Reines. 226. Marm. Pisaur. 19. Agostini dialoghi. 247. Velseri op. 407). Ceterum observasse juvabit, terminationem neutrius generis, Romanis *um*, Graecis *ον*, in utroque tachygraphiae genere et Romano et Graeco (§. 487) una eademque figura denotari.

§. 262. Signi duplex est notio, tum A*s*, tum A*b*. Principalis quidem hujus notae pars litera A est, cujus sinistrum tantum crus conspicitur: totius autem notae origo est diversa, prout vel A*s* vel A*b* significat. Si *illam* significat syllabam; ex A et S conciso est conflata, cujus distinctior superest forma in notis = AS*us* = *Assiduus* (78), = AS. = *Aestivus* (113. c):

si *hanc;* ita videtur explicanda, ut pro AB primum, quae forma in monimentis satis frequens est (Nov. op. dipl. III. Tab. 61), deinde, denique \ (1), scriptum sit. Contra vero ex altero literae A crure signum / ortum esse mihi persuadeo, quo tachygraphi ad notandum quum AD, tum AT, utebantur (§. 300). Interdum etiam literam D ipsam addebant, ut in notis — A(*d*) G*um* = *Ad integrum* (87), = A(*d*)P*at* = *Adtemperat* (93), = A(*d*)O*is* = *Adobis* (135), = A(*d*)BL*at* = *Adambulat* (146). Neque explicatu difficilius est signum / = AM (24), dummodo perfectiorem ejus formam in nota — AM(*a*)*um* = *Amarum* (154) quaesiverimus. Nuda autem litera I syllabam IN (1) significari, ex omissa, quae olim pro N superimponebatur, linea recta (Brencmann 123) intelligitur.

§. 263. Quibus expositis, commodius nunc explicari possunt duo puncta, quorum diverso situ diversae denotantur syllabae, videlicet ·. = *mum*, .· = *mam*, : = *im* (24). Eorum igitur statum aut motum haud arbitrarium esse, ex iis quae relata sunt, compertum habemus. Latet enim in ·. signum \ = *um*, in .· signum / = *am*, in : litera I. Quas quidem syllabas *mum, mam, im*, primum, deinde \ / I, deniqne ·. .· : scriptas fuisse verisimile est.

§. 264. Priscum Ɔ aversum, quod in siglis Romanorum a Valerio Probo (Gothofr. 1455) traditis, item in notis juris a Magnone et Petro Diacono (1483. 1502) editis, jam exstat, multaque

per saecula pro praepositione *Con* (1) usurpatum est, ab antiquo literas a summo deorsum sociandi more (§. 100) repetimus. Primitus enim plene scriptum CON, tum CŌ, postea , deinde , denique Ↄ. Quae quamquam ita sunt perspicua, ut demonstratione non indigeant, quasdam tamen notas, in quibus hujus mutationis vestigia exstant, commemoremus. Sunt autem hae: = C*tus* = *Commeatus* (85), = C(*onr*)C*at* = *Concertat* (57), = C(*onf*)*atur* = *Confiscatur* (68), = C(*on*)*tio* (75). Ex eodem literas jungendi modo ortum esse conjicio signum , quo etiam significatur adverbium *Circum* (1). Etenim quum tachygraphi literas CIR a summo deorsum uno calami ductu pingerent, ut videre licet in nota = C(*i*)R*is* = *Cirtensis* (138); iste literarum complexus, sensim diminutus, in eam tandem, quam in illius adverbii nota cernimus, figuram degeneravit.

§. 265. Signum = ET, quod non solum in notis Tironianis, sed etiam in vulgari medii aevi scriptura conspicitur, Benedictini (III. 588. 602), Gruberus (syst. I. 141. §. 27), et Schoenemannus (I. 600), ita explicare moliuntur, ut nuda sit finalis illius syllabae litera T. Sed melior patebit explicandi via, si ad primam notae figuram, a festinantibus tachygraphis non adeo deformatam, respexerimus. Innumerae sunt lapidum ac numismatum inscriptiones, quae literas ET conjunctas exprimant modo (§. 202. 242. Sert. Urs. 690. Cellarii orthogr. ed. Harles. 46), modo

ƐT (Gruter inscr. 739. 3. 1075. 10. Reines. 49. 234. Sert. Urs. 689. 700. Velseri op. 411. 423. Fuchs hist. Mogunt. I. 10. 188. 206. 212. 229. II. Tab. 1. et p. 67. Coleti notae et sigl. 429. Act. Palat. VI. 45. M. A. V. N. ant. explic. ad p. 175. Saxii ep. de medic. ocul. 49). Hujus quidem compendii exemplum habes in lapidis titulo, quem (ex Act. Palat. III. 175) apponimus, versu quinto et ultimo. In aliis vero inscriptionibus curiose distinguitur ƐT = *Et* a E = *Te* (§. 230. Nov. op. dipl. T. II. Tab. 30. VIII. 4 et 5. ex Maffei mus. Veron. p. 147). ⁊ igitur Tironianum, quod a siglis quoque Romanorum non est alienum (Val. Prob. in Clausing. Iur. publ. R. Vol. I. p. 130), idem illud ƐT esse arbitror, sed negligentius pictum. Neque tamen reluctabor, si quis, notam illam ex T = *Et*, quod uno calami ductu ⁊ exaratum sit, ducendam esse contenderit. In lapide enim milliario (Maffei mus. Veron. 106) illud comparet:

IMPP AVGG DD NN
MAG MAXIMO T
FL VICTOR
PERPETVIS
PRINCIPIBVS
M P V

Atque ex eodem hoc charactere lux quoque adfertur notae Tironianae T ejusdem formae, quae TE significat (1).

§. 266. Ab antiquissimis inde temporibus in vulgari etiam Romanorum scriptura praepositiones *Per*, *Prae* et *Pro*, correpte scriptitatas fuisse (Magno et Petr. Diac. ap. Gothofr. 1491. 1519. Gatterer. elem. 58), nemo est qui ignoret. Harum adumbratio est in notis Tironianis = *Per*, = *Prae*, = *Pro* (1), ex quibus prima praeter P complectitur literam = E. Syllaba enim PE exprimitur eadem nota (28). Alteram praeter literam F etiam = E (§. 106) continere, haud absurde conjicias. Ultimae origo dubia est. In lapidum quidem titulis, qui vulgaribus literis scripti sunt, eadem praepositio saepius exaratur Ꝑo (Hanselmann demonstratio, quousque in terris Hohenloicis Romani penetrarint. Tab. I. Fig. 2. Tab. XIV. ad 87. Fig. 1 et 2): attamen haud scio, an aversae in Tironiana nota literae P causa ex illa forma sit repetenda, an potius ex nota = POR = *Pro*, quae deinde in , denique in magis fuerit contracta. Penultimam enim figuram ipsam exhibent notae = P(*o*)G*it* = *Protexit* (156), et = P(*o*)S = *Prorsus* (16). Sic etiam, quae nunc conspiciuntur, notae = *Ior* (23), = *Tor* (23), = *Ar* (24), antiquitus haud dubie fuerunt quae ipsae formae in aliis notis supersunt, ut in = *Iore* (23), = *Torridus* (149), = *Artus* (114). Porro notarum terminationem = *Or* (23. c) verisimile est, (§. 202), sive = OR primitus fuisse, cujus secunda litera deinde pariter negligeretur. Ad Graecorum autem tachygraphiam si spectaveris, nihil

impediet, quominus formam ρ habeas Rho Graecum (§. 484), atque hanc solam literam ad designandum *Or*, haud secus ac S ad significandum V*s* (§. 260), idoneam fuisse credas.

§. 267. Notam ⸝ = *Ex* (1) Tironianas continere literas ⸝ = E atque / = X, contra Benedictinorum de ea nota sententiam supra (§. 141) jam monuimus. Signum V modo *Vt*, modo *To*, significare, Gruteriana quidem collectio (2. 29) docet. Utrumque vero ex uno fonte effluxisse equidem dubito. Quemadmodum enim NT pressius scribebatur ꟼT, ita etiam VT in formam coarctabatur sive V (Cellarii orthogr. 47), sive V (§. 165). Cujus tectum quum deinde brevitatis causa omitteretur, figura mansit V; quae servato quidem, sed separatim addito, tecto, etiam conspicitur in nota Vh = VT*a* = *Uteca* (137). Alteram similis formae notam V = *To* (29) ex literis I = T et o compositam fuisse, ut V pingeretur, eo confidentius conjicio, quo saepius liber manuscriptus Hasso-Cassellanus a rigida, quam Gruteriana editio exhibet, forma V recedit, ac potius Vo habet, ut in nota Z = C(*on*)L*to* = *Commilito* (75. c). Quin etiam ipse Gruterus hac meliore forma in nota MC = MC*to* = *Marcus Cato* (188) utitur. Ceterum similitudinem non praetereamus, quae inter hoc Latinum V = TO, et Graecorum tachygraphorum Υ = Θo (§. 485. o) esse videtur.

§. 268. Originem notae). qua syllabam *Dam* tachygraphi notabant (24*), verisimile est fuisse hanc. Vulgaribus literis ean-

dem syllabam scriptam videmus (Nov. op. dipl. III. Tab. 42, III. III). Cujus quum secunda litera postea omitteretur, non nisi punctumque remansit. = AN (1) ex A et N Tironianis primitus conflata erat, quae syllaba in notis = AN. = *Anus*, = AN(*l*)*us* = *Aniculus* (155. c), pro *Anicula*, = AN. = *Antonius* (65. c), quamvis etiam mutilata, clarior tamen apparet. Notae = *Ter* (1) et = *Inter* (1) praeter initialem literam etiam R habent. Ita enim vel vulgaribus literis scripta exstant compendia P = *Praeter* (Coleti siglae et not. p. 435), = *Inter* (Sert. Urs. 759. 760), = *Ter* (§. 165). Neque notae = *Ta* (29) ratio nos fugiet, si eam cum monogrammate in numis (Cellar. orth. 46) et lapidum inscriptionibus (Maffei mus. Veron. CXLVII. Act. Pal. VI. 45. Nicolai de sigl. 135. 144) conferamus; ex quo monogrammate Tironiana nota, leviter adumbrata, pro tecto literae T, latum retinuit caput. Notae, quibus *Ur* (§. 258) atque *Unt* (25) notantur, , ex uncialibus junctis (§. 165) explicari possunt.

§. 269. Simpliciora signa ubi primum interpretari poteris; eorum etiam, quae composita sunt, naturam ac conditionem facile percipies. Exemplis id probabimus. Notarum = *Ium*, *Uum* (24. c), *Dum*, *Sum* (4), *Orum* (23), *Iorum* (24), *Torum* (23), cuique annexum est = *um* (§. 261), quod igitur, praemissis notis aut literis I, U, , S, = *or* (§. 266), = *jor* (ibid.), = *tor* (ibid.), singulae

habent. Ita etiam repetitur scribendi compendium / = *am* (§. 262) in nota 7 = *Etiam* (2), ubi cum ˥ = *Et* (§. 265) conjungitur; in nota) = *Iam* (2), ubi cum I; in nota Ч = *Nam* (2), ubi cum N; in nota > = *Umquam*, ubi cum \ = *um* (§. 261); in nota ⌃ = *Quoniam* (15), ubi cum Q componitur. Tritum illud 9 = *us* (§. 260) in compositis reperitur notis ƅ 3 3 ƅ ƅ = *ius* (27), *bus*, *cus* (26), *dus* (27), *tus* (29), praepositis literis I, B, C, D, T. Nota ⋖ = *ant*, et nota ┼ = *int* (25), illa ab < = *an* (§. 268), haec ab I = *In* (§. 262) videtur profecta; utrique vero tectum literae T est adjunctum. Syllabam AV, quae per Tironianam notam > (1*) significatur, Romani vulgaribus quidem literis, sed concatenatis, scribebant ꟺ (Reinesii inscr. 440), cujus figurae prima pars > id ipsum Tironianum signum est. Neque tamen scio, verane haec ejus origo, an potius Tironiana sit litera Λ (§. 94), quam, ut simul V comprehenderet, mediaque > esset figura inter Λ et V, transverse sic inclinatam pinxerint tachygraphi.

§. 270. Exstant vero et alia ejusmodi conflata signa, quae tantum habent obscuritatis, ut vel omnino explicari nequeant, vel certe explicatu difficillima sint. Hisce adnumero notas, in quibus syllabae transponuntur, e. c. Ꝣ Ꝣ ⌃ = *verant*, *verat*, *verint* (22), quarum quidem originem nos ignorare non sinunt simpliciores notae 7 7 ⌃ = *rant*, *rat*, *rint* (23. c), molestiam vero facit V, pro *v(e)* annexum, nisi mutato syllabarum

ordine signa illa legas, adeoque syllabam *ve* suum in locum restituas, quem recte occupat in nota — *veramus* (22), quae item ex simpliciori — *ramus* (22. c) est efficta. Jam vero simpliciorum notarum *ramus*, *rant*, *rat*, *rint* causam ut cognoscamus, decurrendum nobis est ad perfectiores earum formas. Equidem nullus dubito, e. c. — *ramus* explicatius olim scriptum fuisse , idque ex literis R(*a*)M, quae clarius apparent in nota — R(*a*)M. — *Ramus* (169), fluxisse, absorpto M per — S. Difficilius perspicitur ratio formae , qua *Inex* saepius significatur in vocabulis compositis, ut in — *Inexorabilis*, *Inexplacabilis* (106), *Inexpugnabilis* (76), *Inextricabilis* (150). Quodsi ejus originem conjecturis assequi licet, conglutinata mihi videtur figura ex I, E et X, ita ut ad literas E et I jungendas, unoque calami ductu notandas, I inclinata sit , qua inclinatione simul E significatur (§. 140. 141): cui si — X adjungitur, prodeat necesse est.

§. 271. Ardua porro res est discernere signa compendiaria ea, inter quae magna est similitudo, ut — *Ab* et — *um*, — *Is* et — *It*, e. c. in — *Stabilis* (40) et — *Scripsit* (10), cet. Nonnulla autem, quae ejusdem sunt figurae, ex ipso tantum orationis cursu dignoscere licet; ut , quo et *Ab* (1) et *As* (24) denotatur. Ad augendam difficultatem accedit tachygraphorum morae impatientium festinatio, quae peculiarem cujusque notae indolem ea, qua par est, cura exprimere, aegre patitur.

Ita in speciminibus, quae Carpentier edidit, nemo fere quisquam / = *Ad* ab I = *In* discernere poterit, quum primae notae peculiaris inclinatio prona adeo negligenter sit exhibita, ut ad alterius similitudinem proxime accedat. Ejusmodi mendis scatet etiam Gruteriana collectio. E. c. terminatio notae = *G(e)-ius* = *Genius* (47*), ibi perperam delineata ɓ, significat A. Notarum = DE IGo. = *De integro* (87), et = UGo = *Virgo* (56), litera finalis ? = O alienam formam 9 ibi induit, ut explicanda sit *us*. Notae = RX. = *Radix* (168*) punctum omnino necessarium, quod ex libro Cassellano supplevi, apud Gruterum temere omissum est, ut a nota *Rex* (46) distingui nequeat, rel. Hujusmodi autem minutiis, in scriptione Tironiana frequentissimis, eo major cura subtiliusque studium est impertiendum, quo facilius, minimis neglectis, sententia prorsus alia exsistit. Exemplo sint notae = *Rex* (46), *Nox* (113), *Regis* (Mabill. 457), *Rescribit* (10), *Non enim* (4): quas qui aut negligenter scribent, aut incuriose legent, facillime confundent. De arguto et subtili hoc in notis Tironianis discrimine ne cogitavit quidem Carpentier (praef. p. IX), quum eandem esse diceret notam, quae verba *Sanctum*, *Sancitum*, *Scissum*; eandem, quae vocabula *Vades*, *Vides*, *Judices*; eandem, quae *Studium* et *Secretum*; eandem, quae *Officiis*, *Orbis*, *Ostendit*; eandem, quae *Initium*, *Insidias*, *Extremas*; eandem, quae *Imperat* et *Facta* significet, cet. Quo viri docti errore ne decipian-


tur alii, eadem vocabula recte notata ad literas, quibus constant, revocamus:   = SC*um* = *Sanctum* (92), *Sancitum* (92*),  = S(*d*)C*um* = *Scissum* (134. cujus D ex praesenti Tempore *Scindit* servatum est);  = U(*a*)*es* = *Vades* (120),  = UI*es* = *Vides* (41*),  = UI(*x*)*es* = *Judices* (34. quod monogramma est nominis *Judixes*, in quo litera X ex primo casu remansit);   = S*um* = *Studium* (34), *Secretum* (106);  = OF*is* = *Officiis* (56*),  = O(*r*)*is* = *Orbis* (87),  = O(*t*)*it* = *Ostendit* (19. c);  = I(*t*)*um* = *Initium* (110),  = I*as* = *Insidias* (49*),  = X*as* = *Extremas* (85*);  = I*at* = *Imperat* (64*),  = F*ta* = *Facta* (36*). Verum igitur ac manifestum inter omnes has notas discrimen est, quod diversa ipsarum forma, diversoque terminationum situ aut figura, satis exprimitur; atque inde liquet, ne notissimas quidem terminationes Carpentierum discernere potuisse.


§. 272. Usu tandem et frequenti exercitatione consequentur notarum studiosi, ut effugiant ejusmodi scopulos; modo ab omni temere concepta aut praejudicata opinione caveant, judicioque utantur acriori. Exemplo ponamus notam  = *Donativum* (69). Hujus quidem literae principes DO nullam habent dubita-

tionem; at obscurus est inferior character, ad similitudinem Tironiani  = G(*e*) proxime accedens. Quodsi locum spectaveris, in quo collocatus est, facile intelliges, notae hanc esse terminationem, quae, quum litera G notari nullo modo possit, ex U atque  explicanda est, ut sit  = U*um* (§. 269). Sic etiam nota  (§. 393. 419. 422. 425), ubi locum terminationis occupat, in eam partem accipi nequit, ut significet literam B, quippe qua vocabulorum exitus designari non potest; ideoque recte colligas, ex Ↄ averso atque 9 = V*s*, quod est CV*s*, finalem illam notam esse compositam.

§. 273. Reliquum est, ut *de signorum compendiariorum statione* dicamus. Magni enim referre, quo notae principalis loco terminatio, sive literis constet, sive puncto, in scriptione Tironiana collocetur, diversamque puncti in siglis Romanorum vulgaribus naturam atque conditionem esse, (§. 233) jam diximus. Quantumvis enim in his etiam punctum compareat, ejus tamen collocatio semper eadem est, eademque ejus significatio. Neque in aliis, quae literis Latinis Graecisque olim scripta sunt, puncti situm variare videmus, praeterquam quod ad distinguendas orationis partes triplici puncti collocatione prisci utebantur, ita ut ad *imam* literam adpositum significaret ὑποστιγμὴν, i. e. subdistinctionem; ad *mediam* notaret μέσην, i. e. mediam; ad *summam* denique τελείαν στιγμὴν, qua sensus periodi terminatur. (Diomedes Lib. II. Cap. de Discretione p. 432. Vales. in praef. ad Euseb.

hist. eccl. p. 5. Cellarii orthogr. 134. Funccius de scriptura vet. 160. Hugo de prima scrib. orig. p. 252). Quae quidem distinctionis signa Aristophanes Byzantius Olympiade cxiv commentus esse dicitur (Montfauc. pal. gr. L. I. C. 4. Acta erud. Lips. Suppl. IV. 377). Non est igitur, quod miremur (Harles in Cellarii orthogr. 137. atque in praef. ad eand.), multas esse inscriptiones, in quibus singula vocabula punctis ad mediam literam positis distincta sint. Eo enim punctorum situ neque lectionis tenorem suspendi, neque sensum terminari, qui lapidum titulos exaravere putarunt.

§. 274. Nullus autem in interpungendis notis Tironianis usus puncti est; quod potius adhibuerunt tachygraphi, ut pro diverso ejus positu diversas modo literas, modo syllabas, quin etiam diversa vocabula notarent. Z literae punctum ubi adjectum est, quinque indicat vocales  = *Za, Ze, Zi, Zo, Zu* (31). Ejusdem diverso situ vocales etiam notantur, quae literis  = X (29) et  = PS (31) annectuntur, nisi quod syllaba *xe* plene quoque scripta exstat  (31). Diversarum porro syllabarum, quae mutato puncti situ designantur, multa sunt exempla, quorum haec sufficiant:  = *bunda, ria, menta, bundam, riam, mentam* (25), cet. Integra denique vocabula ex sola puncti collocatione discerni, documento est nota  = PA(*u*)L*um* (81), ex qua fiunt  = *Paulo ante, Paulo post* (81); cui exemplo addi possent ejusdem generis plura (§. 213. 276).

§. 275. Inprimis etiam id tenendum est, puncto a loco, quem in primitivis vocabulis occupaverat, amoto, et in oppositum translato, notari derivata. Quod quum duobus modis fieri possit, vel ut punctum, quod notam primitivam sequebatur, derivatae anteponeretur, vel ut, quod super primitivam erat, subter derivatam collocaretur; utriusque modi exempla subjicimus: 
 — *Ordo*, *Ordinarius* (74); *Eques*, *Equester*; *Legio*, *Legionarius* (75); *Captus*, *Captivus* (17); *Comes*, *Comitatus* (75*); *Fax*, *Facula*; *Faex*, *Faecula* (165); *Satyrus*, *Satyricus* (171); *Gradus*, *Gradivus* (73); *Oculus*, *Ocellus* (76); *Aestus*, *Aestivus* (113. c); *Venus*, *Venustus* (106. c); *Veneratus*, *Venerandus* (106); *Lentus*, *Lentulus* (130); *Faustus*, *Faustuosus* (152); *Saturnus*, *Saturninus* (133); *Livens*, *Lividus* (171*): 
 = *Candidus*, *Candidatus* (61); *Facundus*, *Facundia*; *Fecundus*, *Fecundia* (122), cet. His etiam adscribenda sunt permulta populorum nomina, ut  — *Umber*, *Umbria* (139); *Syrus*, *Syria*; *Thrax*, *Thracia* (138), rel.

§. 276. Ad locum, in quo notarum Tironianarum punctum collocatum est, omnino esse attendendum, doctos Benedictinos

non fugit: etenim (in nov. op. dipl. III. 589) observarunt, notam  = UB = *Vobis* (15) pro diversa puncti collocatione diversa exprimere vocabula. Sed causam, quam ignorabant, uberius explicare iis non licuit. Est scilicet haec: Terminatio aut punctum quo loco collocatum erat in singulis notis, quae ad principalem *Vobis* adjiciebantur, eodem loco in hac punctum ut adderetur necesse erat. Quod quo clarius ob oculos ponatur, eandem notam, variis modis mutatam, cum notis in diverso puncti situ latentibus comparabimus:



Nota principalis cum puncto varie disposito ad significandum adjecta vocabula.	*Notae, ex quibus repetenda adjectorum notio.*
 = *Vobis videntibus.*	 = *Videt* (41).
 = *Vobis audientibus.*	 = *Audit* (45).
 = *Vobis praesentibus.*	 = *Praesens* (36).
 = *Vobis absentibus.*	 = *Absens* (36).
 = *Vobis superius.*	 = *Superior* (55).
 = *Vobis inferius* (100).	 = *Inferior* (55).


Simillima sunt exempla notarum ex principali  = PA(*u*)I(*s*) = *Paucis* (74) confectarum:

= *Paucis supra diebus.*	= *Super* (1).
= *Paucis infra diebus.*	= *Infra* (55).
= *Paucis ante diebus.*	= *Ante* (14).
= *Paucis post diebus.*	= *Post* (14).

Utriusque igitur columnae notas invicem qui comparaverit, et unum atque eundem in singulis utrobique situm terminationis literatae vel puncti esse adverterit, diversam compositarum significationem nullo negotio assequetur. Neque explicatu nunc difficilis erit ratio notarum *Paulo ante* et *Paulo post*, quas modo (§. 274) adtulimus; neque ejusdem generis harum: = N(*e*)C. = *Nec multo ante*, = N(*e*)C. = *Nec multo post* (116).

§. 277. Si quis igitur quaerat, cur notae = *Hoc*, *Ullus*, *Nullus*, *Non* (14. 4), puncto subter eas collocato, significent *Hoc modo*, *Ullo modo*, *Nullo modo*, *Non modo* (52); facilis est explicatio ex nota = *Modus* (32), in qua situs puncti accurate respondet loco, quo posita sunt puncta in illis. Similiter cur ex = *Per* (1) fiat = *Per tempus* (32), ex = *Bene* (42) = *Bene meritus* (65), causa ut intelligatur, faciunt notae = *Tempus* (32) et = *Merens* (65), ex quibus non nisi punctum in compositis illis superest.

§. 278. Attamen non est dissimulandum, aliquando etiam rationem situs puncti adeo obscuram esse, ut nullo modo explicari posse videatur: eoque ipso impediuntur multi, quo minus eam in rem diligentius inquirant; quin etiam eo adducuntur, ut arbitrariam esse puncti in notis collocationem temere pronuntient. Difficillime, ut hoc utar exemplo, investigari posse videtur causa, cur  = A, A*m*, V*m*, O, O*s*, I, I*s*, B*us*, O*rum*, A*rum*, puncto sequente,  significent *Ment*A, *Ment*A*m*, *Ment*V*m*, *Ment*O, *Ment*O*s*, *Ment*I, *Ment*I*s*, *Menti*B*us*, *Ment*O*rum*, *Ment*A*rum* (25), quorum vocabulorum non nisi exitus comparet, syllaba vero initialis MENT in puncto apposito latet. Sed ne in his etiam notis locum puncti arbitrarium esse credamus, facit nota  = *men* (25).  enim significat *me* (1.28): qua eadem nota, puncto, tamquam generali literae omissae signo, ad latus infra addito, notatur *men*. Hujus igitur puncti situs quum unus idemque sit atque situs punctorum in superioribus notis, jure inde colligimus, in hisce etiam sola puncti statione eandem syllabam significari; idque extra omnem dubitationis aleam ponunt notae  = *Tamen*, *Veruntamen* (2), *Limen*, *Sublimen* (98).

§. 279. Diversam prorsus notionem exsistere prout puncti situs mutetur, demonstrant notae 

 *RiA, RiAm, RiVm, RiO, RiOs, RiI, RiIs, RiVs,*
 *BundA, BundI, BundVm, BundVs* (25), cet. Quantumvis autem operae ad perspiciendam atque explicandam causam puncti diverso modo in hisce notis collocati contulerim; aquam tamen mihi haerere, ingenue fateor. Neque enim is sum, qui omnium, quae a veteribus instituta sunt, rationes reddere mihi sumam. Causam vero, quamvis occultam, subesse, ex superioribus exemplis conjicere licet; neque despero, fore aliquem aliquando, qui qualemcunque meum laborem in suum usum convertens, reliqua, quae ego quidem explicare nequeo, majori judicii acumine persequatur et perficiat.

§. 280. Quanti igitur intersit tachygraphorum, puncti stationem sancte servare, vel ex eo patet, quod, quum duae notae jungendae sunt, alteriusque punctum ab altera absorbetur, haec ipsum absumti puncti locum occupare debet. Exemplum habes in nota ◁— = *Tempus antiquum* (10), quae ex duabus ·— = *Tempus* (32) et ◁ = *Antiquus* (9) componitur. Atque eo impensior cura habenda est, ut justa puncti statio servetur, quo majus discrimen est notionum, ubi punctum ex loco suo movetur. Exempli gratia quum nota ·— significetur nomen *Tempus*, nota vero —· verbum *Est;* aliud profecto ageret, qui, *Tempus antiquum* notare volens, sedem horum vocabulorum mutaret. Loci,

quem punctum in simplicibus tenuerat, in compositis servati exempla sunt:

 — *Homo* (10),	 — *Homo antiquus* (10).
 — *Hodie* (74),	 — *Hodierna die* (74).
 — *Heri* (74),	 — *Hesterna die* (74).
 — *Gloriosus* (115. c),	 — *Gloriosus homo* (115. c).
 — *Post* (14),	 — *Post mortem* (100).
	 — *Post obitum* (100).
	 — *Post diem* (74).
	 — *Postquam* (14*).
 — *Ante* (14),	 — *Ante obitum* (100).
	 — *Ante omnia* (14).

§. 281. Augmentum quoque notarum derivatarum plerumque occupat locum, quem punctum occupaverat in primitivis. Compares velim

 — *Ante* (14),	 — *Antea* (14).
 — *Absens* (36),	 — *Absentia* (36).
 — *Civis* (41),	 — *Civitas* (41).
	 — *Civilis* (41).

 — *Acervus* (148),  — *Coacervat*. (148).

 — *Nomen* (35),  — *Nominatim* (35).

 — *Adulter* (132),  — *Adulterium* (132), cet.

§. 282. In flectendis nominibus, quorum notae punctum habent, ejus sedem occupant terminationes, ut in his:

 — *Ager* (61),  — *Agros* (Carp. 26. v. 12).

 — *Avus* (55),  — *Avi* (Carp. 32. v. 14).

 — *Abbas* (91),  — *Abbatibus* (Carp. 23. v. 10).

 — *Dominus* (78),  — *Dominum* (Carp. 34. v. 22).

Similiter in verborum personis et temporibus mutandis:

 — *Loquitur* (42),  — *Loqueris* (Carp. V).

 — *Persequitur* (50),  — *Persequimini* (Carp. VI).

 — *Adipiscitur* (122).  — *Adipisci* (Carp. VI).

Id autem in collocanda terminatione praesertim intercedit discrimen inter nominum flexionem ac derivationem, quod in illa locus puncti vel terminationis primitivae religiose semper servatur, in hac saepe mutatur. Fac flectendum esse  — *Ordo* (74). Gignendi casus, adjecta terminatione  — *nis* (28), erit  — *Ordinis*, atque haec terminatio in ipsa puncti sede collocari

debet. Diversa prorsus ratione ab eadem nota derivantur  — *Ordinarium* (74*), et  — *Ordinat* (74).

§. 283. Quum igitur puncti in notis Tironianis tam frequens usus, tantaque vis et potestas sit, non miramur, priscos scriptores id saepius adtingere; et nunc demum intelligimus versus Ausonii

> Punctis *peracta singulis*
> *Ut una vox absolvitur.*

Ac Prudentii:

> *Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus,*
> *Raptimque* Punctis *dicta praepetibus sequi.*
> — — *Pangere* Puncta *libet, sulcisque intexere sulcos,*
> *Flexas catenis impedire virgulas.*

Praecipue huc pertinet locus Basilii Magni, qui in epistola ad notarium (T. 3. ed. Venet. 1750. epist. 333), Οἱ *λόγοι*, inquit, *τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι, διὰ τούτου σημείων χρήζουσιν, ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων. σὺ οὖν, ὦ παῖ, τὰ χαράγματα τέλεια ποίει, καὶ τοὺς τόπους ἀκολούθως κατάστιζε· ἐν γὰρ μικρῷ πλάνῃ πολὺς ἡμάρτηται λόγος·* cet. i. e. „Verba naturam volatilem habent. Hinc notis utuntur, ut scri„ptor illa praetervolantia velocissime excipiat. Fac ergo, o puer, „characteres perfectos, et notas *punctis* accurate distingue. *Parvo* „*enim errore longa vitiatur oratio.*"

§. 284. De puncto jam satis dixisse mihi videor. Restat, ut ea etiam signa compendiaria persequar, quae literis primitus constiterunt, quorumque statio in notis itidem est notabilis. Rarissime enim terminationis collocatio in una eademque nota, quum pluries scribitur, variat: quod, ubi aliquando fit, vel ex negligentia notariorum fieri censemus, vel ex eorum fiducia, similem, quae confundi possit, notam non reperiri. Etenim constantissima lex est, stationem terminationum in notis sancte servandam, ac ne minimum quidem mutandam esse.

§. 285. Primum igitur monemus, in sola terminationis statione eam saepe vim inesse, ut praeter literas, quae in nota cernuntur, etiam X aut L ea significetur. Quibus duobus characteribus scribendis quum nonnumquam supersedeant tachygraphi, brevitatis studiosi, terminationis situ eos denotant, terminationem scilicet ita pingentes, ut notam principalem interscindat. Literae quidem X natura ex ejusmodi formis haud difficilis est intellectu, quippe quae duabus lineis sese intersecantibus constat. Quum igitur e. c.  est UI, eique addi debet X, una tantum linea notam intersecante opus est, qua adhibita  = UXI — *Vix* (§. 142) formatur. Ut tamen hanc etiam lineam exprimere supersedeant tachygraphi, ejus loco terminatione utuntur, qua notam interscindunt. E. c.  est N(*i*)S*us;* cujus terminatio 9 — *us* si notam intersecat, ut fiat , litera X eo ipso additur, notaque legenda est N(*ix*)S*us* (122). Eadem ratione ex  — U*or*

quum illa litera terminatione dissecatur, fit — U(*x*)*or* (92), atque ex — U(*v*)*it* — *Vivit*, — U(*vx*)*it* — *Vixit* (53): similiter ex

— *ta* (29) et — *at* (§. 300), — T(*ax*)*at* (135).
— *la* (27) et — *an* (§. 268), — L(*a*)A(*nx*) — *Lanx* (157).
— BV (26) et — *us* (§. 260), — BV(*x*)*us* (170).
— RI (28) et — *a* (26), — RI(*x*)*a* (150).
— IV (27) et — *ta* (29), — IV(*x*)*ta* (109).
— A (26) et — *is* (47), — A(*x*)*is* (162).

§. 286. Litera L eodem modo ut repraesentari possit, facit angulus, qui principalis et propria ejus formae pars est. Hunc enim jam exstare arbitrati sunt tachygraphi, si terminatio notam principalem interscindit, illumque igitur seorsum pingere saepius commode supersederunt. Quod, quo melius intelligatur, exemplis illustramus:

— A (26) — P(*es*) (28), — A(*l*)P(*es* (144).
— FI (27) — V(*m*) (§. 262), — FI(*l*)V(*m*) (158).
— P(*i*) (28) — A(*l*) (§. 300), — P(*li*)*at*=*Plicat* (124)
— DE (1) — (*e*)T (§. 265), — DE(*l*)*et* (111).
— AG — (*e*)T (§. 265), — A(*l*)G*et* (151).




Eandem literam L significari voluerunt, quum notae principali terminationem adnecterent: unde fieri videmus ex = PA-L*um* = *Paulum*, = PV(*ml*)AL = *Paululum.*


§. 287. Tantam autem vim in notis habet certa terminationis sedes, ut ea sola, nec notis ipsis nec terminationibus mutatis, plura notentur ac distinguantur vocabula. Sic solis praepositionibus I = *in, ex, sub,* cum terminatione = *It,* pro diverso hujus situ diversa haec denotantur verba, verborumque tempora:

= *Incipit* (17). = *Excipit* (17). = *Suscipit* (17).
= *Init* (20). = *Exit* (20). = *Subit* (21).
= *Incedit* (17). = *Excedit* (17). = *Succedit* (17.c).
= *Incepit* (17). = *Excepit* (17). = *Sumit* (54).
= *Incessit* (17). = *Excessit* (17). = *Suscepit* (17).


§. 288. Accidit nonnumquam, ut in componendis duobus vocabulis alterum terminationis, quae omittitur, loco sit et habeatur. Quod quando fit, eundem plane locum occupet necesse est. Ponamus vocabulum *Pars* = (51) conjungendum esse cum epitheto = *Major,* aut = *Minor* (47), *Pars*que *major,* sive *minor* scribendum: tunc nota contracta, quae *Pars* significat, eundem occupare locum debet, quem in notis *Major, Minor,* antea obtinuerat terminatio = OR; ut igitur

fiat  — *Major pars*,  — *Minor pars* (51), semperque relinquatur simplicium notarum vestigium.


§. 289. Quemadmodum solo puncti (§. 275), sic etiam solo terminationis literatae motu, principalibus quidem notis manentibus, derivata designantur vocabula; id quod probabimus hisce exemplis:    — *Alveum*, *Alveolum* (154. pro Alveus, Alveolus); *Coccum*, *Cocceum* (159); *Cupa*, *Cupula* (156); *Fabula*, *Fabella* (152); *Jocus*, *Jocosus* (123); *Lutum*, *Lutulentum* (156); *Pallium*, *Palliolum* (157. c); *Plumbum*, *Plumbeum* (164); *Scutum*, *Scutrum* (156. pro Scutra); *Speculum*, *Specillum* (52); *Spica*, *Spicula* (157); *Spicum*, *Spiculum* (126); *Virga*, *Virgula* (123); *Vitrum*, *Vitreum* (164).

§. 290. Ista autem stationis mutatio solummodo in *derivandis* nominibus locum habet (§. 275); in *flectendis* minime necessaria est. Exemplo sit nota  — BR*a* — *Barba* (128); cujus casus quum mutatur, servata terminationis, licet variatae, statione, notantur   — *Barbae*, *Barbam*, cet. Quodsi ab eodem hoc substantivo addita terminatione  — *Tus* (§. 259) adjectivum nomen derivatur, terminationis locus mutatur, eaque a tergo ponitur, ut notetur  — *Barbatus* (128). Verborum autem ea


est conditio, ut quamvis praepositionibus augeantur, terminationis tamen statio eadem maneat; e. c.



— *Premit* (39);
— *Aprimit*,
— *Adprimit*,
— *Comprimit*,
— *Deprimit*,
— *Exprimit*,
— *Imprimit*,
— *Obprimit*,
— *Reprimit*,
— *Subprimit*.



— *Mutat* (52);
— *Emutat*,
— *Immutat*,
— *Commutat* (53),
— *Permutat*,
— *Remutat*,
— *Transmutat*.



— *Dicit* (10);
— *Edicit*,
— *Addicit*,
— *Condicit*,
— *Indicit*,
— *Interdicit*,
— *Praedicit*,
— *Maledicit*.

§. 291. In verbis flectendis personae mutatio diversis quidem terminationibus, sed eodem loco positis, notatur, ut   (§. 178), i. e. *Cogo*, *Cogis*, *Cogit*, *Cogimus*, rel. Tempora vero quum mutantur, perfectum plerumque postulat, ut terminatio alium in nota locum occupet. Ex *Cogit* igitur, terminatione retro posita, fit  — *Coegit* (48). Cujus rei innumerabilia sunt exempla (§. 325). At id prorsus singulare videri potest, quod ratio notandi verba in SCO exeuntia plane est diversa,

quum inverso ordine tachygraphi utantur, et e. c. scribant tempus praesens  — *Concupiscit*, praeteritum vero  — *Concupivit* (27), rel. Sed tantum abest, ut haec verba legem modo adlatam infringant, ut eam confirment. In ejusmodi enim verbis praeteritum esse primitivum, praesens vero derivatum, persuasum habebant tachygraphi. Quare quum auctores collectionis, quam Gruterus edidit, in reliquis verbis praesens anteponant, hoc ordine servato: *Scribit*, *Scripsit*; *Dicit*, *Dixit* (10), cet. in illis contra praeteritum anteponunt, e. c. *Innotuit*, *Innotescit* (79); *Concupivit*, *Concupiscit* (72); *Incruduit*, *Incrudescit* (81), cet. Neque id injuria. Etenim inchoativa verba, quae in SCO exeunt, primitivorum praeterita habent, atque eam ob causam in terminationibus ponendis praeterita praesentibus erant praeferenda. Magis etiam confirmant nostram de hac re sententiam eorum verborum notae, quae licet in SCO exeant, primitivis tamen adnumeranda sunt, ideoque ad normam priorem a tachygraphis revocantur, ut e. c. notent  — *Compescit*,  — *Compescuit* (121), quod est a *Compes* (§. 380);  — *Noscit*,  — *Novit*,  — *Adgnoscit*,  — *Adgnovit*;  — *Cognoscit*,  — *Cognovit* (78);  — *Ignoscit*,  — *Ignovit* (79). Verbum enim *Nosco* primitivum est, neque ejus natura mutatur praepositionibus appositis (§. 290).

§. 292. Hanc de statione signorum compendiariorum disputationem antequam dimittamus, corollarii loco addere lubet, quae de operta quadam ac symbolica notatione in illis collocandis observare mihi visus sum (§. 149). Statio enim puncti et terminationis literatae saepe aliquid cognationis cum rebus notatis habere videtur. Ita, quae altiora et excelsiora sunt, terminatione vel puncto supra notam collocato; quae humiliora et jacentia, infra notam posito denotantur. Illorum exempla sunt 

— *Caelum* (112), *Astrum* (104), *Sol* (112), *Luna* (113), *Stella* (177), *Aether*, *Aer*, *Nimbus*, *Nubes*, *Atlas*, *Caligo* (112. c), *Culmen* (160), *Caput* (72. c), *Frons* (128); horum vero 

 = *Aequor* (179), *Aqua*, *Mare* (120), *Stagnum* (183. c), *Fons* (121), *Pelagus* (120. c), *Tellus*, *Terra*, *Humus* (62), *Solum* (63), *Praedium* (62), *Campus*, *Villa*, *Vicus*, *Pagus*, *Colonia* (63), *Cubile* (132), *Pes* (96). Similiter majora aut praestantiora discernuntur a minoribus aut levioribus, exempli gratia

 — *Aurum* (126),  — *Argentum* (126);

 — *Imperator* (64),  — *Inferior* (55);

— *Major* (47), — *Minor* (47).

Inde fortasse et virilis sexus a muliebri, ut

— *Eodem*, — *Eadem* (14);
— *Eorundem*, — *Earundem* (15);
— *Quorum*, — *Quarum* (15);
— *Hunc*, — *Hanc* (14).

Id etiam symboli rationem habere arbitror, quod ea, quae oriuntur, terminatione vel puncto supra posito notantur, ea, quae occidunt, subter collocato; ut

— *Oriens*, — *Occidens* (113);
— *Ortus solis*, — *Occasus solis* (113).

§. 293. Haud scio, an huc quoque referendum sit, quod in notis — *Hodie*, — *Heri*, — *Hodierna die*, — *Hesterna die* (74), tempus praesens puncto et terminatione in fronte literae, praeteritum vero in ejus tergo notatur. In verborum quidem temporibus notandis observavimus, hanc praeteriti rationem fuisse, ut terminatio a tergo notae principalis poneretur. Atque hoc minime eo tantum consilio fieri, ut a praesenti distinguatur, ex permultis secundae conjugationis verbis apparet, quorum terminatio IT in tertia persona praeteriti, licet a praesentis terminatione ET jam satis discernatur, suo tamen loco movetur,

et a tergo reponitur, ut in his: = *Manet*, = *Mansit* (50); = *Jubet*, = *Jussit* (72); = *Torquet*, = *Torsit* (80); = *Sedet*, = *Sedit* (82. 83); = *Fulget*, = *Fulsit* (118*); = *Absorbet*, = *Absorpsit* (167. c). Quid? quod verba, quorum praesens inusitatum est, hanc tamen praeteriti notam propriam sibi vindicant, ut = *Coepit* (145), = *Meminit* (87), = *Odit* (77).

§. 294. Plura operte et symbolice notandi rationis vestigia passim deprehendas. E. g. notas = *Medium*, *Dimidium* (93), *Dividit* (125), terminatio re vera dividit. Fortasse huc etiam pertinent notae = *Longus*, *Longum*, *Longe* (37. Carp. VIII); siquidem ad haec vocabula significanda ex variis literae L figuris (§. 119) longa illa et extensa consulto adhibita esse videtur.

§. 295. Erunt fortasse, quibus minime arrideat opinio, symbolicam, ut vocant, scriptionem una cum literata a tachygraphis usurpatam esse. At non est quod diversorum scribendi generum conjunctio eos moveat. Illis enim temporibus, quibus Tironianas notas in usu fuisse diximus, saepius commixtam esse utramque scriptionem, testes sunt et Gnostici in characteribus, quos

adhibuerunt, et veteres Christiani, qui e. c. piscis imaginem inscriptionibus addiderunt, non tam ipsius nominis ΙΧΘΥΣ significandi causa, quam ut singularum ejus literarum recordarentur, quibus incipiunt verba: Ιησους Χριϛος Θεȣ Υιος Σοτηρ. Ceterum quae hactenus de symbolice notandi ratione in Tironiana scriptione observavimus, si non alius ex iis sit fructus, certe memoriae servient, eorumque ope significationes notarum facilius inhaerebunt animis.

CAPUT DUODECIMUM.

De orthographia.

§. 296. Maximum impedimentum, quo minus facile explicentur scribendi compendia, est in orthographia. Quae quum inconstans atque varia apud veteres esse soleat, magis etiam obscurat ea, quae concise scripta sunt. In ipsis literis vulgaribus, quarum quidem forma per se nihil habet difficultatis, insolita orthographia intellectu reddit difficillima scribendi compendia. Exemplo sint, quae in Romanorum inscriptionibus passim leguntur AT. M. = *Ad milliaria,* COER. = *Curavit,* EGM. — *Ejusmodi,* IOVR. DEIC. = *Juri dicundo,* KN. B. = *Carissima nobis vale,* N. B. = *Numeravit vivus,* E. = *Aestimavit,* EID. = *Idus,* B. = *Vixit,* H. = *Abesto* (Sert. Ursat. 535. 669. 684. 691. 784. 794. 875. 544. 1043. 567. 745. Nicolai de sigl. 70); cet. Sed multo etiam

difficiliores sunt eandem ob causam plures ex notis Tironianis. In quibus explicandis quo melius intelligamur, hunc sequamur ordinem:

Orthographiae in notis Tironianis

- investigandae utilitas ostenditur §. 297. 298.
- exponuntur capita:
  - scriptio ipsa
    - generatim
      - ejus natura et indoles
        - ex antiquitate. §. 299. 300.
        - ex etymologiae ratione. §. 301 - 306.
      - ejus vitia
        - ex pronuntiatione. §. 307 - 311.
        - ex inconstanti ratione notandi. §. 312.
    - nominatim numerorum. §. 313 - 314.
  - interpunctio. §. 315—322.

§. 297. Obsoletae igitur illi orthographiae maxime imputandum esse arbitramur, quod parum adhuc successit notarum Tironianarum analysis. Neque enim Gruterum, neque Carpentierum, neque auctores collectionis notarum ipsos veram, quae in eis latet, scribendi rationem perspexisse, nos quidem, examinatis eorum conatibus, facile intelleximus. Horum interpretum ductu qui par-

tes, quibus notae constant, cognoscere instituunt, periculum est, ne in multos gravesque errores inducantur. Literas enim in pluribus notis inesse putabunt, quae in iis minime insunt; easque rursus non animadvertent, quas notae re vera habent.

§. 298. Hanc vero nostram sententiam ut exemplis confirmemus, nonnullas ex Carpentieri libro notas, quas in prima pagina initialibus literis A, C et H subjecit, proponimus, addita vera earundem lectione:

Carpentieri lectio.		*Explicatio nostra.*		
	*Aeternae.*	(*e*)T*e*	—	*Eterne.*
	*Conpunctio.*	C(*onp*)G*tio.*	—	*Conpungtio.*
	*Calore.*	K(*a*)L*ore*	—	*Kalore.*
	*Charta.*	*XRta*	—	*χarta.*
	*Choris.*	*Xis*	—	*χoris.*
	*Culmen.*	QL.	—	*Qulmen.*
	*Culpis.*	QL*is*	—	*Qulpis.*
	*Curte.*	QR*te*	—	*Qurte.*
	*Canibus.*	K(*a*)N*bus*	—	*Kanibus.*
	*Caro.*	K(*a*)R.	—	*Karo.*

	*Caroli.*	K(*a*)R*li*	—	*Karoli.*
	*Humerus.*	UM(*e*)	—	*Umerus.*

Eodem modo Carpentierus ceteras etiam notas ad sententiam tantum accepit, minime vero ad literas, quibus constant, revocavit. Similis est in Gruteriana collectione notarum interpretatio, quod hisce probamus exemplis:

	Notarum lectio a Grutero vulgata.	*Vera earum enodatio.*		
	*Unquam* (5).	V(*m*)A(*m*)	—	*Umquam.*
	*Capit* (16).	K(*a*)P*it*	—	*Kapit.*
	*Captus* (17).	K(*a*)P.	—	*Kaptus.*
	*Captivus* (17).	K(*a*)P.	—	*Kaptivus.*
	*Capax* (17).	K(*a*)XP	—	*Kapax.*
	*Ediditius* (20).	ЄC*us*	—	*Editicius.*
	*Dedititius* (20).	DЄC*us*	—	*Dediticius.*
	*Incrementum* (21).	I*n*CR(*i*)*mentum* (§. 310).		
	*Sentit* (34).	S(*en*)S*it*	—	*Sensit.*
	*Solatium* (35).	S(*ol*)C*um*	—	*Solacium.*
	*Adfiat* (36).	A(*d*)F*it*	—	*Adficit.*

Ampulat (39).	A(*p*)P*lat*	—	*Appulat.*
Magnanimus (41).	M(*a*)*is*	—	*Magnanimis.*
Colligit (42).	C(*on*)L*it*	—	*Conligit*

cet. Sed his diutius non immoremur. Plura qui desiderant, lexicon nostrum cum collectione ista comparent.

§. 299. Orthographiae in notis Tironianis naturam et indolem ut clarius perspiciamus, consideranda nobis sunt et antiquitatis in ea vestigia, et etymologiae ratio (§. 301 seq.). Plurimum inde proficiet notarum studium. Innumerae enim in iis sunt, quae non nisi orthographiae antiquioris ope explicari possint. , ut hac utar, significat *Laterna* (165). Quum autem literae L Tironianae alia sit forma, anguli illius obtusi causam numquàm assequemur, si cum Cicerone legimus *Laterna;* utique vero, si cum Plauto *Lanterna.* Latet enim in hac litera simul = AN (§. 268), cujus pars superior ab L absorbetur. Ita nota non *Pileus*, sed, ut Plautus habet, *Pileum* (161*) legenda est. Ita *Sinapis*, qui apud Plautum casus nominandi est, notatur (150*); non, ut Plinius habet, *Sinapi.* Neque notarum *Ebur*, *Eburneus* (169. c) ratio reddi potest, si Ciceronianam sequimur orthographiam; imo vero, si antiquiorem, quae *Ebor, Eborneus,* tuetur (Dausquii orthogr. II. 116). Ita enim notatur etiam = MF(*e*)*or* = *Femor* (129) pro *Femur:* cui simile est, quod liber Cassellanus habet = *Murmor* (155. c)

pro *Murmur*. Neque fere quisquam notae = *Saccus* (159) terminationem explicare poterit, nisi, ut in Pandectis est, *Saccum* legerit. Notae quoque = *Belat*, i. e. *Balat* (154), prima vocalis inter B et L minime est A sed — = E; ut igitur Varronem tachygraphus sequatur, qui (de R. R. II. 1. 7) *Belare* scribit. Ita nota = IN. significat *Itiner* (63), ut apud Plautum et Varronem legitur. Notam = *Aequiparat* (76) ut intelligas, scito, fieri eam ex = *Aequum* (2); hanc autem confusam esse ex b = A et = *Cum*, ut C scriptum sit pro Q. Nota = *Sacer* (91) literis constat S et K, ut legas *Saker*. Latonae nomen notatur = L(*e*)*a* (133). Pronunciatum igitur olim fuit *Letona*, quod propius accedit ad Λητώ.

§. 300. Erunt fortasse qui causam vix intelligant, cur una eademque nota / modo AD modo AT significet; quandoquidem verba omnia, quae cum praepositione AD composita sunt, ab ea nota incipiunt, atque etiam tertia persona singularis numeri primae conjugationis ita notatur, = *Amat*, *Dat*, *Damnat* (60. 19. 67), item tertia persona singularis numeri conjunctivi modi reliquarum conjugationum. Sed, ut taceamus dubiam ejus originem (quum ex orta esse possit, si significat AD; ex vero, si valet AT), neminem antiquioris scribendi rationis peritum fugit, priscos syllabas AD et AT saepe permutasse, ut modo scriberent ATFINES (Gruter 356. I), AT. M. = *Ad miliaria* (Sert. Urs. 561), ATLECTVS, AT MVNERA,




AT REMPVBLICAM (Agostini dial. 247), AT *aspritudines* (Sax. medic. ocul. 10), AT *pueritiam* (Murat. antiqu. Ital. V. 54); modo AD, pro conjunctione (Cellar. orth. II. 217), et ADQVE (§. 129 et Gruter. 337. Sert. Urs. 535). Quid? quod differentiam a quibusdam servatam, ut AD, quum esset praepositio, D literam, quum autem conjunctio, T acciperet, ineptiis adnumerat Quintilianus (inst. orat. I. 7. T. I. p. 56. ed. Bip.).

§. 301. Etymologiae magis, quam euphoniae, in scribendo rationem habuisse priscos, nemo est qui ignoret. In notis autem Tironianis accessit et alia causa, cur hanc rationem sequerentur notarii. Totius enim scriptionis quasi structura poscebat, ut notae principes, sive radices, quoad ejus fieri posset, integrae servarentur, praepositionibus et terminationibus tantum variatis. Quod, quum deprehendatur potissimum in vocabulis

mutandis		flectendis	
compositis §. 302. 303.	derivatis §. 304.	verbis §. 305.	nominibus. §. 306.

de singulis his nunc disseramus.

§. 302. In vocabulis compositis politioris linguae Latinae scriptores saepius mutarunt non modo praepositionum literam finalem (§. 303), verum etiam vocabulum simplex ipsum. Ita in vocabulis cum verbo *Ago*, ut hoc utar, compositis literam A in I

mutarunt, et *Exigit*, *Redigit*, *Subigit*, *Transigit*, *Abigit*, *Adigit* scripserunt. Minime vero tachygraphi Tironiani, qui initialem literam verbi simplicis in compositis etiam incolumem servant, notantque ex verbo  — *Ait* — *Agit* (48),   — *Exagit*, *Redagit*, *Subagit*, *Transagit*, *Abagit*, *Adagit* (prona enim literae  figura  praeter A etiam  — *Ad* comprehendit, sicut supina  simul  — *Ab*). Permulta hujus scribendi rationis exempla sunt in notis Tironianis. Ita fieri videmus ex verbo *Damnat*,  — *Condamnat* (67), pro *Condemnat*; ex nomine *Damnum*,  — *Indamnis* (67), pro *Indemnis*. Neque dissimilis est ratio notarum   — *Dimedium* (93), pro *Dimidium*; *Adgeluat* (178), pro *Adgelat*; *Clamdestinus* (109. c), pro *Clandestinus*; *Sexdecim* (101. c), pro *Sedecim*; *Quadrincenti* (101), pro *Quadringenti*; *Inarmis* (153), pro *Inermis* (siquidem haec nota profecta est ab  — *Arma* (75), praemisso I jacenti, ut significet praepositionem *In*).

§. 303. Praefixas olim fuisse verbis compositis praepositiones, finali earum litera non mutata, ante nos alii jam observarunt (Spanhemius de usu et praest. num. I. 129. Cellar. orthogr. 83. 159. 161. 211. Chron. Gottw. I. 27). Cacophoniam, quae inde nascitur, in notis quoque Tironianis animadvertimus, ut in  — A(*d*)BL*is* — *Adfabilis* (136),  — A(*d*)C*at* — *Adcelerat*

(93), — A(*d*)C(*r*)*it* — *Adcrescit* (21), — A(*d*)TF. — *Adfatur* (133. c), — A(*d*)F(*r*). — *Adfer* (36), — A(*d*)-F*at* — *Adfirmat* (57), — A(*d*)F*it* — *Adfligit* (112), — A(*d*)D*itur* — *Adgreditur* (73); innumerisque aliis, in quibus inprimis aures offendunt vocabula cum praepositione *Con* composita, ut — C(*on*)L — *Conlega* (59), — C(*on*)-L*ium* — *Conloquium* (43), — C(*on*)L*to* — *Conmilito* (75. c), — C(*on*)R(*i*)*it* — *Conrigit* (83), — C(*on*)R(*u*)*it* (123), cet. licet recentiores etiam auctores sint, qui hanc orthographiae rationem sectentur (Scheller praecepta stili Lat. Lips. 1784. I. 32. 33).

§. 304. Saepe etiam curae fuit tachygraphis, ut notam principem conservarent, quum ex ea aliae essent derivandae. Ita ex

primitivis notabant *derivata*

— DO(*s*) (27. 96) — DO(*sl*)*is* — *Dostalis*,

— USL — *Vilis* (66) — USL*tas* — *Vilistas*,

— C(*oni*)G*it* — *Conjungit* (108. c) — C(*on*)X(*i*)G — *Conjungx* (92),

— LX — *Lex* (46. c) — LX*or* — *Lexislator*,

— R(*e*)X (46) — R(*ex*)*ius* — *Rexius*,

— R(*ex*)*um* — *Rexnum*,

— R(*ex*)*na* — *Rexina*,

— FG*it* — *Figit* (109) — FG*e* — *Figtile*,

— TG*it* — *Tegit* (130) — TGL*e* — *Teglile*,

— S(*d*)C*it* — *Scindit* (134) — S(*d*)C*a* — *Scindsura*,

— PSD*et* — *Possidet* (62) — PSD*or* — *Possedor*,

— T(*a*)X. — *Thrax* (138) — T(*a*)X. — *Thraxia*,

pro *Dotalis*, *Vilitas*, *Conjux*, *Legislator*, *Regius*, *Regnum*, *Regina*, *Fictile*, *Tectile*, *Scissura*, *Possessor*, *Thracia*. Eadem de causa ex nomine — UO(*x*) (33) literam X in verbo quoque retineri, mihi persuasum est, ut explicandae sint notae — U(*x*)*at* — *Voxat*, — E(*v*)X*at* — *Evoxat*, cet. (33), pro *Vocat*, *Evocat*. Quibus ridicula fortasse haec videantur, ii egregiam adeant inscriptionem (Gruter. corp. inscr. ed. Amstelod. p. 72. n. 4. Graev. thes. ant. R. X. 780. Boissard ant. seu inscr. Rom. VI. Fig. 114. Antiquitat. explic. Tab. 33. ad p. 121), in qua vel vulgaribus literis scriptum exstat EVOX*atus* AVG*usti*, quem esse scalptoris errorem, ut alii opinantur (Graev. l. c), equidem minime concedo.

§. 305. In flectendis verbis fieri videmus ex *Torqueo* praeteritum — QT*it* — *Torquit*, et supinum — QT*um* — *Torquitum* (80); ex *Augeo* praeteritum — AG(*x*)*it* — *Augxit* (94); ex *Figo*, — FG(*x*)*it* — *Figxit* (109); ex *Fingo*,

— FG(*x*)*it* — *Fingxit* (108); ex *Plango*, — P(*l*)G*it* — *Plangxit* (172); ex *Ungo* sive *Unguo*, *Mergo*, *Sperno*, praeterita — U(*n*)G*it* (130), M(*e*)G*it* — *Mergit* (119), S(*p*)N*it* — *Spernit* (145), quin etiam — S(*p*)N*tus* — *Spernitus* (145); ex *Sterno*, — S(*t*)NV*m* — *Sternitum* (90); ex *Traho*, — TH*um* — *Trahitum*; ex *Scindo*, — S(*d*)-C*um* — *Scindsum* (134); ex *Frango*, — FG*um* — *Frangtum* (132); ex *Nubeo*, — N(*u*)B*it* — *Nubsit*, N(*u*) B*ta*, N(*u*)B*iae* — *Nubtiae* (131).

§. 306. Simili ratione usi sunt tachygraphi in nominibus flectendis, ut

ex primo casu	notarent ceteros:
— A(*v*)I(*s*)	— AVI(*s*)*bus* (171. c),
— OS (96)	— OS*re* (Carp. II),
— R(*e*)X (§. 63)	— R(*e*)*xis* (Mabill. 457),
	— R(*ex*)*e* (§. 391. 394),
	— R(*ex*)*es* (Mabill. 457),
	— R(*ex*)*um* (Carp. 18. v. 29),
— LX — *Lex* (46. c)	— L(*x*)*is* — *Lexis* (Carp. 10. §. xx),
	— L(*x*)*em* — *Lexem* (Id. 61 f.),

 — CXO — *Codex*  — CO(*x*)*es* — *Codixes* (154),
 — PXA — *Pax* (72)  — PA(*x*)*em* (Carp. 5. v. 6),
 — AP(*x*) — *Apex*  — AP(*x*)*es* — *Apixes* (176),
 — UI(*s*) (34)  — UI(*s*)*es* — *Visres* (Carp. 22. v. 31);
pro *Avibus*, *Ore*, *Regis*, *Rege*, *Reges*, *Regum*, *Legis*, *Legem*, *Codices*, *Pacem*, *Apices*, *Vires*. Inde reperies etiam  — CV(*x*)*is* — *Cruxis* (Carp. I. et 12),  — P(*o*)X*i* — *Phoenixi* (143), pro *Crucis*, *Phoenices*. Neque tamen est dissimulandum, harum notarum plures ab inscitia notariorum profectas esse, qui terminationem primi casus notae inesse (§. 179. 181) ignorarent.

§. 307. Sunt praeterea in notis Tironianis, quae, quum a vulgari genere scribendi recedunt, antiquitatis atque etymologiae studio vix tribui possint, sed ex tachygraphorum incuria atque inconstantia in notando emanarint. Neque id mirum. Notarii enim librariique veteres indoctum plerumque vulgus fuerunt. Illos *vilissima mancipia* appellat Seneca (§. 6); horum vero opera reprehendit Cicero (ad Quinct. fratr. L. III. Ep. 5) hisce verbis: *De Latinis* (libris) *quo me vertam nescio, ita mendose scribuntur et veneunt.* Quatumvis autem docti fuissent tachygraphi, fieri tamen vix potuisset, ut sine mendis notarent. Ad orthographiae enim legem qui vult scribere, studiose animum attendat necesse est ad vim et potestatem atque etiam originem vocabulorum.

Jam vero tachygraphi cellerrime excipere debebant dictata, nullumque meditandi tempus habebant: quare auribus potius, quam mente, captabant sermonem. Accessit ad augendam rei difficultatem ipsa dictantium incuria, qui verba, quae aliter pronuntiabantur, quam scribebantur, non integra, sed correpta efferre solebant.

§. 308. Ista melioris pronuntiationis neglectio per omnes fere aetates reperitur. Ita apud Plautum (Truc. III. II. 20. 23), qui personas loquentes fecit non ex politioris orationis ratione, sed ex vulgari et quotidiano loquendi usu, dicitur *Rabo*, pro *Arrabo; Conia*, pro *Ciconia.* Verum etiam aurea linguae Latinae aetate non modo dictum licentius, sed etiam scriptum videas *Capsis*, pro *Cape si vis* (Cic. orat. 154); *Percepset*, pro *Percepisset* (de offic. III. 98); *Recepso*, pro *Recepero* (Catull. XLII. 19), cet. In lapidum denique titulis satis frequentes sunt ejusmodi correptae dictiones. Inscriptionum fere omnium antiquissima, quae a promontorio Sigeo nomen accepit, in versu tertio habet ΚΑΓΟ, pro *καὶ ἐγώ*; in versu quarto, ΚΑΠΙΣΤΑΤΟΝ, pro *καὶ ἐπίςατον*; in versu nono et decimo, ΜΕΠΟΕΙΣΕΝ, pro *με ἐποίησεν* (Chishulli inscr. Sigea. Lugd. Bat. 1727. p. 33. 40). Magis etiam abundant exemplis Latinae inscriptiones, in quibus vel unum verbum *Quiescere* pro varia pronuntiatione scriptum reperias modo *Cesquet*, pro *Quiescit* (Inscr. ant. basilic. S. Pauli p. XII. 160. Vignoli inscr. vet. 333), et *Marcella cesquat im pacem*, pro *Marcella quiescat in pace* (Lupi epitaph. Severae. 126); modo *Cequenti*,

pro *quiescenti* (Montfauc. diar. Ital. 162); modo *Benequenti*, pro *Bene quiescenti;* modo *Quesquet*, *Quesquas*, pro *Quiescit*, *Quiescas*, et *Benequescenti*, *Benequesquenti*, *Benecesquenti* pro *Benequiescenti*, cet. (Oliverii marm. Pisaur. 199. 200).

309. Atque ex illa pronuntiandi negligentia multae in scriptionem Tironianam irrepsere notae, quas qui ad hanc causam non attenderit, nemo unquam explanare poterit. Exemplo sint notae  = GM. = *Gimurus*, pro *Aegimurus;*  = G. A(*s*), pro *Aegias;*  = GP. = *Gippa*, pro *Aegippa* (138. c). Quumque Ennius *Sas*, pro *Suas; Sos*, pro *Suos* (Gothofr. 425. 442) scripserit; notae  et  (12), si literas tantum, quae vere in eis exstant, legimus, easdem syllabas *Sas, Sos*, produnt. Quibus perpensis, equidem nondum certum habeo, multaene notae Tironianae, e. c.  = P(*u*)M*mentum* (120),  = S(*e*)-N*or* (89),  = M(*e*)SE(*s*) (103), cet. sint ex genere correptae scriptionis, an potius concisae dictionis; ut ex usu loquendi populari forte pronuntiatum fuerit *Pummentum*, pro *Purgamentum; Senor*, pro *Senior; Meses*, pro *Menses*. Quid? quod in lapidum titulis, qui vulgaribus literis scripti sunt, legimus MESES (Reines. Cl. xx. n. 118. p. 926. n. 446. p. 1003), MESSES (Gruter 926. 13), MES. (Gorii mon. libert. Liviae Aug. p. 190. n. 197. Mureti commentar. in Taciti annal. III. 6. T. IV. p. 106. ed. Ruhnk.).



§. 310. Significationes notarum, in libro Cassellano vulgaribus literis adscriptae, hanc confirmant conjecturam. Notam  cujus prima litera inclinata  syllabam LE significat (§. 119), collectio quidem a Grutero edita interpretatur *Lyra* (172); in libro autem Cassellano explicatur *Lera*, pro *Lyra*. Dictiones *Post obitum*, *Ante obitum*, notis   (100), id est, P*ost* OP, *Ante* OP, denotantur. Quae quidem scribendi ratio licet apud Gruterum sit neglecta, in libro Cassellano servatur, vulgaribusque literis notae adjicitur *Post opidum*, cet. Nota  (154) notatur verbum *Tondit*, pro *Tondet*, quod etiam apud Gruterum illi sic adscribitur. Quum autem  sit TV (29), vera notae lectio est *Tundit*, pro *Tondet*: ipsum enim verbum *Tundit*  (130) notatur. Libri igitur Cassellani auctor vulgaribus quoque literis notam illam exponit TVNDIT. Nota , quae apud Gruterum (145) explicatur *Vendit*, literam I loco E continet; unde et Cassellanus liber eam interpretatur *Vindit*, pro *Vendit*. Nota, qua vocabulum *Incrementum* notatur, apud Gruterum quidem (21) male delineata, sed a nobis ex primis exemplis restituta  vix explicari posset, nisi in libro Cassellano legeretur *Incrimentum*, pro *Incrementum*: quae enim literam C in nota sequitur syllaba, est  = RI (23). Nota  = *Enormis* (110) haud dubie ab I incipit, non ab E: atque in libro Cassellano recte explicatur *Innormis*, pro *Enormis*.

§. 311. Ex eadem singulari vocabulorum pronuntiatione evenit, ut singulae quoque literae passim permutarentur: quod quidem notis Tironianis cum scriptura vulgari commune fuisse, exempla docent quae sequuntur.

A. Quemadmodum in pronuntiando, ita etiam in scribendo saepe confunduntur A et O (Cellar. orthogr. I. 20). Quo factum est, ut perverse notarentur verba *Manet* et *Monet* notis  = M(*o*)*et* (50), et  = M(*a*)*et* (88). Ex notis    = *Ardet*, *Arescit*, *Ardescit* (125), literas, quibus constant, vix erues, nisi memineris, V interdum adhiberi pro A (Cellar. 20. 30), ideoque scriptum in his notis esse *Vrdet*, *Vrescit*, *Vrdescit;* ut fortasse singularis etymologiae ratio habita sit, atque ex  = V*rit* (165) notae illae ductae sint. E simplex pro diphthongo AE saepius usurpatum esse, antiquae declarant inscriptiones (Scaligeri ind. grammat. ad Grut. Lit. E. Cellar. orthogr. II. 24). Idem animadvertimus in notis Tironianis, tam in principio vocabulorum, ut e. c. scriberetur  = E*vum* (122),  = (*e*)T*e* = *Eterne*, pro *Aevum*, *Aeternae* (Carp. 17. v. 2); quam in mediis vocabulis, ut  = CE, pro *Caecus* (76), atque in fine, ut  = TSL*e*, pro *Tessellae* (147),  = I*e*, pro *Insidiae* (49),  = Dє(*l*)C(*i*)*e*, pro *Deliciae* (152), cet. Ex frequenti etiam permutatione diphthongorum AE et OE (Cellar. II. 274) nota illustratur  = C(*o*)M*mentum* = *Coementum*, pro *Caementum* (84*). Quum tandem diphthongus AV

et litera O saepe inter se permutarentur; in Tironianis quoque notis videmus = ALV*a* = *Aula*, pro *Olla* (168), = C(*o*)C*um* = *Costicum*, pro *Causticum* (165), = CO(*t*)-*tio*, pro *Cautio* (71), et tam = P(*al*)R*um* = *Plaustrum* (172. 181), quam = P(*ol*)R*um* = *Plostrum* (181).

C. Saepius permutatas esse C et G literas, inter omnes constat (Cellar. I. 53. II. 147). Hinc nota = G(*a*)L*atur* explicanda est *Cavillatur* (115). Atque, ubi nunc CH scribimus, ibi priscos saepius litera G, aut C simplici, usos esse, antiquissimi docent libri, ut breviarium Alarici (§. 369), quod *Moegam*, *Cleargo*, *Eutyciano*, habet, pro *Moecham*, *Clearcho*, *Eutychiano*, cet. (Ritter in praef. ad cod. Theodos. p. 5). Idem etiam animadvertitur in notis = SG = *Schola* (163), = DR-G*um* = *Dyrrachium* (170), = OR(*l*)G*um* = *Olochrysum* (163*), = AG*es* = *Achates* (162), = SG*or* = *Secutor* (153), = LG. = *Lacunar* (163). Ex aspera, opinor, Francorum pronuntiatione, qui e. g. nomen *Hludouuicus*, quod olim fuit *Chlodoveus*, pronuntiabant *Chludovicus*, evenit, ut litera H pro CH et C in notis Tironianis usurparetur. Ita quod notabatur (187) = GH. = *Grahus*, (148) = GH*it* = *Gihnit*, (162) = TH*um* = *Tihnum*, (163) = SHR*um* = *Shrinium*, pronuntiabant *Grachus*, *Gichnit*, *Tichnum*, *Schrinium*, pro *Gracchus*, *Gignit*, *Tignum*, *Scrinium*. Quo etiam factum est, ut regum Francorum cancellarii in nominibus propriis,

in quibus est CH, nudum notarent H, ut  — *uuiHbaldus* (§. 391. 394),  — *riHhardus* (§. 418), pro *Vuichbaldus*, *Richhardus*. Neque desunt exempla, quae doceant, X pro C adhibitum esse, ut scriberetur tum vulgaribus literis *Luxillio*, *Heraxlione* (Gruter 433. 1. 1126. 1. Cellar. II. 79); tum Tironianis  — AXL — *Alaxer*, pro *Alacer* (90). Saepius Q substitutum est in locum literae C, ut videre licet in *Quojus*, *Qurtius*, *Qurpus* (Reines. inscr. app. 47. p. 1031. Cl. I. n. 37. p. 130. app. 37. p. 1028. Gruter 1007. Reines. Cl. 20. n. 446. p. 1003), pro *Cujus*, *Curtius*, *Corpus*, et quae sunt ejusdem generis alia (Scalig. ad Grut. Lit. Q. Cellar. I. 67. 68). Eandem rationem amplexi sunt tachygraphi in notis 

— QM*a* — *Cucuma* (164), QL*a* — *Culcita* (158), QL. — *Culmen*, QT. — *Cultus* (160), QV*e* — *Cumae* (136), QN*a* — *Cuna*, QBL. — *Cunabulum* (150*), QR*at* — *Curvat* (149), QR(*l*)*is* — *Curulis* (148), QR*ius* — *Curtius* (186), QL*a* — *Culpa*, QBL(*l*)*is* — *Culpabilis* (76), cet.


E. Pro hac litera prisci interdum usurparunt I (Funccius de orig. et puer. L. L. p. 228. Cellar. orth. I. 21. 25. II. 43). Neque a notis Tironianis alienam fuisse harum literarum permutationem supra (§. 310) exposuimus. Addimus notam  — R(*e*)C(*i*)*et* — *Recinset*, pro *Recenset* (61).

G. In columna rostrata, aliisque monimentis antiquissimis, C adhibetur pro G (Cellar. I. 57. II. 265. Scaliger. ind. gramm. ad Grut. Lit. C. Festus ap. Gothofr. 350. v. *Orcus.* Quintilian. L. I. C 4). Id ipsum videmus in notis — L(*e*)C(*x*)*ter* — *Legaliter* (Carp. VIII), — R(*e*)C(*x*)*a* — *Regalia* (Carp. 35. v. 11), — S(*ol*)C. — *Sortilegus* (97).

H. Quoniam de hac litera antiquitus alia aliorum sententia fuit, et quidam grammatici veram esse literam negarunt; inde evenit, ut modo perperam omitteretur, modo temere adjiceretur. Ita in breviario Alarici (Ritter p. 5) scribitur *Umidas*, *Ypotheca*, atque in notis Tironianis — UM*or* (182), UM(*el*)*e* — *Umerale* (128), USP*um* — *Vsopum* (170*), — T(*e*)*um* — *Teatrum* (172); rursus in breviario illo, *Crehandis*, *hiisdem*, et in notis — *H*(*a*)S. — *Hausterus*, pro *Austerus* (108. c*), — HSC(*t*)*a* — *Hascia*, pro *Ascia* (193).

I. Facilior est pronuntiatio literae E, quam I. Saepissime igitur, ubi hanc nunc scribimus, ibi in antiquis scriptis illa adhibetur (Cellar. I. 21. II. 42. Funccius de orig. L. L. 316. Chron. Gottw. I. 28). Inde explicandae sunt notae Tironianae — L(*e*)B*at* (176), L(*e*)N*a* — *Lebitina* (96), L(*e*)*a* — *Lengua*, L(*e*)S. — *Lenguosus* (96), FCE*rius* — *Fiducearius* (57), SP*et* — *Sapet* (86), pro *Libat*, *Libitina*, *Lingua*, *Linguosus*, *Fiduciarius*, *Sapit*, cet.

O. Hanc literam nostris quoque temporibus interdum pronuntiari U, quilibet intelliget, qui ad popularem attenderit sermonem. Siculos vernacula lingua pronuntiare *Vuliti venire*, pro *Volete venire*, auctor est Angelus Rocca (bibl. Vatican.); quin etiam Hassi nostri dicere solent *Wullt ihr kummen*, pro *Wollet ihr kommen.* Similiter Romani scribebant *Rutundus*, *Sumnus*, *Sacerdus* (Cellar. 32), *Montanu*, *Annus*, pro *Montano*, *Annos* (Sert. Urs. 640. 549), item *Epistula*, *Coenubium* (Chron. Gottwic. I. 28). Iisdem respondent Tironianae notae   — MV — *Muns*, M(*u*)N — *Muntanus*, pro *Mons*, *Montanus* (70),  — I(*du*)L*um*, pro *Idolum* (97. c),  — M(*u*)*um* — *Munstrum*, pro *Monstrum* (97),  — R(*u*)BO. — *Rubor*, pro *Robur* (169). Namque  vera est vocabuli *Rubor* (86) nota.

P. Pro PH prisci saepe utebantur tum F (Scaliger l. F. Cellar. I. 56. Chron. Gottw. I. 27), tum P simplici (Cellar. I. 64. Fuchs II. 167). Illud conspicitur in notis  — F(*i*)L*im* — *Philistim* (193),  — P(*ro*)F*ta* — *Propheta* (91),  — ZF. — *Zephyrus* (178),  — BF. — *Bosphorus* (178); hoc in notis  — P(*l*) G(*l*)*us* — *Philologus* (124),  — P(*i*)PL*us* — *Philippus* (189. c),  — S(*i*)P(*o*)N. — *Symphonia* (173). Quin etiam literam B pro PH adhibuerunt tachygraphi in nota  — S(*ae*)B*im* — *Seraphim* (193), i. e. שְׂרָפִים.

Q. Pro hac litera in antiquis monimentis interdum repositum videmus C (Chron. Gottw. I. 27. Cellar. orth. I. 68. 335. In-

dices eorum, quae ad rem gramm. pertin. in Gruteri et Reines. inscr. Lit. C). Quemadmodum igitur in breviario Alarici (Ritter p. 5) est *Anticum*, pro *Antiquum;* ita etiam in notis Tironianis  = OC*um* = *Oblicum*, pro *Obliquum* (114),  = A(*c*)V*m*, pro *Aequum*,  = I(*c*)V*m* (2*), pro *Iniquum*,  = C(*or*)S = *Corsum*, pro *Quorsum* (16). Nusquam vero nisi in Tironiana scriptura vidi, G munere fungi literae Q. Ita enim notatur   = SGL*a*, pro *Sequela*, SG. pro *Sequester* (153).

S. Literam T olim pro S usurpatam esse, locus Festi (ap. Gothofr. 244) ostendit, ubi Ennium non *Adgressus*, sed *Adgrettus*, scripsisse tradit. Notarios quoque  = D(*i*)M*torum* = *Dimittorum*, pro *Dimissorum*, notasse, vocabula docent, a Carpentiero (IV) collecta. Item quum in libris antiquissimis et inscriptionibus X pro S adhiberetur (Cellar. 74. 384. Gruter 38. 7. 940. 8), tachygraphi etiam  = UX*es* = *Vlyxes*, pro *Ulysses* scripserunt. Pariter antiquum morem (Cellar. I. 76. Gruter 566. 5. 941. 8) servantes litera Z pro S usi sunt in notis  = ZM*e* = *Zmyrnae* (138),  = ZG. = *Zmaragdus* (161).

V. Apud priscos vicem hujus literae interdum supplere literam F, jam Priscianus (I. 560) docuit. Cujus permutationis quum in eis, quae literis vulgaribus scripta sunt, plurima exstant exempla (Cellar. I. 57), tum etiam in notis Tironianis, ut in      = F(*r*) = *Fertit*, FS. = *Fersus* (46), FSL(*u*)-C*um* = *Fersiculum* (153), FG = *Fergit* (72), F(*r*)T = *Ferbo-*

tenus (81), pro *Vertit*, *Versus*, *Versiculus*, *Vergit*, *Verbotenus*.

X. Plura sunt monimenta, in quibus S locum tenet literae X (Cellar. I. 75. II. 78. Gruter 173. 5. 516. 5. 559. 5. Sert. Urs. 575. v. Bissit). Sic in Tironianis etiam notis reperies  — HREis, pro *Herix* (172*),  — P(*u*)M(*e*)*s*, pro *Pumex* (171. c). Porro saepius jungitur in vetustiore scriptione litera X cum S, ita ut scribatur *Maxsumus*, *Uxsor*, cet. (Cellar. I. 73. II. 79, ibique Noris. 205. Gruter 202 seq. et Scalig. ind. gr. Lit. S). Ex notis Tironianis huc pertinere videtur  — N(*i*)S(*x*)*us* — *Nixsus* (122). Etymologiae quidem rationem habuerunt, qui *Conjuncx*, *juncxit*, *extincxit*, *sancxerit* scribebant (Cellar. II. 79); in nota vero  — S(*u*)C(*x*)*is* — *Syntaxis* (150) nulla prorsus ejus ratio intelligitur.

Y. Hanc literam, quum vere Latina non sit, in notis Tironianis numquam conspici, supra (§. 143) diximus. Quemadmodum vero in iis, quae vulgaribus literis scripta sunt, saepe V pro Y usurpatur (Cellar. I. 33. 72. II. 289. Spanheim de usu et pr. numism. Diss. II. Scaliger Lit. V): ita in Tironiana etiam scriptione aut V aut I. Illud est in notis  — GUR*um*, pro *Gyrium* (156),  — C(*u*)L(*i*)*i* — *Cylindri* (161),  — C(*u*)RP*a* — *Cypera* (170. c),  — H(*u*)RP*a* — *Hypocrita* (173),  — M(*u*)T*rium* — *Mysterium* (192*),  — T(*u*)P*um* — *Tym-*

panum (172), cet. Hoc in — T(*i*)R. — *Tyrus* (159), — HI. — *Hymen* (165), — M(*i*)T*a* — *Myrta* (170. c).

§. 312. Id autem vitio vertimus tachygraphis, quod in orthographia servanda sibi ipsi non constant. Quamquam enim, ut (§. 302) diximus, in verbis compositis literam praepositionis finalem in plurimis notis non mutarunt; sunt tamen aliae, in quibus illam literae verbi sequentis adsimilarent, e. c. — AL(*l*)*it* — *Allidit* (82), — A*it* — *Accedit* (17), — A(*s*)P*it* — *Aspicit* (43), cet. Porro praeteritum tempus ut notarent, principalis quidem notae figuram integram admittentes terminationem tantum retraxerunt (§. 291. 325. f.); in quibusdam tamen notis ab hac ratione recessere, radicem ipsam variantes, ut in — TS*it* — *Tersit* (80), — Є*it* — *Egit* (48), — IS*it* — *Jussit* (72). Quin etiam unum idemque vocabulum duplici modo notarunt, prout diversam sequebantur orthographiam. Ita ab iis scriptum reperias:

— C(*onm*)N. — *Connomen*. — C(*gm*)N. — *Cognomen* (35).

— R(*e*)C*it* — *Recutit*. — R(*e*)Q*it* — *Requtit* (117).

— A(*d*)P*it* — *Adpetit*. — A(*p*)P*it* — *Appetit* (39).

— A(*d*)I*it* — *Adcingit* (157). — AI*it* — *Accingit* (Nov. op. d. III. Tab. 62).

— N(*t*). — *Natus*. — G(*t*) — *Gnatus* (79).

— HR. — *Hortus* (168). — O(*r*)*tus* (Carp. 2. v. 18. V. col. 4).
— CAROL*i* (Carp. 34. v. 29). — K(*a*)RL*i* (Carp. I).
— C(*ae*)C. — *Caecus* (179). — CE. — *Cecus* (76).

§. 313. Quum orthographiae porro sit explicare rationem numeros scribendi, in exponendis etiam Tironianis notis ejus mentio non est praetermittenda. Cifrae, quas Arabicas appellant, in iis nusquam obviae sunt; summamque rei inscitiam prodiderunt, qui similitudine figurarum adducti eas deprehendere sibi visi sunt (§. 59). Cujuslibet enim scripturae ea est conditio, ut ex variis variarum literarum lineis quaedam inter se non sint dissimiles. Quodsi igitur in notis Tironianis 3, quo vocabulum *Brevis* (6) significatur, habeas pro numero III; 2 — *batur* (21) pro numero II; 9 — *us* (24) pro numero IX; 76 — *Ortus* (113) pro numero LXXVI, cet. cifras quidem habebis, nequaquam vero notas Tironianas. Neque minus absurde in numis Phoeniciis 997, quod גרר significat, numerum DCCCCXCVII interpretaberis.


§. 314. Sed missis his ineptiis videamus potius, quomodo numeros tachygraphi expresserint. In capitulario quidem Ludovici Pii, quod Carpentier edidit, Romanos invenimus numeros, ut (p. 12. v. 14) XXV i. e. *Ante viginti quinque annos;* atque ita etiam capitum numeri sunt designati. Quum vero plura in hoc libro vulgaribus literis mixta sint (§. 359. 360); utrum numeri Romani, qui in notis reperiuntur, ad vulgarem itidem scri-

ptionem referendi sint, nec ne, decernere nolumus. Id quidem certum est, frequentius ipsis literis scriptos esse numeros in notis Tironianis; ut in diplomate quodam (ap. Carp. 16. v. 12) — Q(*i*)*Cim* — *Quindecim* (101). Atque ea tantum numeros exprimendi ratione usi sunt, qui notas in thesauro Gruteriano (§. 101 seq.) collegere. Notant enim = UN*o*, DV*o*, TS. — *Tres*, Q*or* — *Quatuor* (101), cet. Ex quo praeterea perspicuum est, C, quod pro *Centum* usurpant, minime esse signum, sed veram literam, initialem scilicet hujus vocabuli; id quod communis quoque opinio tempore Augusti ferebat (Sueton. C. 97. p. 90). Antiquiorem orthographiam ipsam notarios secutos esse, scribentes — Q(*a*)C*ti* — *Quadrincenti*, QV(*i*)C*ti* — *Quincenti*, S(*e*)C*ti* — *Septincenti* (101), pro *Qradringenti, Quingenti, Septingenti,* locus Festi (ap. Gothofr. 392) docet, ubi in numero *Quincentum* C literam a priscis usurpatam esse dicit. Pro *Trecenti* nota Tironiana habet — T(*er*)-C*ti* — *Tercenti* (101), ex — *Ter* (100) et C — *Centum* composita. Millenarium numerum non singula litera M, quod vulgo fieri solet, tachygraphi exprimunt, sed omnibus fere literis perscribunt — MIL*e* (§. 376).

§. 315. Magni quidem momenti est in orthographia, ut et singula verba, et enuntiationes ac periodi bene distinguantur. Quod quantumvis sit neglectum in notis Tironianis, multo etiam magis negligitur in iis, quae per plurima saecula vulgaribus literis

sunt scripta. In hisce enim ne ullum quidem intervallum est inter singula verba. In Tironiana vero scriptura quodlibet vocabulum, per notam principem cum ejus accessionibus denotatum, singularem plerumque et separatum constituit figurarum complexum, ut nemo fere dubitare possit, utrum terminatio, licet notae principi praeposita, ad hanc ipsam, an ad antecedentem notam pertineat. In iis igitur, quae notis Tironianis scripta leguntur, verba intervallis accuratius plerumque distincta sunt.

§. 316. Subinde tamen plura vocabula, quin etiam integrae enuntiationes, eae potissimum, quae frequentiores sunt, uno calami ductu exaratas esse a festinantibus tachygraphis, supra (§. 223 — 228) jam monuimus. Exemplis ibi adlatis adjungimus notas  = O(*u*)R(*u*) — *Omnium rerum* (4),  = T(*a*)-R(*e*) = *Tanta re* (8);  = A(*n*)ON = *Ante hos annos* (14),  = hFL*e* = *Honesta mater familiae* (49),  = C-(*onr*) N*am* = *Contra rerum naturam* (70),  = SALN(*x*)*a* = *Stipulatione Aquilia subnexa* (110. c*). Neque id silentio praetereundum est, particulam *Non*, sequente verbo, nullo spatio interjecto ab eo separari, sed uno calami ductu plerumque scribi, ut  — N(*r*)*it* = *Nonredit* (51), NC*it* = *Nonexcedit* (18), N(*f*)L*it* = *Nonfallit* (92), N(*i*)*lit* = *Nonintelligit* (42), N(*i*)G*es* = *Nonignores* (§. 368), NL*et* = *Nonlicet* (35), N(*n*)G = *Nonnegat* (4), NP = *Nonoportet* (48), NP. = *Nonpotest* (7. Carp. 6. v. 26).

§. 317. Contra vero syllabatim a tachygraphis divisa sunt vocabula, ubicunque dubitarunt, an intelligerentur, si solam terminationem iis adjicerent (§. 183). Quo tamen minime referimus ineruditorum notariorum errores, qui quum plerumque non intelligerent, quae excipiebant, dictantium verba misere corruperunt. Modo enim duo vocabula in unum contraxerunt, ut aliena prorsus significatio inde exsisteret, notantes  = *Etsi* (2), pro  = *Et si* (1. 29): modo vocabulum unum perperam ita diviserunt, ut duo diversa inde formarentur, scribentes  — *Ad sensum* (1. 34*), pro  — *Adsensum* (34*). Quae quidem mendorum exempla in Capitulario Ludovici Pii (ap. Carpent. p. 4. v. 8. et 31) exstant; plura autem infra (§. 368) reperies. Neque cautius consideratiusque Graeci tachygraphi exceperunt, quum e. c. accentum particularum κατὰ et παρὰ servarent, ubi cum verbis componuntur, quin etiam καὶρος, pro καιρὸς scriberent (§. 470).

§. 318. Signa distinctionis non nisi duo sunt in notis Tironianis. Alterum, quod in vulgaribus quoque scriptis antiquís comparet (Nov. op. dipl. III. Tab. 36. VI. 2), est punctum, super quo virgula prona, hac forma , in tenuem desinit apicem; idque tantum adhibetur ad membra orationis separanda. Alterum tribus constat punctis, in formam trianguli dispositis .·. quibus periodi clauduntur. Utroque signo psalterium ex bibliotheca S. Germani de Pratis, notis Tironianis scriptum (Nov. op. dipl. III. Tab. 62), interpungitur. In iis vero notis, quas Carpentier edi-

dit, non nisi trium punctorum signum reperitur; neque desunt libri vulgaribus literis scripti, in quibus illud conspiciatur. Atque tria puncta jam inde ab antiquissimis temporibus adhibita fuisse ad verba distinguenda, inscriptio docet Atheniensis, quae a Nointelio, qui primus eam possedit, nomen accepit, quadringentis quinquaginta septem annis ante Christum natum exarata (Montfauc. palaeogr. Gr. p. 135. Mus. mon. Franc. I. ad p. 62. Tab. IX. n. x. Nov. op. dipl. I. Tab. 6. n. x), in cujus capite interpungitur tribus punctis ⋮ ad perpendiculum demissis. Sed illa etiam forma ∴ conspicitur in titulo lapidis Romano (Itinerar. duor. Bened. I. 300); eodemque modo, vel etiam hoc ∵, pingitur quum in libris manuscriptis, tum in Pandectis Florentinis, quin etiam in Graecis tachygraphorum notis (§. 478).


§. 319. Quod autem Brencmannus (Hist. Pand. 138) trium punctorum signum cum Hebraeorum Saegol comparat, ut uvae pendenti (אֶשְׁכּוֹל) simile sit, ea quidem comparatio non simpliciter fieri potest cum signo, quod in notis Tironianis passim reperitur. In iis enim non eadem semper est punctorum dispositio, sed praeter illam formam modo haec ∴ modo haec ·: modo haec :· conspicitur. Quemadmodum vero ex duobus punctis, quum festinanter exarentur, virgula, quam *Comma* appellamus, nata esse videtur; ita a tribus illis ∵ signum distinctionis ⩗ profectum esse, mihi quidem fit verisimillimum. Conspicitur id tam in libris manuscriptis (Nov. op. dipl. III. Tab. 42. V), quam in

diplomatibus (§. 320. 399. 400. 441. Nov. op. V. Tab. 93. Mab. p. 393); quin etiam in lapidum titulis (Corsini de sigl. Graec. 69): etsi typographi, quorum in officinis haec forma desiderabatur, alia, quae ipsis in promtu erat, usi sunt; ut apud Gruterum (332. 5. 333. 2. 493. 5. 523. 2. 702. 1) litera minuta *r*, cui tamen melior figura a Reinesio (in synt. inscr. praef. p. 7) substituta est.

§. 320. Ei signo posterioribus demum temporibus superimpositum est punctum, ut speciem haberet . Ita in fine chartae cujusdam, anno DCCCLV datae (Walther lex. dipl. col. 1), bis positum id videre licet, ubi scriptum est  i. e. *Amen*. Non aliam vero vim ac potestatem ejus esse, nisi sensum terminandi, sive periodos claudendi, ex libro literis argenteis et initialibus aureis in membrana purpurea scripto, quem Argentorati in bibliotheca publica inspexi, compertum habeo; quippe in quo, si quid forte spatii in extrema lineae parte supererat, pluribus ejusmodi signis expletum est. Uberius infra (§. 399) de hoc signo, quod in diplomatum quoque notis Tironianis adhibetur, disseremus.

§. 321. Restat, ut de linea transversa, quae pluribus simul notis nonnumquam superimposita est, dicamus. Cujus vis ac potestas quamvis sit dubia, Benedictinis tamen adsentiri nequeo, qui (Nov. op. dipl. III. 584) ea usos esse tachygraphos contendunt vel ad plures notas in uno vocabulo conjungendas, vel ad designanda nomina propria. Equidem non ignoro, priscos nomini-

bus propriis lineas, quae ab appellativis ea distinguerent, superimposuisse (Reines. var. lect. L. II. C. 3. p. 137. Placentin. epit. palaeogr. Graecae C. VI. f. p. 59); sed, quod ad Tironianam scriptionem attinet, falsam esse Benedictinorum sententiam, innumera docent exempla (§. 415. 416. 420), ex quibus instar omnium hoc unum subjicio:



Notarii haec est animadversio in fine diplomatis Ludovici Germanici anno DCCCXLIV exarati, cujus autographum in tabulario Herbipolensi vidi; eaque sic est interpretanda: „*Domnus Ludo-* „*vicus rex fieri jussit et Ratleicus magister scribere praecepit.*" In his verbis neque nomen proprium *Ludovicus* lineam transversam habet; neque, ubi posita est haec linea, in verbis *Rex fieri*, et *Scribere praecepit*, unum est vocabulum, in quo plures conjungantur notae.

§. 322. Quodsi veram hujus lineae vim ac potestatem conjectura assequi licet, a signis grammaticorum ea repetenda esse videtur. Limnisci enim est figura, quae ab Isidoro describitur: *Virgula inter geminos punctos jacens;* atque ab Epiphanio: *linea in medio duorum punctorum ... posita, ita ut unus pun-*

ctus superne sit, alter inferne (Trotz ad Hugon. de prima scrib. orig. 278). Significationem atque usum ejus Isidorus his declarat verbis: *Apponitur in iis locis, quae sacrae scripturae interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus, transtulerunt* (Orig. L. I. C. 20. ap. Gothofr. 834. Walther lex. dipl. 450. Chron. Gottw. I. 25). Significabat itaque, unum idemque aliis dictum esse verbis. Quod mirifice quadrat in ea, quae in cancellariorum signis notis Tironianis scripta sunt, et similes lineas habent superimpositas (§. 321). Etenim in hisce notis fere repetitur, quod literis vulgaribus scriptum jam exstat. Convenit etiam cum eo, quod in notarii animadversione, modo adlata, continetur; siquidem ejus verba proxime sequuntur sanctionem regis, qui se diploma confirmasse sigilloque muniri jussisse profitetur. Quae quum ita sint, facile intelligitur causa, cur linea illa transversa neque in notis a Carpentiero editis, neque, in ceteris monimentis, quae notis Tironianis exarata sunt (Nov. op. dipl. III. Tab. 62), usquam compareat, sed in solis diplomatum autographis reperiatur.

CAPUT TERTIUM DECIMUM.

De praestantia, qua Tironiana scriptura antecellit reliquis.

§. 323. Excellunt notae Tironianae non solum ipsa brevitate, sed etiam perspicuitate. Illius quidem rationem jam habui-

mus (§. 17): de hac vero haud pauci erunt, qui dubitent, neque assequantur, quomodo Tironiana scriptio, quae ipsis perquam obscura videatur, vulgari clarior distinctiorque haberi possit. Attamen facillime id demonstrari poterit, instituta notarum collatione cum Romanorum literis vulgaribus, quin etiam ipsis tachygraphorum formis. De illis quidem nonnulla ante (§. 233. 234) jam diximus; sed argumenta ibi adlata nonnisi ab iis possunt intelligi, qui singularem notarum indolem perspectam habent, et ad variam earum inclinationem, locorumque, quos terminatio et punctum tenent, permutationem diligenter attendunt. Hisce enim omnibus similes notae, quae diversa significant vocabula, discernuntur. Jam vero singulares hae notarum proprietates a vulgaribus Romanorum literis capitalibus omnino sunt alienae.

§. 324. Accedit quod literae capitales, eaedemque vulgares, una semper eademque forma sunt et habitu, Tironianae vero variant, prout magis minusve mutilantur, varieque conjunguntur. Mutatae earundem formae diversa quoque inest significatio, quae in iisdem vocabulis, quum vulgaribus literis scripta sunt, propter constantem harum formam discerni nequit. Quod quo melius intelligatur, exemplis illustrabimus.

ACVS  — *Accensus* (125).
ACVS  — *Acerbus* (90).
ACVS  — *Achaicus* (140).

ARET		=	*Aret* (132).
ARET		=	*Arcet* (107).
AVVM		=	*Avium* (63).
AVVM		=	*Avectum* (198).
CPA		=	*Capra* (175).
CPA		=	*Capsa* (150. c).
CPA		=	*Cupa* (156).
CPA		=	*Cupula* (§. 289).
CRA		=	*Cera* (146).
CRA		=	*Creta* (§. 213).
CRA		=	*Crista* (126), cet.

§. 325. Sed mittamus correpta vocabula, et comparemus ea, quae omnibus perscribuntur literis, cum iisdem vocabulis, quae notis Tironianis leviter tantum denotantur, ut clarius etiam appareat, vel in his Tironianam scriptionem interdum excellere perspicuitate. De iis loquimur vocabulis, quae, quamquam iisdem literis scribuntur, diversa tamen significant, et quae, ab antecedentibus et sequentibus separata, si *vulgaribus* literis sunt exarata, nemo unquam discernere poterit; si *Tironianis*, nequaquam confundi possunt. Exempla subjungimus tam nominum, quam verborum.

N o m e n

iisdem literis vulgaribus scriptum ancipitis significationis:	*significatio*	*diversis discernitur notis Tironianis:*	
LIBER	ἐλεύθερος		— L. (57).
LIBER	ἡ βίβλος		— L(*i*). (124).
POPVLVS	ὁ δῆμος		— PP (39).
POPVLVS	ἡ αἴγειρος		— P(*o*)L*us* (169).
PLANVS	ὁμαλὸς		— PL*us* (63).
PLANVS	ὁ πλάνος		— P(*a*)L*us* (79).
VICTVS	ὁ βίος		— U*tus* (53).
VICTVS	νικηθεὶς		— UC*tus* (87).
CONVICTVS	ἡ συμβίωσις		— C(*on*)V*tus* (53).
CONVICTVS	ἐλεγχθεὶς		— C(*on*)C*tus* (87).
CONTENTVS	αὐτάρκης		— C(*ont*)N*tus* (10*).
CONTENTVS	σύντονος		— C(*on*)T*tus* (19).
VERIS	τοῦ ἔαρος		— U(*r*)*is* (113*).
VERIS	ἀληθέσι		— U*is* (3*).

LIBERTAS	*ἡ ἐλευθερία*		— L*tas* (57).
LIBERTAS	*τὰς ἀπελευθέρας*		— L*tas* (57*).
GENERI	*τῷ γένει*		— G(*e*)*eri* (47*).
GENERI	*τȣ̃ γαμβρȣ̃*		— G*eri* (55*).
AVIS	*ὁ ὄρνις*		— A(*v*)I(*s*). (171. c).
AVIS	*τοῖς πάπποις*		— AV*is* (55*).
SOLVM	*τὸ πέδον*		— SL*um* (63).
SOLVM	*μόνον*		— SL*um* (35*).
ARTVS	*τὰ μέλη*		— AR*tus* (89).
ARTVS	*ϛενὸς*		— AR*tus* (114).

Nomen et Particula

ADVERSVS	*ἐναντίος*		— A(*df*)S. (46).
ADVERSVS	*εἰς*		— A(*dv*)S. (47).
VERO	*τῷ ἀληθεῖ*		— U*o* (3*).
VERO	*δὲ*		— UO (22).

Nomen proprium et appellativum.

DECIMVS	nom. propr.		— DЄ*mus* (187).
DECIMVS	*δέκατος*		— DЄC*mus* (100).

FAVSTVS	nom. propr.		— (*f*)ST. (164).
FAVSTVS	ὁ αἴσιος		— F(*a*)Γ. (152).
REMVS	nom. pr.		— R(*s*). (39).
REMVS	ὁ ἐρετμὸς		— R(*s*). (177).
GENIVS	nom. pr.		— G(*e*). (187).
GENIVS	ὁ δαίμων		— G(*e*)*ius* (47).
MEDICVS	Μηδικὸς		— M(*e*)I*us* (139).
MEDICVS	ὁ ἰατρὸς		— M(*i*) (179).

Ejusdem nominis casus diversi

ALIVS	ἄλλος		— A (4).
ALIVS	ἄλλȣ		— A*ius* (4*).
CASVS	τὸ σύμβαμα		— K(*a*). (18).
CASVS	τȣ̃ συμβάματος		— K(*a*)*us* (18*).
CIVIS	ὁ πολίτης		— C. (41).
CIVIS	τȣ̃ πολίτȣ		— C*is* (41*).
BREVIS	ὁ βραχὺς		— B (6).
BREVIS	τȣ̃ βραχέος		— B*is* (6*).

Nomen et Verbum.

LABOR	ὁ πόνος		— L(*a*)*or* (94).
LABOR	πίπτω		— L*or* (78*).
MALO	τῷ κακῷ		— ML*o* (4*).
MALO	προαιρȣ̃μαι		— M(*a*)L (34).
AMARI	τȣ̃ πικρȣ̃		— AM(*a*)*i* (154*).
AMARI	φιλεῖσθαι		— A(*m*)*ari* (60*).
ANNVO	τῷ ἐτησίῳ		— EN*o* (102*).
ANNVO	κατανεύω		— A(*du*)N*o* (127*).
AVE	τῷ ὄρνιθι		— A(*v*)I(*s*)*e* (171. c*).
AVE	χαῖρε		— AV*e* (105. c).
CANIS	ὁ κύων		— K(*a*)N. (175).
CANIS	ᾄδεις		— K(*a*)N*is* (173. c*).
CAPITE	τῇ κεφαλῇ		— K(*a*)P*te* (72. c*).
CAPITE	αἱρεῖτε		— K(*a*)P*te* (16*).
FACIS	τῆς λαμπάδος		— FX*is* (165*).
FACIS	πράττεις		— F*is* (36*).
FERRI	τȣ̃ σιδήρȣ		— F*i* (126*).
FERRI	φέρεσθαι		— F(*r*)*i* (36*).

INDICIS	τȣ̃ ἐνδείκτȣ		= I(*n*)D(*x*)*is* (90*).
INDICIS	ἀποφαίνεις		= I(*n*)D*is* (10*).
LEGEM	τὸν νόμον		= L(*x*)*em* (Carp. 61. f.).
LEGEM	ἀποϛέλλοιμι		= L*em* (152*).
MISERIS	τοῖς ἀθλίοις		= MS*eris* (66*).
MISERIS	πεπέμφῃς		= (*i*)M*eris* (37*).
NOVI	τȣ̃ νέȣ		= N(*v*)*i* (57*).
NOVI	γιγνώσκω		= N(*o*)*i* (78*).
PELLIS	τὸ δέρμα		= P(*e*)L(*i*)*is* (160*).
PELLIS	ὠθεῖς		= P(*e*)P(*l*)*is* (83).
REGIS	τȣ̃ βασιλέως		= R(*ex*)*is* (Mab. 457).
REGIS	ἐπιϛατεῖς		= R(*i*)*is* (84*).
SALVTARE	τὸ σωτήριον		= SR*e* (105*).
SALVTARE	ἀσπάζεσθαι		= SL*are* (105*).
VIGILES	οἱ φρȣροὶ		= UGL*es* (105. c*).
VIGILES	ἐγρηγόρει		= UGL*es* (105*).
EAS	αὐτὰς		= EA(*s*) (12).
EAS	ἴθι		= E*as*.

Verbum.

LEGO	ἀναγινώσκω		— L_o_ (42*).
LEGO	ἀποστέλλω		— L_o_ (152*).
PARERE	φαίνεσθαι		— PA_ere_ (60*).
PARERE	τίκτειν		— P(_a_)_ere_ (149*).
FERIMVS	τύπτομεν		— F_imus_ (117*).
FERIMVS	φέρομεν		— F(_r_)_imus_ (56*).
FIDIT	πιστεύει		— F_it_ (57*).
FIDIT	ἔσχικε		— F(_i_)_it_ (122. c).
ABSCIDIT	ἀποκόπτει		— A(_b_)C_it_ (18*).
ABSCIDIT	ἀποτέτμηκε		— A(_bd_)S_it_ (134*).
ACCIDIT	συμβαίνει		— AC(_i_)_it_ (18).
ACCIDIT	ἐπικόπτει		— AC_it_ (18).
REGERE	ἐπιστατεῖν		— R(_i_)_ere_ (84).
REGERE	ἀνακόμιζε		— R(_e_)G_ere_ (44*).
MVLSIT	ἤμελχε		— M(_u_)G_it_ (156).
MVLSIT	τέθελχε		— M(_u_)C_it_ (156).
FVLSIT	ἔλαμψε		— FG_it_ (118).
FVLSIT	ἐστήριξε		— FC_it_ (118).

VENIT	ἥκει		— V*it* (32).
VENIT	πωλεῖται		— U(*i*)N*it* (145).
VINCIT	νικᾷ		— UC*it* (87).
VINCIT	δεσμεύει		— UC(*i*)*it* (108).
TEXIT	ἔστεγε		— TG(*x*)*it* (130).
TEXIT	ὑφαίνει		— T(*x*)*it* (130).
EDIT	ἐσθίει		— ED*it* (166).
EDIT.	ἐκδίδωσι		— ED*it* (20).
JACERE	κεῖσθαι		— I*ere* (20*).
JACERE	βάλλειν		— I*ere* (19*).
OCCIDIT	κτείνει		— CO*it* (18*).
OCCIDIT	καταπίπτει		— CO(*i*)*it* (18).
CECIDIT	ἔκοψε		— C(*i*)*it* (18).
CECIDIT	πέπτωκε		— C(*i*)*it* (18*).
DICAT	ἱερόει		— D(*i*)C(*i*)*at* ((110).
DICAT	λέγῃ		— D(*i*)*at* (10*).
VOLO	βούλομαι	 ?	— UO*o* (34*).
VOLO	πέταμαι		— UL*o* (124*).

EMENDO	*ἀπευθύνω*		— €*o* (111 *).
EMENDO	*τῷ πρᾶσθαι*		— €*do* (44*).
GESTAS	*φορεῖς*		— GS*tas* (44*).
GESTAS	*τὰς ἐνεχθείσας*		— G(*e*)*tas* (44*).
EXSTITIT	*ὑπῆρχε*		—EI*it* (77* Carp.2.v.6*).
EXSTITIT	*ἔστηκε*		— ETI*it* (40).

Verbum et Adverbium.

ADEO	*προσέρχομαι*		— A(*d*)*o* (20*).
ADEO	*τοσοῦτον*		— A(*d*)O (105).
VTI	*χράεσθαι*		— UT*i* (40).
VTI	*ὡς*		— VTI (2).

Diversa verbi tempora.

	Praesens.	Praeteritum.		Praesens.	Praeteritum.
Legit (42)			*Decurrit* (45)		
Accidit (18)			*Excurrit* (45)		
Venit (32)			*Degit* (48)		
Fugit (43)			*Ruit* (123)		
Adcurrit (45)			*Offendit* (55)		
Concurrit (45)			*Incendit* (125)		

Suit (136)  *Emit* (44). 
Edit (166)  *Volvit* (123) 

cet. In pluribus collectionis notarum libris manuscriptis, e. g. in Argentinensi (§. 338), librarii, ut operae parcerent, una eademque nota et praesens, et praeteritum ita expresserunt, ut duas simul terminationes adscriberent. Exemplo sit nota  pro  = *Indit*, *Indidit* (20).

CAPUT QUARTUM DECIMUM.

De Tironianarum notarum cognitionis usu et utilitate.

§. 326. Si quidem statueris, aliquid emolumenti esse in lectione eorum, quae literis olim sunt mandata; non inutilem etiam Tironianae scripturae cognitionem censebis. Sunt enim plures libri hisce notis exarati (§. 7. 14), qui, quum interpretem adhuc exspectent, neglecti in scriniis servantur (Areval. in Isidor. op. T. II. p. 325. III. 36. cet. Bembi L. V. Ep. 8. Mabill. L. I. C. xi. §. 6. p. 48. Carpentier praef. vii. Nov. op. dipl. III. 570. Baring clav. dipl. 198. Lessing ad hist. et rem liter. ex bibl. Guelferbyt. accessio II. p. 342). Sunt et plurimae chartae, in quibus nonnulla iisdem notis leviter notata reperias. Quid? quod in iis, quae vulgaribus literis scripta exstant, Tironianarum notarum vestigia (§. 370 seq.) deprehenduntur.

§. 327. Omnes omnino libros hisce notis scriptos quum mihi non contigerit ut inspicerem; de iis tantum, quos evolvi, verbosius agere licet. Atque, uti par est, exordiar a notarum collectione ipsa (§. 67. seq.): qua facem praeferente non solum perplexum hoc scriptionis genus facilius cognoscitur, sed et alia non contemnenda melius intelliguntur ac perspiciuntur. Reperies in ea vocabula Latina, quae vulgo inaudita sunt, quum in solis marmoribus notisque Tironianis legantur, id quod Reinesius (Cl. I. n. 105. p. 143) recte animadvertit. Reperies indicem nominum propriorum, maxime Romanorum (185 seq.), unde ea, quae ex inscriptionibus a viris doctis sunt collecta, augeri possint. Reperies populorum urbiumque nomina (136 seq.), geographiam antiquiorem egregie illustrantia; quae si cognita fuissent criticis, subinde minus indulsissent importunae emendandi libidini. Ita Schurzfleischius (Cellar. orthogr. ed. Harles. I. 171) ad nomen *Alpicus* animadvertit, *suspectum id sibi videri, quare locum Nepotis (in vita Hannib. C. 3) corrigendum esse. Licet enim negari non possit, in lapidum titulis Alpicum passim legi; Alpinarum tamen gentium saepius fieri mentionem*, cet. Sed Nepotis locus omnino defenditur notis, in quibus  = A. (*l*)PC et  = A(*l*)PN (144), i. e. *Alpicus* et *Alpinus* indubiis distinguuntur literis. Ita eadem notarum collectio docet, philologos quaedam verba temere habere suspecta; e. c. verbum *Accerso*, in cujus locum *Arcesso* ubique fere substituunt (Cort. ad Sallust.

Catil. 40. §. 6). Sed in Tironianis notis utrumque,  — AC*it* — *Accersit* (17), et  — ARit — *Arcessit* (18) distinctum reperies.

§. 328. Praeterea quum notae in hac collectione ita sint digestae, ut, quae ejusdem generis et argumenti sunt, una serie plerumque sequantur (§. 172); iste rerum ordo plurimum facit ad investigandum vocabulorum etymon, quod in mente habuere auctores. Nondum e. g. ab iis usu receptam fuisse ineptam nominis *Augusti* etymologiam, qua id medio aevo a verbo *Augeo* ducebatur, inde liquet, quod nomen illud vocabula *Augur*, *Augurium*, *Augurialis*, *Augurionalis* (92), proxime sequitur. Neque Verrio adstipulati sunt tachygraphi, quum notam *Cunctus* excipiat verbum *Percunctatur* (78); sed Festo: siquidem ille id verbum a *Conto*, hic a *Cunctus* ducit (Cellar. I. 217). Quumque nota *Saepit* notam sequatur adverbii *Saepe* (33), contra Vossii opinionem, qui nomen *Saepes* a Graeco σηκὸς format, atque inde *Sepem* scribere mavult; una eademque radix esse videtur verbi *Saepit* et adverbii *Saepe*, ut id pro *Dense* dicatur (Adelungii lexic. Germ. I. 1345), quasi *Saepes* res spissa sit. Quod autem nota *Extemplo* notam *Templum* sequitur (133), eo communis opinio confirmatur.

§. 329. Sed contra longe a vero interdum aberrarunt tachygraphi. Ita *Pomoerium*, quod a *Pomo* nemo unquam duxit, huic vocabulo subjecerunt. Frustra tamen illam notam in libro Cassel-

lano quaesivi, unde colligere licet, a recentiori auctore perperam fictam et collectioni inculcatam esse. Perversa etiam etymologiae ratione nomen *Basilica*, quod haud dubie ex Graeco βασιλικὴ receptum est, sequitur notam *Basis* (163). Sed ista ulterius hic non persequar, quum, quae ad etymologiam spectant, mox (§. 377 seq.) diligentius explicare mihi sit propositum.


§. 330. Ad edendam notarum collectionem Gruterus duobus tantum libris manuscriptis usus est: mihi septem inspicere licuit, quibus accedit hujus collectionis fragmentum quoddam (§. 354). Bernae praeterea ejusdem collectionis exemplum exstare saeculo nono vel decimo scriptum, literis, ab humanissimo viro Tscharner, Bernensi bibliothecae praefecto, ad me missis comperi. Omnium antiquissimus videtur liber Hasso-Cassellanus, cujus usum debeo viro celeberrimo Leistio, Regis Westphaliae, qui nunc est, a consiliis. Hic liber quum magnopere me adjuverit in tot mendis, quibus inquinata est editio Gruteriana, corrigendis; equidem non patiar, eum diutius tenebris obductum latere, sed diligentius describam. Haud injuria sane mireris, Hirschingium, qui omnem Germaniam eo consilio peragravit, ut bibliothecas describeret, ne verbo quidem (T. II. p. 244 cet.) mentionem facere hujus collectionis, quae, quum ob summam antiquitatem, tum ob singulare scriptionis genus, in rarissimorum librorum numero est habenda.

§. 331. Unde Cassellas venerit, memoriae haud proditum est. Quoniam autem tempore belli tricennalis Hassorum copiae ex abbatia Fuldensi plures libros manuscriptos Cassellas detulerunt, equidem arbitror, illum librum inde asportatum esse. Forma ejus est, quam nos *in folio minore* appellamus. Centum quadraginta septem plagulis (vulgo *foliis*) constat. Membrana, in qua quum is, tum reliqui libri, quos describemus, exarati sunt, non ex tenuiorum quidem membranarum genere est; verumtamen colorem satis album habet. Plurimae plagulae laeves sunt, et quodam adhuc splendent nitore; nonnullae asperae. Locum non semper eundem in imo margine occupant numerales plagularum notae, quam typographi signaturam appellant; plerumque tamen transversum fere digitum ab extrema paginae ora recedunt. Quilibet scapus octo complectitur plagulas, atque in aversa parte septimae demum plagulae (ubi una forte excidit) legitur q̄ 1, id est, *Quaternio prima.* Custodes, quos vocant, in fine paginarum nulli sunt.

§. 332. Quaelibet pagina in duas columnas partita est, quarum utraque viginti constat versiculis. Praeter transversas lineas, eo consilio ductas, ut in iis scriberentur versus, quatuor aliae ad perpendiculum demissae sunt, quibus columnarum termini constituantur. Omnes istae lineae stilo tantum membranis sunt impressae, nullo adhibito pigmento; neque ulla earum vel longior, vel latior est, quam ipsa columna. Literae initiales minio pictae sunt: ceterarum color olim niger fuit, nunc fuscus videtur. Voca-

bula non semper eo, quo par est, spatio sunt separata, sed perperam modo conjuncta, modo divisa, ut *Exconsilio, Sineullopiu. dicio. Sineullafunebrispompa* (sic). *Inconf pectuhominū. Undedeplanorectelegipossit. Quorumnominasubtertenenturinserta*, cet. Distinctionis signa, praeter punctum, nulla comparent.

§. 333. Tironianam notam in quolibet versu praemissam interpretatio sequitur, quae, si primam paginam unciali charactere exaratam exceperis, scripta est literis minutis, quibus cursivae atque unciales passim admiscentur, e. c.



Initiales ex genere sunt capitalium et uncialium. Illae interdum angulatae comparent, ut in CĀPT. GAVDET cet. Hae neque arctiores, neque nimium erectae, sed satis porrectae, pulcherrimaque forma sunt. Quasdam ex literis praecipue notari velim. In iis est ẏ uno tantum puncto signatum, atque N unciale inter minutas. Literae O majusculae curva interdum inserta est lineola, ut in nomine CΛTO (186). Diphthongus AE duabus literis plerumque est perscripta, in ipsa quoque praepositione *Prae*, licet

haec in aliis monimentis satis antiquis, etiam iis in quibus diphthongus in ceteris vocabulis sancte servatur, simplici E scribatur. Sed E quoque caudatum nonnumquam comparet, ut in verbo *Cęcidit*, *Cęsus*, cet. Connexum vero *æ* nusquam reperies. Forma &, quae plerumque locum tenet particulae copulativae *Et*, in alia quoque irrepsit vocabula, ut in *&iam*, *pra&erea*, *egom&*, cet. Coarctatarum literarum alia exempla habes in NT, VS = NT, VS. Compendia scribendi paucissima sunt, eaque intellectu facillima, ut *Xpi* = *Christi*; *incpnt* = *incipiunt*; *q*; = *que*; *uerſ* = *versus*; *ē* = *est*; *dſ* = *deus*; *q̄* = *quae*; *dnſ n̄t ihſ Xpſ* = *dominus noster Jesus Christus*; *quſq*; = *quousque*; *Ↄſimiliſ* = *Consimilis*, cet. Commune praeterea signum, quo correpta esse vocabula significatur, simplex linea transversa est.

§. 334. Quod Schminckius (in descr. urb. Cassell. p. 209) Cassellanam notarum collectionem locupletiorem esse ait Gruteriana, ea viri docti vel ostentatio est, vel negligentia. Aut enim pretium libri, qui asservatur in bibliotheca, cujus custos fuit, amplificare voluit; aut utramque collectionem omnino non dignatus est conferre, cujus comparationem equidem ad verbum institui. Incipit liber Cassellanus in aversa primae plagulae pagina (adversa enim vacua est): ✠ IN XPi NOMINE INCIPNT NOTAE SENECAE. Sequuntur notae Tironianae eadem serie, qua apud Gruterum leguntur. Inter eas paucissimae sunt, quae in hujus editione desiderentur; omnium vero notarum in utraque colle-

ctione summam si subducas, Gruterianarum numerum multo majorem esse reperies. Ex ducentis enim nonaginta quatuor paginis, quas habet liber Cassellanus, tres vacant. Reliquarum quaelibet duas comprehendit columnas, quarum utraque ad summum viginti complectitur notas, quibus supputatis numerus invenitur undecim millium sexcentarum quadraginta notarum, quum Gruterus plus quam tredecim millia habeat (§. 71). Id quidem dolendum est, duplicem plagularum defectum deprehendi: primum inde a nota *Praefuit* (ap. Gruter. 7) usque ad notam *Rem publicam* (8); alterum a nota *Antiqua lex* usque ad *Capit* (ap. Gr. 10 — 16). Libri distributio ab ea, quae est in Gruteriana editione, paulum differt; ubi e. c. ille (185) habet *Expl. Capitulus IV*, in hac legitur *Expl. Comm. IIIIuſ, incpt quintuſ.* Post notam autem *Plateola,* quam apud Gruterum (194) plures aliae sequuntur, liber Cassellanus terminatur verbis: *Explnt Comtar ſex. ſeliciter. Dō gratiaſ Amen.*

§. 335. Sermonis vitia in hujusmodi scriptis vix observari, ex ipsa lexici natura facile intelligitur. Attamen, ut de auctorum libri Cassellani eruditione judicari possit, faciunt haec: *Incipit capitulum quartuſ.— Se ipso interficit.— Opem adjutorium.— Pro Dii Deaeque immortaliſ.— Reipublici cauſa.— Aere alienum,* cet. Similis est ratio orthographiae in iis, quae vulgaribus literis notis adscripta sunt, ut in vocabulis *Agricula. Neapuli. Munomentum. Adſiduedaſ. Mathimaticuſ. Uiciſſem. Uiceſ-*

ſitudo. Augorium. Pargamina. Larba. Conualiſcit. Paginola. Cartola. Septe. Nove. Epiſtula. Equiſter. Monaſtirium. Simetipſe. Semtinuiri. Conſturgiſ. Numerus XC scribitur LXL.

§. 336. Quo tempore exaratus sit liber Cassellanus, non nisi critico examine instituto dijudicari potest, quum nulla in fine temporis notatio addita sit. Saeculo octavo scriptum esse dixerim; his adductus rationum momentis: I. Signatura in medio plerumque margine est (§. 331. Nov. op. dipl. II. 400). II. Vocabula non rite separata sunt, saepiusque perperam divisa (§. 332. Mannert misc. 5. Nov. op. d. II. 398). III. Scriptura ipsa literis constat minutis, quibus intermixtae sunt unciales conjunctae (Gattereri ars dipl. pract. Tab. XII. n. 32). IV. Literae minutae ipsae saepe sunt junctae (§. 333. Gatter. n. 31). V. Unciales, in latum porrectae, venusta sunt forma: quae arctiores jam comparent circa nonum saeculum (Schoenemanni Syst. II. 791). VI. Sermo Latinus barbarismis ac soloecismis abundat (§. 335. Nov. op. diplom. II. 390). VII. Orthographia solam pronuntiandi consuetudinem popularem sequi videtur (§. 335. Schoenemann. II. 92.**). At vero obstant alia, ne octavo cum saeculo exaratum esse statuam, sed potius nono: I, quod hastiles literarum in pinguiores apices exeunt (§. 333. Mannert 14. Nov. op. dipl. II. 405). II, quod litera y uno constanter puncto est signata (§. 333): quae quidem forma octavo saeculo variare solet (Nov. op. dipl. II. 297). III, quod aliae quoque literae puncto sunt notatae, ut ȯ atque ẏ (Nov. op. dipl. II. 299. 240).


IV, quod maxima literarum est varietas ac formae inconstantia (Schoenemann. II. 98. 99).


§. 337. Corollarii loco subjicimus nonnullas vocabulorum interpretationes, a recentioris cujusdam manu in hoc libro passim adscriptas; ex quibus quam diversa diversis temporibus illorum fuerit potestas intelligi potest. Interpretationes hae sunt: Actor — *Uilicus;* Adsuefit — *Ad se fecit;* Adicit — *Ferro se ipse interficit;* Aeditus — *Custos domorum vel templorum;* Allectat — *Expectat;* Alpes — *Nives;* Caupo — *Negotiatur* (or) *fraudulentus;* Cunius — *Densus populus vel turba hominum vel cripta cumba;* Fanaticus — *Templi minister;* Haeresis — *Insecutio, Secta;* Larba (va) — *Daemon;* Ordinarius — *Miles, qui integro ordine militat;* Rufus — *Virrus, Burrus, Fuscus, Rubeis, Allii, Digniger* (quod quid velit, equidem non assequor).

§. 338. Hactenus de libro Cassellano. Sequitur collectio notarum manuscripta, quam Argentorati vidi. Forma ejus minor est, quam libri Cassellani, et contractior scriptura. In fronte recentius inscripta sunt verba *Collegii regii Argentinensis Soc. Jesu. Ex dono D. Obrecht, Praetoris regii.* Nunc asservatur in bibliotheca civitatis publica. Integra ista notarum collectio esse videtur, scriptaque saeculo circiter decimo ineunte. Incipit literis fere evanescentibus: *Auxiliante Dño incipiunt Notae Senecae et ..... Amen* (Quae hic omisimus, oculos paene fugiunt. Videntur esse literae TI CITER, sive sit TI — *Tullii,* CITER — *citeriorumque;*

sive TI CICER — *Tullii Ciceronis*). Plures in hac Argentinensi collectione notas deprehendi accuratius delineatas, quam sunt Gruterianae, ut  — *Nihil* (4), *Magister* (9), *Ejus* (14), *Ejusdem* (15), *Cadit* (18), *Amus*, *Emus*, *Imus* (22), *Dam* (24), cet. Aliae melius explicantur, ut  = *Probatas* (32). Aliarum figurae ita sunt comparatae, ut, quomodo componantur, facilius discernatur, e. c.  = DS*unt* = *Desunt*, pro  (16), uti plerumque scribi solent D et S conjunctae (16).

§. 339. Quinque sunt ejusdem collectionis libri manuscripti, quos Parisiis inspexi. Primus ex bibliotheca Philiborti De la Mare in regiam, nunc imperialem transiit, olim numero 224, post 6078, 2, nunc 190 designatus. Saeculo nono exaratum esse arbitrantur auctores indicis librorum manuscriptorum Parisiensium (Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae regiae Paris. 1739. P. III. T. III. p. 17. n. 190). Forma libri est quadrata; ipsa autem collectio manca. Incipit a nota *Praetexta* (157), finitque nota *Tenuis* (67); unde simul intelligitur, ab homine rei imperito constitutam esse seriem, qua membranae sunt compactae. Praepostere enim, quas in ceteris collectionis exemplis praemissas esse notas videmus, eae in hoc libro notas sequuntur posteriores. Adjuncti sunt psalmi, qui inde a quinto ad septuagesimum usque eodem Tironiano charactere notati reperiuntur. Inter quos quum quartus sit, quem auctores novi operis diplomatici (III. Tab. 62) ex alio libro,

de quo mox (§. 355) dicemus, minus accurate in aes incisum, explicandum sibi sumserunt, utriusque figuras comparavi, et nonnullas rectius delineatas hic exhibeo: 
 — *Speciosus. Propterea. Benedixit. In aeternum. Tuum. Potentissime. Pulchritudine. Procede. Mansuetudinem. Sedes. Dilexisti. Delectaverunt. Regina.* Ceterum nota  i. e. *Corde*, eadem est, quam Benedictini, nulla literarum ratione habita, vulgatam tantum versionem sequentes, male explicant *Corda.*

§. 340. Alius ejusdem formae liber manuscriptus est, qui olim numero 6078 notatus Claudii Puteani (Du Puy) fuit, nunc in bibliotheca imperiali numerum 8777 praefert. Saeculo decimo exaratus dicitur (Catalog. cod. m. s. bibl. regiae P. III. T. IV. p. 493). Integram notarum collectionem continere videtur. Incipit enim a nota *Ab*, et terminatur nota *Plateola*, verbisque *Expliciunt notae Senecae numero quinque milia.* Plura in hoc collectionis exemplo reperi, quae in aliis frustra quaesiveram, e. c. syllabas a duplici U incipientes 
 = *uua, uuas, uue, uues, uui, uuis, uuo, uuos, uuu*, cet. Easdem notas ad exprimenda nomina propria, quae duplex U habent, adhibuerunt regum Francorum cancellarii (§. 391. 393. 394).

§. 341. Qui ex bibliotheca Colbertina in regiam, nunc imperialem, pervenit liber manuscriptus, olim numero 3557, post 6078, nunc 8778 signatus, eadem forma est quadrata, notarumque quidem collectionem complectitur, sed ab initio mancam. Incipit enim a nota *Quosdam* (15), finitque nota *Agar* (194). Attribuitur saeculo decimo (Catalog. cod. m. s. Paris. P. III. T. IV. p. 493). Ejusdem aetatis est, atque ex eadem bibliotheca Colbertina in regiam translatus, liber numero 4879, postea 6078, nunc 8780 insignitus (Catal. cod. m. s. Paris. l. laud.). Sed et is fragmenta tantum collectionis complecti videtur, siquidem nota *Adfixit* (108) prima est, notaque *Zebedo* ultima.

§. 342. Praestans et notatu omnino dignus est liber manuscriptus bibliothecae imperialis (olim Puteani), cui ante erat numerus 874, post 5512; nunc 8779 est inscriptus. Quem licet auctores indicis librorum manuscriptorum bibliothecae regiae (P. III. T. IV. p. 493) saeculo demum decimo exaratum esse putaverint; literarum tamen forma, vocabulorumque perversa separatio et conjunctio, nonum potius saeculum prodere videntur. Liber forma est quadrata, sed majori; atque unam et quadraginta complectitur plagulas. In plurimis paginis quatuor sunt columnae: in quibusdam tres. Quaelibet columna viginti duobus versiculis constat. Praefationis scriptio continua est, atque in totam paginarum latitudinem expanditur. Inscriptio et argumentum praefationis minio sunt ornata; titulus libri variis coloribus splendet. In ejus

fronte literis uncialibus scriptum est *Incipit de vulgaribus notis quomodo prius inventae sunt.* Hoc argumentum excipit Isidori de notis vulgaribus locus satis notus (§. 27), cui subjiciuntur verba *Explicit prologus de vulgaribus notis.*


§. 343. In altera pagina instituto suo praefatur auctor. Quae quidem praefatio quum in ceteris notarum collectionibus desideretur, orbique erudito adhuc sit incognita; ex ea nunc discere juvabit, quid illo, quo confecta est (§. 344), tempore de notis Tironianis judicarint homines. Id quidem dolemus, auctoris orationem omnino esse barbaram, tamque inconditam et impolitam, ut ad ejus sensum non ubique penetrare liceat. Argumentum praefationis hisce exponitur verbis. *Incipit prologuſ de notiſ Senicij et qualiter beatiſſimuſ Gregoriuſ Papa dictatoſ ſuoſ per notariorum ſcedulae recitare conſueuerat. Seu et quod temporibuſ Dauid regiſ notarii ſuiſſe deſcribuntur ſed et poſtea quod Baruch diſcipulum Hieremiae prophetae notarium fuiſſe aſſerunt.* Sequitur praefatio ipsa: *Hic quoque flagrantiuſ odorem ſuauitatiſ demonſtrat. hic floreſ et magniſ autoribuſ exagitat. O quam mira eſt profunditaſ eloquiorum dei.* (Beneficiis dei adnumerat facultatem hominum, cogitationes suas notis significandi.) *quam mira diſpenſatio* (gratia) *ſummi dei filii. libet et mihi et huic* (vires) *intendere uolo ſi poſſum referre* (conferre) *aliquid adiuuante domino. Igitur namque in quantum ſibimet jam crebriuſ reſponſione*

vera et aſſidue inter rogationiſ quae ſit plerumque legenti generarent ex ſatietate faſtidium. ego quidem dimiſſo capite meo pudore prohibeo (Etenim quantum crebriores responsiones ad assiduas interrogationes respondenti generent fastidium, ego quidem, demisso capite, pudore dicere prohibeor). *Quid igitur condempno* (contemno) *in quibuſ puer luſuſ* (tiro) *aliquid ex parte bene agnoſco aliquid neſcio. Hoc enim per noua ueſtigia rurſuſ ingredior emendare nolui ſi potuiſſem. hoc* (ad hos) *etiam apiceſ litterarum infanſ eram nec dum ſtilo ferreo in articuliſ meiſ non eram uſuſ ad ſua utilitate commoueri* (ut notas ad usum convertere possem). *Titubat manuſ. tremunt articuli. meo nunc nomine ea quae ſpoſponderam lingua mea crebriuſ ingerente* (quum meo nunc nomine ea, quae saepius ore spoponderam, tradenda sint). *ab ea quae ad utilitatem pertinet de hac arte agnoſco qualiſ ſit ejus affectuſ* (veram hujus artis naturam et indolem usumque nunc perspicio). *hoc ea que ſpoponderum opuſ uarieturum adnixa ſyllaba ut ordine ipſo magiſ clarent et quaſi per ſpecieſ* (Quod pollicitus sum opus ita variare institui, ut ex diversis notis syllabas singulas eruerem, easque suo quasque generi subjicerem, quo magis in hunc ordinem digestae illustrarentur) *et ſub nomine tullii lectione hac* (lectionem hanc) *deſigno. Libet opificeſ uniuſcuiuſque claritatem conatuſ nectere. Adhuc me in prolixitate ſeriem conſonantem adhuc crebriuſ in-*

gerentem, coepi memet ipſum multo ſudore perſtringere (Decet quidem auctores cujuslibet conatus, rem illustrare: in tanta autem rerum copia multum sudavi, ut seriem et nexum ingererem). *ſed cum ſciente adhuc me in profundis pelagi fluctibus mergi. Ipſo adiuuante ubi manet pietas uentoque uelociſſimo gubernatore quae digeſtum uſque ad portum perduxit* (Sed digerentem ea ac scientem ipse, in quo manet pietas, vento velocissimo ad portum perduxit). *Iamque iter coepi aliorum ueſtigia ſequi. hoc ſignum magnum laudiſ creatori quod ſuo populo magnum dedit auctorem. Bona quoque memoria gregoriuſ papa dictatoſ ſuoſ ſemper per notariorum ſcedolae recitare conſueuit* (Dictata sua semper ex notariorum scedulis recitare consuevit). *Unde ſatiſ miror. ó uos turnacenſeſ qui dicitiſ quod priuſ in ipſo loco fuiſſe notaſ compoſitaſ* (in vestra urbe notas primum fuisse compositas). *quomodo poteſt hoc eſſe. Nonne a temporibuſ dauid iam tunc temporis notarii fuiſſe deſcribuntur* (II Samuel. VIII. 17. Paralipom. XXIV. 6. 32). *Et poſtea quando hieremiam prophetam retruſum fuiſſe legimus in domum carceriſ a ſedechia rege iuda. Ibique reperitur in ipſiuſ uolumine quod baruch diſcipuluſ eiuſ ex ore ipſiuſ prophetae hieremiae per notariorum ſcedole multa excepit* (Jerem. XXXVI. 4) *et ideo notarius fuiſſe a plurimiſ aſſeritur. Unde obſecro uos ut non contra me inſanire uideamini* (ut me non habeatis insanum. Du Cang. h. v.). *ſed*

auctoritate noui ac ueteris testamenti obseruate (sed auctoritatem novi ac veteris testamenti agnoscatis). *Unde ergo multi sunt qui incipiunt et uolunt discere notas sed paucorum est gratia conferta* (sed paucis prospere successit). *Uidetur et enim mihi ars ista similitudinem tenere salicis iuxta aquas positam* (positae) *ut quomodo rami eius omni frutecta siluarum conligare atque constringere possunt* (quemadmodum rami ejus omne frutetum silvarum colligare ac constringere possunt). *Ita etiam ars ista omnem auctoritatem noui ac ueteris testamenti siue ortodoxorum patrum omnemque erudimentum fidei uelocissimae* (velocissime) *ualde excipere potest....* Interjectis similibus ex sanctâ simplicitate dictis pergit auctor: *Sed satis quam plurimi sunt qui in hac arte non se constringunt* (non omnem ponunt operam) *sed sunt quod graeci* ΤΡΜΫΝΤ (?) *dicunt ut puta aliquos plus odire* (magis odisse) *quam amare..... Discant igitur obtrectatores mei recipere quod in antea* (in antecessum. Du Cang.) *in sublimitate receperunt* (quod sub spe futurae amplificationis receperunt. Du Cang. v. sublimit.) *et interpretatione quoque mea nequaquam despiciant sequitur* (unde sequitur, interpretationem meam nequaquam esse despiciendam)..... *Cumque iam ad hanc artem aliqui conuolare se* (se ferri) *uiderint et initiauerit praeceptor quod ars ista sibi initium sumit* ╲ ΛΒ (ac praeceptor rudimenta inceperit a nota *Ab*) *aliqui contristant eo quod timent. alii gaudent eo quod*

amant. ſed cum iam ad medietate ſe conſcendere uiderint tunc qui priuſ contriſtabantur gaudent (Lucae VI. 21. 25): *ſicut dicitur. Non laudatur initium ſed finiſ. ſunt igitur aliqui qui dimittunt ad tertiam partem aliqui tamen ad medietatem et ſunt plurimi qui non dimittunt niſi ubi in fine dicitur* PLATEOLA (§. 349). *Et cum iam adiuuante dño Xp̄o remeauerint ad portum, tunc iam indeſinenter nolunt dimittere quod per totum anni ſpacium laborare uiſi ſunt. bene haec de ante* (Conf. Du Cange h. v. „Primum" hic significari videtur) *initium ſumit eo quod nota aſpiratio creditur, ideo non adnumeratur ipſa cum literiſ eo quod dicitur nota ut homo quomodo littera ut mihi. quae ut duabuſ ſyllabiſ ſignificare uidetur.* (Nisi restituantur notae Tironianae, quas librarius omisit, quasque in primo exemplo fuisse insertas verisimile est; haec periodus intelligi nequit. Dicere auctorem voluisse suspicor: „Bene hujus tractationis primordia capiuntur ab eo, quod „nota non sit litera, unde non litera sed nota appellatur. Ecquis „enim notas  — Homo,  — Mihi, quas constat duas sylla„bas complecti, literas dixerit?") *Recte duabuſ ſyllabiſ quae typum tenet in illiuſ perſona qui eaſ compoſuit demonſtrat. Cum hoc induſtrius expreſſum* (Duas tamen in utraque nota syllabas latere, bene tenuit is, qui eas composuit; inprimis quum majori olim industria exprimerentur). *Nihil ſapientia meliuſ nihil prudentia dulciuſ. nihil ſcientia ſuauiuſ. Obtrectant*

mihi homineſ plurimi qui artem iſtam non agnoſcunt et qualiſ ſit eius effectuſ neſciunt.... In fine praefationis adjiciuntur quaedam in tironum usum adeo difficilia exceptu, ut velocissimos etiam notarios vexarė possint, Ita enim pergit auctor: *Hic eſt dictatuſ per quem praeceptor uelociſſimo exceptore increpare poteſt. Sanctuſ ſator ſuffragator legiſlator larguſ dator iure pauluſ hiſ qui potenſ. Nunc in aethra firma petra. a quo creta cuncta freta. quia. pruſtra. ferunt fruſtra quando celuſ currit uelox. Cuius nomen. creſcit lumen. ſimul ſolum ſuper polum. praeci poſco. pro ignoſco. et hiacla thetra iacla trudit thetra. tua creta. qui capiſſe et ſeciſſe. In hac ſaxa ſarcaniſſa. Criſpo umbo meo lumbo. ſethutathra cedit latra. mox ſumenta. fraudolenta. pater parma. procul arma. arche uſthe, atechuſte. catapulta, cedit multa. almit ultrix. atque nutrix. fulcit manuſ. meat ſanuſ. corda re pro eo. quieſ eo. qui hiſ leo Xriſtuſ theo. dicam deo. gratiſ geo. ſum ab eo. reathe. radit re.* MODO RECOGNOSCAT INDOCTUS NOTARIUS PER HOC DICTATUM MAGISTRUM SUUM QUIA ADHUC DISCIPULUS EIUS EST  Sed et nos vexat insanorum verborum interpretatio. Facilius enim explicari possunt, quae notis Tironianis scripsit auctor „Hic est praeceptor „meus", quam inconditus et perplexus ejus sermo vulgaribus literis scriptus. Quantumvis autem perturbata et confusa sit ejus praefatio, materiam tamen dedit observationibus, quae sequuntur.

§. 344. Id quidem ante omnia probe tenendum, praefationis auctorem eundem esse, cui distinctionem syllabarum in collectione (26 — 31) atque ordinem seriemque notarum debemus. Ipse enim ait, se opus, quod spopondisset, adnexis syllabis immutasse, ut ordine notae magis illustrarentur, eo quod singulas quaslibet generi suo subjecerit. Quo jucundior autem notarum studiosis haec notitia esse debet, eo magis etiam quaerere attinet, quo tempore auctor ille vixerit. Isidori quidem locus, praefationi praemissus, documento est, illum non ante hujus, qui circa annum DXCV floruit, aetatem fuisse. Neque tamen dubitari potest, quin multo ante saeculum nonum vixerit. Quod quo minus verum sit, neque obstant versus Leonini (Muratori antiqu. Ital. III. 687), neque prohibet libri scriptura, quam saeculi noni esse dixi (§. 349). Namque autographum non esse, tum plures, qui in eo sunt, librarii errores, quibus sententia interdum plane mutatur, produnt, tum ipsa sermonis conditio. Nemo enim historiae linguae Latinae non ignarus saeculo nono hanc praefationem confectam esse censebit, quippe cujus barbarismi et soloecismi illos, qui in istius saeculi scriptis deprehenduntur, longe superent, septimumque potius redoleant saeculum. Quod quo magis perspiciatur, conferantur velim ea, quae speciminis causa ex quibusdam diplomatibus regum Francorum stirpis Merovingicae excerpta hic subjicimus. In charta anni DCXCII Chlodoveus III (Mabill. L. vi. 16. p. 473) ita loquitur: *Unde et ante dies per eorum noticias pari-*

colas ante domno Sygofrido Pontefeci placita inter se habuerunt, ut medio minse Aprile jam praeterito ipsi Ermenoaldus Abba apud tris homenis sua mano quarta ante ipso Pontefici, aut hoc conjurare debirit, quod ipso vuaddio de mano memorato Chainone Abbati nunquam adchramisset, nec hoc ei dare et adimplere spondedisset: quod se menime faciebat argento libras dece ad ipso diae ei dare debirit, cet. Audiamus et Chilpericum II, qui anno DCCXVI in diplomate quodam (Brequigny dipl. ad res Franc. spect. n. 287. p. 405) verba facit quae sequuntur: *Unde petit, ut hoc per nostra aucturetatem dinuo pro rei firmitatis circa ipso sancto loco, vel homenis, qui se cum substantia eorum ad ipsa basilica tradunt*, cet. Uterque, et horum diplomatum, et praefationis, stilus rudis et confusus eadem haud dubie antiquiora tempora prodit.

§. 345. Sed multo magis rem illustrat ratio, qua Gregorii Papae mentionem facit auctor. Illum tempore eo, quo hic scripsit, diem supremum jam obiisse, epitheton *Bonae memoriae* arguere videtur. Qui autem Gregorius is Papa fuerit, inde patet, quod eum simpliciter Gregorium dicit, nullo ejus nomini numero adjecto. Plures igitur eo tempore nondum fuisse ejusdem nominis Papas, sed unum tantum, qui postea cognomen *Magni* invenit, colligere licet. Neque in ullum Gregorium ante saeculum nonum res quadrat, nisi in illum, cujus tot hodie supersunt scripta.

§. 346. Salmasius (Epist. Ludg. Bat. 1656. L. I. Ep. 46. p. 101) refert, se ex praefatione libri antiqui intellexisse, notarum Tironianarum collectionem jussu cujusdam Gregorii Papae, quem *Magnum* fuisse ille putat, factam, eique dedicatam esse. Qui liber si idem fuit, atque is, in quo describendo nunc versamur, falsus est vir doctus: in eo enim neque *jussi* ullius, neque *dedicationis* ulla fit mentio. Sin alius; eadem fortasse collectio fuerit, quam *puerilem laborem* praefationis auctor dicit, et postea se emendasse profitetur.

§. 347. Ex eo autem, quod Gregorius M. anno DCIV diem obiit, Gregoriusque II anno DCCXV pontificatum occepit, cogitur, praefationis auctorem vixisse tempore inter annum DCIV et DCCXV interjecto (§. 348). Unde fortasse suspicari posset aliquis, Isidorum Hispalensem ipsum, qui plus triginta annis Gregorio M. superstes fuit, hujus collectionis auctorem fuisse, praesertim quod in principio libri positus sit locus ex illius scriptis (§. 342) sine ulla auctoris mentione. Ego vero huic sententiae minime assentior. Neque enim Isidori oratio adeo incomta est, neque notarum cognitione is imbutus fuit (§. 51). Praeterea (in *Originibus*) plurium notarum etymologiam habet prorsus diversam ab illa, quae in notarum collectione traditur. *Exilium* illi (Orig. V. 27) quasi *extra solum;* huic ab *Alo* (§. 329) est. *Iecur* ille (XI. 1) ab eo ducit, quod *ignis ibi habeat sedem;* haec a *Cor* (§. 380). *Arundo* illi est, quod *cito arescat* (XVII. 7); haec cum aspira-

tione profert notam *Harundo* (§. 379). *Minister* an a *manibus* sit, ille dubitat (X. lit. M); haec a *minus* ducere non haesitat (§. 380). Diversum igitur ab Isidoro fuisse praefationis auctorem, haud sine causa conjicio. Ex eo etiam, quod Tornacenses alloquitur, aliquam ei necessitudinem cum illis fuisse patet: neque tamen Tornaci eum habitasse, neque sua ibi scripsisse, inde liquet, quod, de ea urbe loquens, non *hic* dicit, sed verbis utitur *in ipso loco.*

§. 348. Quae quum ita sint, in alium neminem magis convenire videntur, quam in S. Eligium, plurium scriptorum auctorem; qui quidem episcopus fuit Noviomensis, idemque Tornacensis; et teste Sigeberto anno DCLXVI obiit (Valerii Andreae bibl. Belg. p. 201). Non inepte igitur conjicere mihi videor, hunc restaurasse notarum collectionem, quae pluribus additis atque intextis, ab aliis postea aucta fuerit.

§. 349. Neque enim eum notas invenisse, neque primum collegisse, tum ex eo patet, quod Tullio et Senecae earum inventionem et collectionem tribuit, tum ex eo, quod dicit, se aliorum vestigia secutum esse, syllabas adjecisse, notasque in meliorem ordinem redegisse. Hanc denique ejus collectionem tantam non fuisse, quanta nunc est Gruteriana, ex terminis constat, quos disertis verbis operi suo constituit a nota AB usque ad notam PLATEOLA, in quam desinunt etiam antiquiores hujus collectionis libri (§. 340. 343. 352).


§. 350. Praefationem excipit argumentum ipsius operis, venustis literis capitalibus scriptum, alternante versuum colore nigro rubroque. Est autem hoc: *In nomine dei summi incipiunt notae Senecae et Cyceronis gramaticorum secundum traditionem Tullii haec enim ars insatiabilis et illis qui uolunt uelociter cursimque ab ipsa aliis artibus mere scribendi excipere.* Quibus verbis fortasse declarare voluit: Haec ars, recondita et inexhausta, utilis etiam iis est, qui hoc genere scriptionis ea, quae in aliis disciplinis praecipiuntur, velociter cursimque excipere volunt. Praefationis scilicet locum intelligi vult, ubi *Ita etiam*, inquit, *ars ista* (notis scribendi) *omnem auctoritatem novi ac veteris testamenti, sive ortodoxorum patrum, omnemque erudimentum fidei velocissime valde excipere potest* (§.343).


§. 351. Incommode in hoc quoque libro accidit, ut rei omnino imperitus membranas colligeret. Perverso enim et praepostero ordine digestae et compactae sunt. Notam *Conjecit* (19) proxime sequitur *Immunis* (63), notam *Caetra* (186) nota *Claustrum* (83), notam *Archangelus* (99) nota *Quintus Scaevola* (190), notam *Damascum* (192) nota *Postulaticius* (7), notam *Sonorum* (118) nota *Gigans* (152), notam *In pampinum* (170) nota *Caetrejus* (186), notam *Labienus* (188) nota *Judith* (195). Ex alio etiam libro quaedam plagulae in hunc illatae sunt. Quo factum est, ut nota *Super* (subter) *notas*, atque omnes quae sequuntur, bis compareant (pl. 30 aversa, et 33).


§. 352. Eae notae, quibus dictiones uberiores, sive verbosiores, significantur, e. g. *Quousque tandem Catilina abutere patientia nostra; Quorum nomina subter videntur inserta; Optime de republica populi Romani meritus,* cet. ad calcem operis rejectae sunt, idque rectius commodiusque, quam in ceteris libris, factum esse censeo. Illas excipiunt nonnulla vocabula, quae non nisi medio aevo in usu fuerunt, atque in aliis collectionis exemplis desiderantur, ut *Uuadituo, Uuadriscapis, Concambiare, Staplo, Adrhamire, Per fistuca, Perandelando, Mallare, Fridus, Burina, Adsallire, Deraubare, Disvestire, Alleluja.* Sequitur  = *Hic finem faciunt notas,* i. e. hic terminantur notae. Agmen claudunt verba: *Expliciunt notae Senecae numero quinque Milia, finit vero Plateola.*

§. 353. Multa etiam, quae hoc libro continentur, ad meliorem notarum cognitionem faciunt. Ita, ut his utar exemplis, notae  , quibus alii collectionis libri apponunt significationes *Icum, Pericum,* in hac recte explicantur *Iniquum, Periniquum* ex quo praeterea colligere licet, antecedentem notam  quae apud Gruterum (2) *Ecum,* apud Vulcanium (de liter. Getar. 23) *Aetcum* explicatur, nil aliud esse, quam *Aequum.* Notarum significationibus mira interdum adscripta sunt epitheta et synonyma, atque animadversiones etymologicae prorsus singulares, ut hisce notis: Papa = *Admirabilis;* Lapis = *eo quod laedit pedem;* Larba (Larva) = *Incantator sive fantastica umbra,* cet.

§. 354. Praeter libros, quos modo descripsi, Parisiis quoque exstat fragmentum collectionis, duabus tantum plagulis constans, quae ad muniendum Isidori librum *de officiis ecclesiasticis* adhibitae sunt. Hic liber forma est majori, literis vulgaribus saeculi noni scriptus, ac signo W 180 notatus. Antverpia in bibliothecam imperialem translatus est. Fragmentum ipsum incipit a nomine *Nebuchodonosor*, atque in tertia pagina finit nomine *Rafael*. Quartae vero prima nota est *Clemens;* quam quae sequuntur aliae, non eodem ordine dispositae sunt, quo apud Gruterum leguntur. Quaelibet pagina tres columnas habet. Significatio perpaucis notis est adscripta.

§. 355. De notarum collectionibus satis quum dixisse mihi videar, pergam nunc ad describendos libros, quibus psalmi notis Tironianis scripti continentur. Illum quidem, qui Argentorati olim fuit, Guelpherbitum post migravit (Goebel de notar. §. 3. in Baring. clav. dipl. p. 198), videre nondum mihi contigit. Duos autem Parisiis inspexi. Alter in bibliotheca S. Germani fuit, nunc in imperiali asservatur, olim numero 661. 2. nunc 779 notatus. Idem ille liber est, cujus, licet obiter, Mabillon (52. 456) meminit. Montfaucon (bibl. bibliothecar. II. 1138) septimo saeculo eum attribuit; neque id injuria: certe pulcherrima uncialium, quae in eo conspiciuntur, forma tempora remotissima arguit. Initium deest. Incipit enim in psalmo quinto, finitque confessione fidei catholicae 



 cet. formulisque precandi.



§. 356. Alter liber, octonaria forma, olim numero 4626, nunc 1327 notatus, ex bibliotheca Puteani in imperialem transiit. Incipit a Psalmo 60; in ejusdem vero plagulae pagina aversa sequitur precatio dominica *Pater noster* ... usque ad *sed libera nos a malo.* Hanc excipit symbolum apostolorum. Deinde, interjectis etiam aliis, iterum comparent psalmi, quibus aliisque hymnis liber terminatur. Affirmant quidem auctores indicis Parisiensium librorum manuscriptorum (P. III. T. III. p. 103. N. 1327) saeculo XVI hunc librum scriptum esse. Sed falluntur. Antiqua enim a recentioribus discernere neglexerunt. Illis haud temere adnumero, quae usque ad plagulam 66 sunt scripta, in quibus unciales (e. c. in plagula 50) ea sunt forma, ut ne nono et decimo quidem saeculo pulchrior esse possit. Quae vero inde a plagula 66 sequuntur, ea multo post addita esse facile apparet.

§. 357. Jam vero illius etiam libri mentionem faciamus necesse est, ex quo Carpentier alphabetum suum Tironianum sumsit. Is quidem ab auctoribus indicis librorum manuscriptorum Parisiensium P. III. T. III. p. 319. 320) saeculo decimo assignatur. Ego vero, quum non omnia, quae eo continentur, eodem tempore scripta sint, certe maximam ejus partem saeculo nono exaratam fuisse, affirmare ausim. Tironianae scriptioni proprie non erat destinatus; quod facile intelligent, qui animadverterint, vacuis

tantum paginis notas Tironianas esse inscriptas. Attamen ipsarum notarum causa dignus est, qui magni habeatur, curatiusque describatur. Festivae olim bibliothecae Colbertinae decus fuit, indeque in regiam, nunc imperialem migravit, olim numero 4593, tum 4323, nunc 2718 signatus. Centum quadraginta plagulas complectitur, forma minori sed transversa. Membrana flavescit; rubescit atramentum. Vulgaribus literis scripta sunt excerpta quaedam historica, quae in prima plagula incipiunt verbis: *In consolaribus namque legitur Teodemirum regem Francorum filium Rigimiri; De huius stirpe quidam merouenm regem fuisse adferunt cuius fuit filius hildericus rex francorum*, cet. Haec excipit argumentum, quod in plagula secunda legitur: *Hoc codice continentur expos beati Aug pi in epist sci Joh.* cet. Ipsa scriptura inde ab initio usque ad plagulam sextam haud dubie saeculi noni est; plagulae vero sextae et sequentium usque ad decimam, saeculi duodecimi. Inde a plagula undecima usque ad libri finem antiquiorem illam scripturam rursus deprehendimus. In plagula 59 legitur: *Incipit liber de definitionibus ecclesiasticorum dogmatum sci Augustini epi*, cet. In plagula 73: *Cap. I Vbi telonea exigi et ubi non exigi debeant*, cet. In plagula 76: *Diuisio imperii Hludouuici inter dilectos filios*, cet. In plagula 81: *Incipiunt Cecili Cipriani de opere et eleemosinis*, cet. quae quidem commentatio continuatur in plagula 86. Plagulam 112 occupat *Omelia sci Maximi epi in natale beati marty-*


rif Stephani, cet. Plagulae 134, ceterisque usque ad libri finem, varia sunt inscripta, quae enumerare omnia longum sit.

§. 358. Ea vero majoris facio, quae notis Tironianis scripta inde a plagula 72 in hoc libro reperiuntur. Diplomata inprimis sunt Ludovici Pii, quae quidem Carpentier non ea serie, qua in libro ipso leguntur, disposuit. Ejusdem imperatoris capitulare, quod Carpentier pagina secunda et sequentibus imprimi curavit, in libro manuscripto plagulam 78 duasque sequentes occupat. Diplomata illa a notariis ex ore cancellarii Tironianis notis hic primum excepta, deinde literis vulgaribus ex hisce schedis nitidius exscripta fuisse, inde colligo, quod in margine saepius (e. g. pl. 78, 80, 84, cet.) notam reperi  i. e. *Scriptum.*

§. 359. In adversa plagulae 125 parte chartam reperi notis Tironianis scriptam, quam a Carpentiero ideo omissam esse verisimile fit, quod ejus characteres penitus fere evanescunt. Incipit:

 enoch  i. e. *Omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris notum sit, quod quidam homo nomine Enoch innotuit celsitudini nostrae, eo quod pater*, cet.




§. 360. Nullam vero difficultatem habent notae, vulgaribus literis passim intermixtae, quibus (inde a plagula 127 usque ad 134) scripta est Johannis Chrysostomi *de compunctione cordis* ad



Demetrium epistola. Quo magis mireris, Carpentierum obiter tantum ejus mentionem facere in praefatione (p. VIII): Dictatam esse hanc commentationem, apparet ex multis, qui in ea reperiuntur notarii oscitanter audientis erroribus. Initium epistolae hoc est:





Haec ita legas: *Incipit liber sancti Johannis episcopi Constan-*

tinopolitani de cordis compunctione ad Demetrium. Cum te intueor beate Demetri frequenter insistentem mihi omnique vehementia exigentem de cordis compunctione sermonem, admiror valde et beatam judico sinceritatem mentis tuae, atque animi puritatem. Neque enim possibile, in hujusmodi sermonis venire desiderium, nisi primum qui semel ipse purgaverit a vitiis atque omnibus saecularibus curis, superiorem sese celsioremque constituerit; cujus rei judicium haud difficulter adsumitur inde praecipue, quod si quis (pro *quos*) *forte amor horum exigua ex parte saltim contigerit, tanta in eis repente efficitur commutatio, ut confestim terrena relinquere atque ad caelum contendat* (pro *contendant*), *et velut molestissimis quibusdam vinculis saeculi scilicet curis animam resolventes volatu celeri ad propria eam redire sinant, et ad cognita recurrere. Sed hoc aliis fortasse raro accidit: te autem o venerabile caput certum est indesinenter hoc igne succendi.*

§. 361. Iis etiam, quae vulgaribus literis in hoc libro scripta sunt, passim adjectas vidi in margine animadversiones atque argumenta, notis Tironianis notata, ut (pl. 117)  (i. e. *Definitio ratiocinationis*); (pl. 118)  (Qui *hoc loco pro* Unde *accipiendum est*); (eadem aversa)  (*Faciem, de*

diversa animi mutatione locum quaerentibus designatum); (pl. 119)  (*Definitio rationis*); (eadem aversa)   (*Alibi fieri non posse*), cet.


§. 362. Praestantissimum hunc librum Parisiis ego contuli cum Carpentieri alphabeto Tironiano. Quae quidem collatio, quamquam eam non nisi festinanter instituere potui hospes in amplissima urbe, abunde tamen me edocuit, Carpentierum notarum figuras neque ea, qua par erat, cura delineasse, neque diplomatica (ut ita dicam) diligentia explicasse, quin etiam perverse nonnumquam intellexisse. Illud quidem declarant notae, quae ab eo prorsus deformatae, ad autographum ita sunt refingendae:  . — *Eleemosyna*, *Famulantum*, *Conjuge*, *Proleque* (omnes unius tantum versus septimi p. 22);   = *Imperii* (ibid. v. 8), *Urbis* (p. 34. v. 25), *Scriptorum* (36. 3), *Fidejussores* (40. 28), *Luce* (42. 2), *Celsitudini* (50. 18), *Sicut* (50. 27. f.), *Pars* (50. 29), *Opportunitate* (52. 23), *Voluerint* (52. 23), *Vasallo* (non *Referendario* 54. 21), *Kalendas Novembres* (56. 30), *Promovendum* (66. 19), *Ejus* (74. 21), *Deinceps*, *Memoratus* (74. 24), *Futura* (74. 26), *Tempora* (74. 27), *Vigoris obtineat* (84. 10), *Manu*, *Subscripsi* (86. 15), *Praestantissimi* (86. 16), *Abbatissa* (86. 19), innumeraque alia exempla. Plura

etiam menda ubique repetuntur, ut in vocabulo *Futurum* prima syllaba  pro .

§. 363. Neque debitam in notis explicandis diligentiam Carpentierum adhibuisse, ac ne primis quidem artis elementis institutum (§. 297. 298. 106) ad rem gerendam accessisse, inde patet, quod vim et potestatem notarum hariolando tantum assequi studuit, de literis syllabisque in iis latentibus minime laborans. Quo factum est, ut tachygraphorum orthographiam prorsus non attingeret (§. 297. 298), neque menda a festinantibus commissa, animadverteret, quin etiam a vero abhorrentes significationes notis saepe tribueret. Id quidem pluribus exemplis ex eo libro sumtis probare possem, sed pauca tantum proferam. In tabula prima notam quintam explicat *Amittat*, quae vere significat *Amittant*. Causa erroris facile intelligitur. Eam scilicet notam sumsit ex capitulari Ludovici Pii (6. 26), ubi sensus quidem postulat, ut legatur *Amittat*, vere tamen scriptum est *Amittant*; quod minime intellexit, quoniam terminationes  — *ant* (§. 269) atque  — *at* (§. 300) discernere non potuit. Praeter hanc notam, in prima alphabeti tabula aliae etiam notae sunt, quas male legit, ut *Adjutores*, pro *Adjutoribus*; *Aquisgrani*, pro *Aquisgranis*; *Alius*, pro *Alienus*; *Judicium*, pro *Judiciarium*; *Karolus*, pro *Karoli*. Ita in ceteris quoque multipliciter errat. Exemplo sit Capitularii pagina prima, in qua una tredecim animadverti errores, (vers. 3) *pervolant*, pro *pervolarint*; (vers. 4) *operari*, pro *ope-*

rare; (vers. 14) *gubernacula*, pro *gubernaculis;* (vers. 16) *justitia*, pro *justitiae; pietate*, pro *pietatis; humilitate*, pro *humilitatis;* (vers. 18) *sacris*, pro *sanctis; hortus*, pro *ortus;* (vers. 29) *imitari*, pro *imitare;* (vers. 30) *prospexissemus*, pro *perspexissemus; emendaretur*, pro *emendare;* (vers. 31) *hactenus*, pro *actenus.* Jam enim non laboramus de tachygraphorum erroribus; sed hoc solum agimus, ut, quae notis vere insunt, explicemus. Majoris etiam momenti in Carpentieri interpretatione menda sunt, quibus sententia prorsus aliena exsistit. Ita apud eum legas: (p. 5. v. 4) *ritibus*, pro *justitiis;* (9. 7) *inconsulta*, pro *inutili;* (11. 25) *nondum*, pro *nec dum;* (17. 6) *stant*, pro *sedent;* (17. 7) *procurarent*, pro *procurassent;* (17. 8) *paganus*, pro *noviter;* (17. 9 et 10) *posset*, pro *potuisset;* (17. 11.) *innotuit*, pro *adserit;* (ibid.) *confectum*, pro *completum;* (17. 19) *superstantibus*, pro *supersedentibus;* (17. 20) *iidem*, pro *idem;* (25. 16) *desidiam*, pro *desipientiam;* (ibid.) *funditus*, pro *pontificum;* (31. 3 et 32) *nullatenus*, pro *neque;* (37. 3) *supplicem*, pro *supplicationes;* (37. 10.) *interpellationem*, pro *inquietudinem;* (41. 20) *animadversione*, pro *administratione;* (53. 26) *subsignavimus*, pro *subscribere;* (57. 30) *Kalendas*, pro *Kalendas Novembres;* (87. 16 et 17) *firmantibus*, pro *Kalendis*, cet.

§. 364. Plurimum vero lapsus est vir doctus, ubi ex tenore diplomatum verborum sensum conjectura assequi non potuit. Exempla habes in nominibus propriis: (49-27 et 51-4) *Magna-*

rius, pro *Meginarius;* (57 - 29) *Suizgardus*, pro *Suizgarius;* (67 - 6) *Lansulmi*, pro *Anselmi;* (85 - 12) *Haimannus*, pro *Haimo*, cet. Eandem ob causam maxime erravit, ubi in diversas chartarum formulas incidit, ex quibus notas explicare tentavit. Documento sit charta tricesima octava, quae ex genere est earum, quas *tractorias* appellant. Quam quum ex solis formulis usitatis interpretatus est, potestatem notarum minime curans, temere atque inconsiderate admodum (67. 19 et 20) vertit: *in fiscum promovendas et varias redibitiones exigendas;* ubi debebat vertere *ad exercitum promovendum et heribannum exigendum;* et paulo post (67. v. 21) notas  X legit *quindecim ova*, pro *ovem* X (i. e. *ova decem;* lapsus enim est notarius, terminationem  substituens in locum h). Ita etiam ex perperam delineata et hariolando perverse explicata nota  (54. 21) Lothario, Ludovici imperatoris filio, *Referendarium* attribuit (98), qui numquam fuit; siquidem nota illa significat U(*a*)S*lo* — *Vasallo*, ex nota  — UAS. — *Vassus* (186. c) repetenda. Ad chartam quadragesimam octavam animadvertit (104): *Errore oscitantiave notarii vitiatum est hujus chartae exordium, cujus, notis sincere licet expressis, obscurus nihilominus intricatusque est sensus.* Ipsas vero notas, quamvis accurate expressas, nequaquam accurate legit, vertens: *Quoniam regiam et imperatoriam dignitatem nihil aeque ac pietas et misericordia decere cognoscitur, non solum tantum a regibus et imperatoribus*

sunt commendandae, et legibus restauratis committendae, quantum miseri et violentiam passi sublevandi. Etenim vera earum interpretatio haec est: *Qui regimus, et imperatoriam dignitatem nihil aeque ac pietas* (pietatem) *et misericordia*(m) *decere cognoscimus, non solum tantum* (non tantum) *a regibus et imperatoribus sunt canones* (canonibus) *et legibus rebellis* (pro *rebelles*) *comprimendi, quantum miseri*, cet. Haec quidem non nisi pauca sunt specimina ex multis, quae referre omnia neque vacat, neque libet. Atque eosdem errores suos fecit Bouquet, qui ex Carpentieri libro chartas ad verbum inseruit suae diplomatum collectioni (Rer. Gallicar. et Francic. scriptor. Paris. 1738).


§. 365. Vere dolemus, plurimos libros, qui notis Tironianis scripti in bibliothecis latent, non nisi psalteria, scripta de rebus sacris, opera Patrum, aliaque hujus generis continere, quae cognoscere haud multum interest virorum doctorum. Sunt tamen majoris momenti alii libri Tironiani, ut Parisiensis ille, quem modo commemoravi, Hyginus de sideribus, atque Isidorus in bibliotheca Vaticana (Isid. op. ed. Arevali III. 36). Quodsi auctorum classicorum opera hisce notis scripta ex tenebris, in quibus forte jacent, aliquando in lucem proferentur, quos, obsecro, philologi fructus ex lectionum varietate percipient, quum, notas ipsis literis vulgaribus saepe clariores distinctioresque esse, compertum habeamus (§. 323 seq.). Ista mecum reputans non sine magna voluptate


ex Gruterianae collectionis adpendice didici, Bongarsium quondam habuisse Curtii librum manuscriptum, cui sub finem et variis ad marginem locis notae Tironianae adscriptae fuerint. Quae quidem quales sint scire quum vehementer cuperem, diligentius investigare coepi, quae librorum Bongarsii fata fuerint. Atque ex Freinshemii commentario ad Curtium (Prolog. C. III) intellexi, eos omnes Bernam Helvetiorum migrasse; certiorque factus, ex Fabricii bibliotheca Latina (ed. Ernest. II. 345), ipso illo Curtii libro, qui saeculo decimo scriptus est, Bernensem bibliothecam publicam nunc ornari, illico ab ejus praefecto petii, ut desiderium meum literis explere haud gravaretur, quum multa obstarent, quominus Bernam proficiscerer. Exspectationi humanissime respondit Tscharnerus, vir perquam liberalis. Misit enim specimina harum notarum, quas, licet ipse hoc scriptionis genere non imbutus esset, mirum in modum ad omnes apices accuratissime ita delineaverat, ut nullo negotio eas intelligerem.

§. 366. Sed, ut est in proverbio, carbonem pro thesauro inveni. Quas enim in margine esse variantes lectiones speraveram, iis tum eadem redduntur notis Tironianis, quae literis vulgaribus scripta liber habet, ut (ad L. IV. 4. 18)  = *Denuntiatio;* (ad L. V. 12. 10)  = *Perosus;* (ad L. V. 13. 12)  = *Pulveris;* (ad L. VI. 9. 28)  = *Sine nomine;* (ad L. VIII. 3. 15)  = *Gratiam mae(e)riti;* (ad L. VIII. 6. 8) 


= *Data fide et accepta;* (ad L. VIII. 8. 12) = *Avaritiae;* (ad L. IX. 2. 9) = *Avaritia gloriae insatiabilis cupido famae;* (ad L. IX. 6. 12) = *Interceptum;* (ad L. IX. 8. 12) = *Dorsa testudinum;* (ad L. X. 2. 3) item: *Interceptum;* (ad L. X. 7. 4) = *Plenus lacrimarum;* (ad L. X. 9. 7) = *Contemplatio publicae felicitatis;* (ad L. X. 10. 11) = *Traditum magis quam creditum refert*, cet. tum mutatis tantum casibus vel temporibus, Curtii verba vel repetuntur, vel magis contrahuntur, ut (ad L. VIII. 6. 22) = *Duos alteros;* (ad L. IX. 6. 17) = *Grates habeo;* (ad L. IX. 6. 19) = *Obscura et ignobilis senectus;* (ad L. IX. 7. 19) = *Hasta ipsius;* (ad L. IX. 7. 24) = *Amittere amovere;* (in fine L. IX) = *Luxuria et crudelitas;* (ad L. X. 2. 4) = *Trajicere.*


§. 567. In fine denique Curtii singulorum librorum initia notis Tironianis, quibus literae vulgares admiscentur, ita sunt scripta:




 i. e. *L. III. Inter haec Alexander ad conducendum ex* Peloponneso *militem quodam* (ita notatum est pro nomine *Cleandri*) *cum pecunia misso Alexandri magni Macedonis* (nisi vera notarum figura sit  i. e. *Lyciae Pamphyliaeque*). *Liber IV explicit, incipit IV.* Dar. *Liber V. Quae interim . . n. Liber VII.* Philotan. *Liber VIII. Alexander. Liber IX. Alexander tam memorabili . .* (Observes velim in nomine Alexandri literam Λ truncatam, pro ea, quae in ceteris ejusdem nominis notis est, h). . (Liber) *X. Hisdem fere temporibus* . . . Ex quo indice praeterea constat, in hoc etiam Bernensi libro manuscripto neque duos priores Curtii libros, neque finem quinti superesse.

§. 368. In eodem libro Curtium excipiunt alia ad illum minime pertinentia, ut *notitia provinciarum*, cet. Extremi sunt versus quidam, exarati notis Tironianis, quas subjicio, forma tamen multo majori, quam in libro ipso comparet:




met'
obſoleſcit




Haec ita legas: (vers. 1) *Nemo fideliter diligit quem fastidit nam et calamitas querula est et superba felicitas.* 2) *Non ignores arbores magnas diu crescere una hora exstirpari Stultus est qui fructus earum spectat* 3) *altitudinem non metit* (sic) *vide dum* (sic) *ad cacumen pervenire contenderis cum ipsis ramis quos* 4) *comprehenderis decidas Nihil tam firmum est cui periculum non sit etiam ab in valido* (sic) *nihil* 5) *tam alte natura constituit quo virtus non possit eniti. Male humanis ingeniis natura consuluit quod* 6) *plerumque non futura sed trans acta* (sic) *perpeudimus. Inter obsequia fortunae in canta* (sic) *mortalitas est.* 7) *Perpetuum malum regis* (sic) *adulatio quorum opes saepius adsentatio quam hostis evertit Hominem consequitur aliquando* 8) *numquam comitatur divinitas. Regum ducumque clementia non in ipsorum modo sedetiam in illis* (sic) *qui parent ingeniis* 9) *sita est. Obsequio mitigantur imperia ubi vero reverentia excessit*

animis et summa imis confundimus 10) *vi opus est ut vim repellamus. Non est diuturna possessio in quam gladio inducimur.* 11) *Beneficii gratia sempiterna est. Insatiabilis avaritiae est adhuc implere velle quod jam circumfluit.* 12) *Saepe quod falso creditum est veri vicem obtinuit. De Alexandro dictum semper bello quam post* 13) *victoriam clarior. Eximiam gloriam saepius fortunae quam virtutis esse beneficium. Nihil* 14) *magis quam fama timenda perfidiae. Spernitur imperium ubi* MET*us acrius imperare* 15) *coepit. Omnia fama tradente majora sunt vero. Flumen quo latius fusum* 16) *est eo placidius stagnat Ubi paria sunt periculum ac praemium et secundis rebus amplior fructus* 17) *est et adversis solacium majus. Cito gloria* OBSOLESCIT *in sordidis hostibus* 18) *nec quicquam indignius est quam consumi eam ubi non possit ostendi. Saepe minus* 19) *est constantiae in rubore quam in culpa. In tumultu tarda est festinatio. Nulla potentia* 20) *scelere quaesita est diuturna. Res secundae valent commutare naturam et raro quisquam erga* 21) *bona sua satis cautus est. Militaris sine duce turba corpus est sine spiritu. Nullum* 22) *profundum mare nullum vastum fretum tantos ciet fluctus quantos motus multitudo habet Nemo est* 23) *ei satis fidus quem metuit. Gratiae spem cito abrumpere properantium ad bellum civile* 24) *est. Cum pluribus corpus quam capit oneratur cetera membra deficiunt. Imperium quod*

25) *sub imo stare potuisset dum a pluribus sustinetur ruit. Sordent prima quaeque* 26) *cum majora sperantur.* (In versu octavo, qui in libro manuscripto est sextus, super verba *Regum ducumque clementia* positae sunt notae  i. e. *Verba Alexandri respondentis.*) Habes nunc explicationem notarum, quarum meminit (§. 365) Gruterus, quasque interpretari nemo adhuc est aggressus. Neque verum viderunt, qui Bernae degunt, viri docti, quum ad Curtium hasce notas non pertinere putarent. Etenim qui hunc legerit, facile intelliget, Tironianis illis notis flores sive locos communes contineri, ad verbum fere ex Curtio excerptos et collectos.

§. 369. In Breviario Alarici, quo quidem libro praestantiorem vix esse ullum mihi persuadeo, praeter vulgares literas, Tironianas quoque in margine notas animadverti. Caveant tamen hujus scriptionis imperiti, ne ea, quae *cursivis* etiam literis ibi adnotata sunt, cum notis Tironianis confundant. Quod quidem accidit viro ceterum doctissimo, qui hunc librum evolvens in extrema paginae cujusdam ora mihi haec ostendit:



Tironiana esse putans quae ex vulgaris scripturae genere sunt. Sic enim ea legas: *Decau toetn om i rato,* i. e. *De cauto et*

rato. Namque literae *nomi* (nume) per puncta superimposita deletae sunt. Ex vulgaribus his literis adeo detortis et obscuris simul intelligitur, multo etiam difficilius esse explicare quae Tironianis notis eo tempore sunt notata; praesertim quum omnino barbarus sit sermo eorum, qui animadversiones suas ad marginem apposuerunt. Speciminis loco sint notae



quae, nisi me omnia fallunt, sic explicandae sunt: *Collationes eorum qui convadarent* (convadarentur. v. Du Cang. v. Convadari) *vel adire noluerent* (nollent). Quo autem loco haec adscripta sint, notare neglexi. Praeterea in pluribus paginis notam  i. e. *Commemoravi*, in margine positam reperi. Haec quidem festinanter a me excerpta sunt, primum quum Herbipoli, deinde quum Monachii versarer, quo nunc translatus est ille liber. Nullus vero dubito, plures me explicaturum notas majoris forsitan momenti, si commodior ejus usus mihi aliquando concedatur.

§. 370. Hactenus de libris, qui notis Tironianis scripti vel ornati in bibliothecis servantur. Uberius nunc, ut erat propositum, explicabimus usum, quem palaeographis adfert notarum cognitio, vel ad ea, quae vulgaribus literis scripta sunt, diligentius investiganda. Plures enim his immixti sunt characteres, quos non nisi ex notis explicare licet. Documento sunt quae circumferuntur collectiones siglarum ac notarum juris, in quibus indubia

Tironianae scriptionis vestigia reperiuntur. Ita explicandas esse censeo

ex notis Tironianis	notas vulgares
(101)	— *Duo* (Sert. Urs. 658. 665).
(46)	— *Lex* (Id. 798).
(10)	— *Dixit* (Gothofr. 1483. Fabretti 278).
(2)	— *Cum* (Nicolai de sigl. 66).
(40)	— *Contra* (Gothofr. 1481).
(1)	— *Inter* (Id. 1461. 1487).

Atque vocabulum — *Xidus*, quod Petrus Diaconus (Gothofr. 1526) habet, fortasse pro *Sidus*, vel quidquid sit, ex X et syllaba Tironiana — *id* compositum esse videtur. In aliis etiam compendiis Tironianae syllabae, literis vulgaribus adjectae, facili negotio discernuntur, ut — A*m* (§. 262) in — *Quamquam* (Coleti notae et sigl. 435), N, PO — *Nusquam*, *Postquam* (Sert. Urs. 880. 908); — *At* (1) in PT — *Platea* (Sert. Urs. 906); — *Or* (§. 266) in — *Honor* (Gothofr. 1486); — E*s* (6) in — *Dies* (Lupi epit. Severae 50). Nemo vero quisquam characterem , qui est in lapide quodam, (Sert. Urs. 1087) explicare poterit *Cajae*, nisi Tironianae syllabae — *Ca* (26) rationem habuerit.

§. 371. Ita etiam, quum inscriptiones antiquas diligentius investigaveris, in alia incides, quae speciem habent notarum Tironianarum, ut UZ = *Videlicet* (Montfaucon. diar. Ital. 9), quod notae Tironianae (41) originem debere utique videtur. Trita in lapidum titulis vocabula *Centurio*, *Centuria* notantur signo 7, ut videre licet in hac inscriptione:



(*Legionis primae adjutricis* centuria *Lucii Flavii Pudentis*). Hujus quidem signi nulla similitudo esse videtur cum ejusdem vocabuli Tironiana nota (75). Propius autem accedit, quae nondum ita deformata est figura, idem vocabulum in lapidibus significans (Sertorius Ursat. 1021).

§. 372. Neque a Romanorum notis, quas vocant mensurales (Eisenschmid de ponder. 148), Tironianam quandam abesse speciem, docebit collatio notarum

Mensuralium et *Tironianarum*

(147*) — *Sextarium* (rius).

(147) — *Quartarius*.

(147) — *Cyathus*.

§. 373. Errores, in quos passim inducuntur, qui veteres characteres explicare student, saepe ab iis tantum animadverti possunt, qui Tironianae scriptionis sunt periti. Ex Joannis Baptistae Porta de occultis literarum notis libro (I. 3.) Sertorius Ursatus (798) ad literam L adnotat, *veteres, quum pueritiam denotare vellent, (Λ) lamda litera usos esse.* Neque Ursatus rem uberius explicat, neque quisquam erit unquam, qui siglae hujus rationem reddat, nisi cui nota  — *Pueritia* (56) in mentem venerit, quam, quum forte leviter adumbratam videret Porta, Lamda esse putavit.

§. 374. Tironianae scripturae cognitio praesidii aliquid praestat ad explicanda scribendi compendia medio aevo usitata, in quibus Tironianarum notarum reliquiae non raro comparent. Licet enim non omnia, quae a viris doctis (Gatterero elem. 80. §. 70. Grubero syst. 1. 142. §. 29) proferuntur, huc pertineant, quippe qui vulgaria scribendi compendia vocabulorum *Autem, Deus, Omnibus, Etenim,* cum Tironianis confundant; minime tamen negaveris, multa alia, ut  — *Et, Us, Runt, Con,* tam in inscriptionibus (Inscr. ant. basil. S. Pauli p. xix. n. 252), quam in libris, atque in chartis, quae medio aevo vulgaribus literis exaratae sunt, saepius reperiri. Alia in eisdem compendia similem saltim originem produnt, ut  — *Ejus* (Mab. 351. Tab. IV. f.), quod Tironianae notae  omnino respondet;  — *Enim* (ibid. et Walther lex. dipl. 442), quod a nota  Tiro-

niana non multum discrepat; ÷ = *Est*, quod ex nota ▬• ortum esse videtur. Atque etiam Longobardicum et Saxonicum ℏ' = *Autem* (Nov. op. dipl. II. 388. III. 544), licet a Tironiana nota ⋎ (5) longe recedat, non nisi ex hoc scribendi genere illustrari potest, quum prima illius compendii litera h = A vere Tironiana sit; atque illud, si primus character ita explicetur, cum Romanorum scribendi compendio A7 = *Autem* (Putsch. 1665) plane congruat.


§. 375. Duo sunt potissimum, ad quae philologis diligenter cognita et perspecta literarum in antiquis scriptis forma proficere possit. Alterum, ut de aetate librorum quorundam manuscriptorum certius judicent. Etenim in quo libro notas Tironianas adhibitas viderint, eum post saeculum decimum non exaratum esse, persuasum sibi habere possunt (§. 55); nisi notae non simul cum ceteris in eo literis, sed insecutis demum temporibus scriptae et fictae fuerint (§. 356). Quod autem quidam dicunt (Gatterer dipl. pr. Tab. XII. 25), libros notis Tironianis scriptos saeculo nono antiquiores non exstare, id quidem de iis tantum accipiendum est, quos norant: siquidem notarum usus longe antiquior nobis est probatus (§. 40. 48). Alter, qui a philologis inde percipitur, fructus is est, quod variantium lectionum causas facilius perspicient. Qui enim scriptoris locum corruperunt librarii, vel auditu vel visu sunt decepti: illo, quum dictata male audirent; hoc, quum non caperent, quae ante oculos habebant. Quorum

neutrum si fieri potuisse videatur, erroris causa vix intelligitur; neque cur librarii culpam sustineant, neque quomodo auctores ipsi excusandi sint, ulla ratio excogitari poterit. Quae tamen ratio dilucide perspicitur, si notis Tironianis prima exempla scripta fuisse ponimus. In Pandectis Florentinis e. c. (l. 16 ad S. C. Treb.) legitur *Susceptam*, pro *Suspectam*, quae notis Tironianis  = *Susceptam* (16*),  = *Suspectam* (43*) exarata vocabula facillime confunduntur. Ita quod ex vocabulis *Judex* et *Vindex* alterum pro altero interdum substituitur (Drackenborch ad Sil. Ital. V. 456), ex scriptionis Tironianae ratione, qua in nota  literae I anteponitur V, atque VIX scribitur, pro IVdeX (34), optime intelligitur.

§. 376. Sed veniamus ad ea, quae orthographiam spectant. Quo autem clarius ostendamus, quem usum habeant notae ad melius cognoscendam veterum scribendi rationem, quaedam vocabula, praeeunte Cellario (in libro de orthographia), proponamus, eaque cum notis Tironianis conferamus.

ARVNDO. Adspirationem improbat Schurzfleischius, licet in Plinii libro manuscripto reperiatur *Harundo*. Atque haec ipsa est scriptio Tironiana  = H(*a*)R. (170). ASPORTO, quasi *Absporto*, excluso B auctore Prisciano.  = A(*s*)P(*r*)*at* = *Asportat* (11). ATILIA, gens Romana, uno T libri, lapides, et numi.  = A(*t*)L. = *Atilius* (185). ATQVE, conjunctio: olim etiam *Adque*. Tironiana nota  (2) utroque modo legi


potest. Namque , quod cum litera — Q conjunctum est, tam *at*, quam *ad* significat (§. 300). ATTIVS diversus ab *Acio.* — A(*t*)T. — *Attius* (185). AVLA veterum fuit pro *Olla*, non *Aulla*. Transpositis literis — ALV*a* (168). BOSPORVS, *Bosphorus.* Utraque scribendi ratio suos habet auctores. Alia est in nota — BF. — *Bosforus* (178). BVCCINA, *Bucina.* Vulgatum est prius, Manutius tuetur posterius. — B(*u*)C(*i*)*a* — *Bucina* (173). BYZANTIVM, alii *Bygancium.* — B(*u*)G*um* — *Bygancium* (138). CAECILIVS cum AE. — C(*ae*)L. — *Caecilius* (179, c). CAECINA per AE et simplex N. — C(*ae*)N. — *Caecinius* (179). CAECVS per AE, non OE. — C(*ae*)C. — *Caecus* (179); vel etiam — CE. — *Cecus* (76). CAEPIO, cognomen Serviliae gentis, cum AE. — C(*ae*)Po. — *Caepio* (186). CAESENA ex libris ac veteri inscriptione docuit Manutius, contra Turnebum et Victorium multa disputans. — C(*ae*)SN. — *Caesenius* (186). CAESETIVS cum AE. — C(*ae*)S. — *Caesetius* (186). CALENDARIVM. Libri veteres et Pandectae habent *Kalendarium.* — *Kalendae* (108). CALIDVS, pro *Caldus.* — K(*a*)L(*i*)*um* — *Calidum* (113). CAMERA, *Camara*, Gr. *καμάρα*· unde Verrius Flaccus (ap. Charis. 1) posterius praefert. Sed A transiit saepe apud Latinos in E. — CM(*e*)*a* — *Camera* (163). CEPE, an *Caepe* scribendum sit, dubitat Noltenius. Si vero *Caepio*, cognomen, inde factum

est, quod omnes concedunt, nullus dubitationi locus relinqui videtur. Licet autem *Caepio* cum diphthongo in notis Tironianis sit;  — C(*e*)P — *Cepe* (14) tamen cum *e* simplici in iisdem esse opinor. CIRCVIRE, melius *Circumire.*  — C(*ircum*)-*it* (21). CIVS, non *tius*, scriberem, inquit Manutius, in derivatis, aut a supinis, aut a nominibus. Equidem in notis Tironianis id constanter factum esse animadverti, ut   — *Editicius*, *Dediticius* (20), *Emticius* (44), *Patricius* (55), *Novicius* (57), *Tribunicius* (61), *Contemticius* (72 ?), *Devoticius* (79), *Adventicium* (148), cet. CLYPEVM et *Clupeum*, utrumque veteris Latii fuit.  — C(*u*)P-*lum* — *Clupeum* (126). COELIVS, gentis Romanae nomen, per OE in plerisque monimentis.  — C(*o*)L, — *Coelius* (186). COEPI, *coepisse*, *coeptus*, per OE in oratione Claudii. In Ancyrano autem marmore per AE.  — C(*o*)P*it* — *Coepit* (145). COLLEGA, non *Conlega*, ait Manutius. *Conlega* tamen a priscis saepe usurpatur.  — C(*on*)L — *Conlega* (59). CONCIO, sive *Contio.* Illud usu receptum est. Hoc rectius, quia a *conitio* est, ut *lectio* a *legitio* (Scheller praec. stili I. 36); atque auctoritate etiam librorum scriptorum et lapidum defenditur.  — C(*on*)*tio* (75). CONDITIO, an *Condicio*, scribendum sit, inter se dissentiunt viri docti.  — C(*ond*)Co — *Condicio* (72). CONIVX, *Coniunx*, *Coiux*, *Coiunx*, *Coius*, *Coniugs*, sex modis in scribendo variatur apud veteres. Septi-

mum habes in nota = C(*oni*)XG = *Conjugx* (92). CONNITOR, alii *Conitor.* = C(*oni*)N*itur* = *Connititur* (122). CONTIMAX quidam scribere voluerunt, sed rectius sequimur consuetudinem, quae *Contumax* postulat. = C(*on*)X(*u*)M = *Contumax* (136*). CONVICIVM, an *Convitium*, scribendum sit, dubitant. = C(*onv*)C(*i*)*um* = *Convicium* (55). COQVVS. Eutyches, grammaticus, *Cocus* scripsit. = C(*o*)C*it* (167), pro *Coquit*. CORONA, sine adspiratione libri veteres. = CO(*r*)*a* = *Corona* (170. c) DECIMVS praenomen, *Decius* nomen gentile: quod parum intelligunt, quibus *Decius Brutus* frequenter in ore est. = DE*mus* = *Decimus*, = DEC. = *Decius* (187). DEFINITIO rectius quam *Diffinitio.* = DEF*tio* = *Definitio* (57*). DEFLVERE ad antiquam rationem propius accedit, quam *diffluere.* = DEF*it* = *Defluit* (120). DISSENSIO, non *Dissentio.* Quin etiam = D(*i*)S*it* = *Dissensit* (34) in tertia persona praesentis temporis (§. 378). DOMINVS et DOMNVS. Illud notatur = D(*i*)N. hoc = DOM*us* (78). Multum enim interest inter utrumque vocabulum apud scriptores medii aevi, qui illud non nisi Deo tribuunt, hoc hominibus; unde tritum vetustate proverbium:

Coelestem Dominum, *mortalem dicito* Domnum.

Similique distinctione usi sunt Graeci, episcopos suos appellantes

κυροὺς, non κυρίους (F. C. Moser de titulo Domini p. 14. Du Cange v. *Domnus*). Licet apertum etiam sit id discrimen in scriptione Tironiana, in qua *Deus* semper illa nota (Carp. p. 2. v. 1. 2. 12. 15. 21. 22. 26. 30. p. 4. v. 5. p. 20. v. 5. p. 26. v. 6. 21. p. 28. v. 67. p. 32. v. 1. p. 34. v. 22. p. 36. v. 2. p. 38. v. 20. p. 40. v. 7. 14. p. 43. v. 6) *rex* vero hac (p. 20. v. 15. p. 22. v. 9. 27. 32. p. 24. v. 13. p. 26. v. 4. p. 28. v. 23. p. 30. v. 15. p. 32. v. 15. p. 34. v. 29. p. 46. v. 31) appellatur: male tamen posteriorem notam vocabulo *Dominus* interpretatus est Carpentier, a quo Benedictini in eundem errorem (Nov. op. III, Tab. 62. II. v. 7) sunt inducti. ELEPHAS ἐλέφας, non *Elephans*. Cave igitur in nota  = Є(*l*)PH = *Elephas* (174) ne confundas literas PH (§. 127) cum syllaba  = *ans* (25). EREMVS ἔρημος, non *Heremus*.  = ЄR*a* = *Eremita* (91). ETRVSCVS, sine adspiratione, in lapidibus.  = ЄT. = *Etruscus* (137). EXTENTVS ex auctoritate veterum librorum, non *Extensus*.  = ET*tus* = *Extentus* (19). FABRICIVS per C, non *Fabritius* per T, antiqua marmora.  = F(*a*)BC(*i*) = *Fabricius* (187). FAEX num sit scribendum, an *Fex*, de eo disputant grammatici. Tironiana quidem nota  = F(*e*)X. (165. c) posteriorem rationem comprobare videtur. Ita enim discernunt tachygraphi *Fex* a  = F(*a*)X. (165). FETVS, sine diphthongo, Varrone auctore.  = F(*e*)T*tus*, pro *Fetus* (150). FOEDVS, σπονδή, alii per OE, alii per E simplex scribendum esse contendunt.

— F(*o*)D*us* — *Foedus* (71). FRENVM, sine diphthongo, ex auctoritate veterum. — F(*e*)R*um* — *Frenum* (152). FVFICIVS, FVFIDIVS, uno F libri et lapides. — FTU. — *Fufitius*, — FDU. — *Fufidius* (187). FVRIVS, *Fusius*. Alii *Fuuius* malunt. — F*urius* (187). enim est *Furit* (59). GAETVLI, *Gaetulia*, ita ex Graeca consuetudine Dausquius. Alii E simplici scribunt. — GA(*e*)T. — *Gaetulus* (143). GAIVS, praenomen, ita per G olim scribebatur. — G(*a*). — *Gajus* (137). GRACCHVS, Γράκχος, et sine adspiratione GRACCVS. — GH. — *Gracchus* (§. 311. c). HADRIANVS, non *Adrianus*, numi et lapides. — *H*(*a*)R —*Hadrianus* (64*). HANNIBAL, cum adspiratione, lapis quidam Florentinus et libri antiquissimi Latini. HBL. (137). HARIOLVS, — HSL. (92. c.). HAVD. Alii malunt *Haut*. — H(*at*) — *Haut* (116). HAVE. Rectius scribitur *Ave*. — AV*e* (105. c). HECATE, cum adspiratione, Graeca consuetudo et lapides. — H(*e*)C*te* (133). HEDERA, cum adspiratione, melius quam *Edera*. — HDR*a* (170). HIBRIDVS, per I Latinum, non per Y. — H(*i*)B*a* — *Hibridia* (150). HIEMS, non *Hyems*. — H(*is*) — *Hiems* (113). HIEROSOLYMA, melius quam *Jerusalem*. — HSLM*a* — *Hierosolyma* (192). HIRTIVS, non *Hircius*, Graeca consuetudo et lapides, contra eorum etymologiam, qui hoc nomen ducunt ab *Hirco*. — H(*i*)TR. (188). HISTRIA rectius scribi dicit

Cellarius, *Istria* Dausquius. — I(*s*)T. (139). HOLVS et *Holera*, cum adspiratione. — HL. — *Holus* (168). HORDEVM. Rei rusticae scriptores Varro et Columella *Ordeum*. — OR*um* — *Ordeum* (111). HVLCVS, ἕλκος, cum spiritu aspero, multi libri olim excusi. — UG — *Ulgus* (180). IDVS, rectius quam *Eidus*, quod archaismum redolet. — ID — *Idus* (104). ILLIC, non *Illhic*, libri veteres et lapides. Tironiana tamen nota — IL(*h*)C (14) adspirationem habere videtur. IMBER, sine adspiratione, nec Y*mber*. — I(*n*)BR. (112). INCHOARE. Priscos scripsisse *Incoho*, testis est Servius. — ICO*at* — *Incohat* (123). JVBILARE, non *Jobilare*, ut placet Scaligero. — I(*u*)BL*um* — *Jubilum* (152). KALENDAE, per K, lapides veteres. — *Kalendae* (103). KARVS, numi et inscriptiones. — K(*a*)R*us* (94). LAELIVS, nomen gentis Romanae, per diphthongum lapides Capitolini et alii. — LLA. — *Laelius* (188. c). LAEVA, i. e. *sinistra*, diphthongo, Festo jubente. — L(*ae*)V*a* (146). LAMSACVS, *Lampsacus, Lampsacum*, libri antiqui. Tironiana nota — L(*a*)B*um* — *Lambsacum* (144). LATERNA, non *Lanterna*, ut quibusdam placet antiquitatem nimis consectantibus. — L(*an*)T*a* — *Lanterna* (§. 299). MAGALIA et *Mapalia* scribere licet. Utrumque reperitur in notis — MLG*a* — *Magalia*, — MLP*a* — *Mapalia* (162). MALO, non

Mallo. Est enim quasi *Magis volo.*  — M(*a*)L — *Malo* (34. c). MANIBIAE. Rectius *Manubiae.*  — M(*u*)B — *Manubiae* (111. c). MANILIVS, gens Romana, lapides Capitolini.  — M(*a*)L*is* — *Manilis* (188). MARCIVS, nomen Romanum per C in lapidibus et numis.  — MC(*i*). — *Marcius* (188). MASINISSA et *Masanissa,* utrumque libri emendati. Manutius, ex Graeca consuetudine ab antiquis *Massanisa* scriptum esse, dicit.  — M(*ai*)S*a* (189). MEDIOLANIVM, non *Mediolanum,* ex inscriptionibus antiquis scribunt. Sed refragantur libri manuscripti, e. g. Livius.  — M(*e*)DL*um* — *Mediolanum* (137). MENIANA, ab eorum inventore *Menio.* Falso scribitur *Maeniana* et *Moeniana.*  — M(*o*)*ai* — *Moeniana* (202). MESSANA et *Messena* in libris et numis legitur.  — M(*e*)S(*e*)N — *Messena* (188). MILLE a quibusdam per unum L scribitur.  — M(*i*)L*e* (101). MINVCIVS, per C.  — MC(*i*). — *Minucius* (189). MISTVS et *Mixtus.* Prius analogiae propius est, posterius usui. In *Misceo* enim, unde ducuntur, nullum X. Attamen in nota  M(*isx*)*et* — *Miscet* (106) X esse videtur (§. 285). MOESIA, Graecis Μυσία.  — M(*o*)S*a* — *Moesia* (140). Neque vero repugnabo, si legeris M(*υ*)S*a* — *Mysia* (§. 140). MONVMENTVM, *Monimentum, Munimentum,* promiscue reperiuntur in inscriptionibus. Singula discernunt tachygraphi (§. 380). MOSES et *Moyses,* utrum sit genuinum disputat Morinus. 

— M(*v*)S. — *Moyses* (193). MVCIVS, non *Mutius*, lapides et numi.  — M(*u*)C(*i*). (188). NAEVIVS per AE libri et lapides. In quibusdam est *Nevius*. Haec ad Cellarium Harlesius; cui in mentem non venisse miror illud Martialis:

Naevia sex cyathis, septem Justina bibatur.

 — N(*ae*)U. — *Naevius* (189). NATVS et *Gnatus*. Utrumque in notis  — N(*t*). — *Natus*,  — G(*t*). — *Gnatus* (79). NEFAS, male in quibusdam libris per PH expressum est. F enim habent lapides.  — NF — *Nefas* (74 et §. 109). NEGLEGERE. Sic scribitur in optimis libris, non *Negligere*.  N(*ee*)L*it* — *Neglegit* (42). NENIA utrum E simplici, an AE scribendum sit, magna inter viros doctos est dissensio.  — N(*e*)N*a* — *Nenia* (167). NISVS et *Nixus*. Haec vocabula a Grammaticis discernuntur; item a tachygraphis.  — N(*i*)S*us*,  — N(*i*)S(*x*)*us* (122). NVMQVAM rectius, quam *Nunquam*.  — N(*um*)*quam* (15). OCIMVM, ὤκιμον, non *Ozymum*.  — OG*um* — *Ogimum* (168). OCYVS, melius *Ocius*.  — CO(*i*) — *Ocius* (123). ODEVM, ᾠδεῖον, rectius quam *Odium*, *Odaeum* et *Odoeum*.  — OD(*i*)*um* (172*). ONVS, sine adspiratione libri veteres, quamquam nonnulli *Honus* cum H (Gellius L. II. c. 3).  — ON(*us*) (131). ORCVS, non *Horcus*.  — OR. — *Orcus* (97). ORICHALCVM, ὀρείχαλκον.  — A(*ur*)C(*l*)*um* — *Aurichalcum* (126). OSTIVM sine adspiratione.  — SOT*um* — *Ostium* (91. 162).

PAENE adverbium, i. e. *fere*, per AE libri veteres et lapides. — P(*a*)E — *Paene* (36). PAENITET per AE mavult Manutius ex auctoritate veterum; *Poenitet* per OE Pierius ex etymologia. — P(*a*)*et* — *Paenitet* (36). PAENVRIA, rectius *Penuria*. — P(*e*)NV — *Penuria* (67). PALPEBRAE, non *Balpebrae*. — PB(*l*)*e* — *Palpebrae* (128). PAPIRIVS, Romanae gentis nomen, per I, non Y. — P(*a*)P(*i*). (189). PATRICIVS, cum C. — P(*at*)C*us* (55). PECVNIA, per C, non per Q, quoniam a pecore dicta est. — P(*u*)C*a* — *Pecunia* (67). PEIERARE, alii *perjerare*. — P(*er*)V*at* — *Perjurat* (50). PENITVS, non *Paenitus*. — P(*e*)N*tus* (33*). PERSES. — PSI(*s*) — *Persis* (160). PHILIPPVS Graeci et Latini. At Latio antiquo neglecta adspiratio in numis et marmoribus. — P(*i*)PL*us* — *Pilippus* (189. c). PLAUSTRVM, antique *Plostrum*. Utrumque est in notis Tironianis, — P(*al*)R*um* — *Plaustrum*, — P(*ol*)R*um* — *Plostrum* (181. 172). POBLICOLA per O, *Publicola* per U: hoc defendit Vorstius; alii ex numis et lapidibus malunt *Poplicola*. — P(*u*)C(*l*)*a* — *Publicola* (61). PREHENDO improbat Manutius, auctore Velio Longo, qui, *Prendo dicimus*, inquit, *non Prehendo*. — PR*it* (49). PROCONSVL. Quidam malunt *Proconsule*, ut interdum scripserunt Latini. — PC(*l*)*e* — *Pro consule* (60). PROELIVM, per OE, lapides Capitolini. — P(*ro*)L*um* — *Proelium* (75*). PROGNE, *Procne*. Posteriorem scriptionem

ex libris et lapidibus probat Pierius. — P(*ro*)C*ne* (190). QVOTIES, *Quotiens*. Utrumque suos habet defensores. — Q(*ot*)S. — *Quoties* (16). Si enim terminatio — *ens* inesset, linea media ascendens produceretur. RENVS fluvius. In numis et lapidibus *Rhenus* cum adspiratione, quod improbat Scaliger. — R(*e*)N*um* (183). RHODANVS (Cellar. 115). — HDN. — *Hrodanus* (183), Ῥοδανός. ROBIGO, et *Rubigo*. — R(*u*)G. — *Rubigo* (169). RVTILIVS, non *Rutilus*, gens Romana. — R(*u*)T*ius* — *Rutilius* (190*). SAECVLVM, per diphthongum, numi et lapides. — S(*ae*)L*um* — *Saeculum* (134). SAEPIO, *saepire*, per diphthongum monimenta veterum plurima. — S(*ae*)P*it* (33). SALLVSTIVS, per LL geminum, lapides plurimi. — SLAL*ius* (190. c). SALTEM; Priscianus *Saltim*. — S(*l*)T*im* (92). SANE apud Gruterum (102) notatum reperies — S(*e*)N*e*. Sed deest in libro Cassellano, meliusque apud Carpentierum (VIII) notatur — SA*e*. SEPVLCRVM melius quam *Sepulchrum*. — S(*rp*)C*um* (96). SILANVS, non *Syllanus*, cognomen Juniorum, libri, lapides, et numi. — S(*i*)L(*l*)N. — *Sillanus* (171). SOLEMNE, in lapidibus et libris scriptis. — S(*o*)M(*l*)*is* — *Solemnis* (146). SPANVS, pro *Hispanus*, apud veteres geographos. — H(*is*). — *Hispanus* (139). STILVS. Plures per Y scribunt. — S(*i*)L*um* — *Stilum*, pro *Stilus* (124). SVCVS, *Succus*. — S(*u*)C(*i*)*us* (183. c).

Unde sit *i*, quod literae C annectitur, haud scio. Vera fortasse scriptio olim fuit pro , ut esset *Sugus*. SVLLA scribere malunt viri docti, quam *Sylla*. = S(*v*)L(*l*)*a* (190.c). SVLPHVR et *Sulfur*. In antiquissimis libris est *Sulpur*. — SV(*l*)-P(*u*). — *Sulpur* (160). SVLPICIVS, per C, libri optimae notae, lapides, aliaque veterum monimenta. — S(*l*)P(*u*)C*ius* (190*). SVS. Pro eo Tironiana nota habet S(*u*)I(*s*) in nominandi casu (167). TAEDET per diphthongum, lapis Beneventanus, et libri veteres. — TA*et* — *Taedet* (77); si vera est hujus notae figura, quae fortasse — TD*et* fuit. TERCENTVM, non *Trecentum*. — T(*er*)C*ti* — *Tercenti* (101). TINGO, et *Tinguo*. Illud rectius. — TG*it* = *Tingit* (82). TIRO, non *Tyro*, libri et lapides. — T(*i*)R. — *Tiro* (123). TONGERI; apud quosdam historicos haud emendato scriptionis genere *Tangri*. — TVG. — *Tunger* (142). TONITRVM, — TOR*um* (118. c). Non est igitur, cur Schellerus dubitet, utrum casus nominandi sit *Tonitru*, an *Tonitrum*, illudque praeferat. TORVS, sine adspiratione, libri antiquissimi. — T(*o*)R. (158). TVSCIA, non *Thuscia*, libri et lapides. — T(*us*)G. — *Tusgia* (139). TVSCVLANVS, similiter sine H libri ac lapides. — T(*us*)G*us* — *Tusgulanus* (139. c). VBER, non *Huber*. — UBR (129). VERGENIA, an *Virginea*, sit scribendum, incertum videtur. In lapide antiquo legitur *Verginio*. — F(*e*)G. — *Fergineus* (72).

VERSVS, non *Vorsus.* — F(*e*)S. — *Fersus*, — F(*r*) — *Fertit* (46), pro *Versus*, *Vertit.* VINDEMIA, non *Vindimia.* — UIDE — *Vindemia* (170). VIRGILIVS, et *Vergilius.* — F(*e*)GL. — *Fergilius* (72). VITIVM rectius, quam *Vicium.* Utrumque habent tachygraphi in notis — UI*um* (70), — UIC(*i*)*um* (111); sed illa *Vitium* denotant, hac *Viciam*, quod est genus leguminis. VITVPERO et *Vitipero* recte scribi putat Colerus. — UI(*u*)P*at* — *Vituperat* (70). ULYSSES et *Vlyxes.* Posterior scriptio in libris antiquis gemmaque Etruscorum (Gorii mus. Etrusc. Tab. 198) reperitur. — UX*es* — *Ulyxes* (191). UNGO et *Unguo.* Illud grammatici veteres praeferunt. — U(*n*)G*it* (130). URGEO et *Urgueo.* Velius Longus adnotat, alterum U huic verbo vitiose inseri. — U(*r*)G*et* (105). UTERVS et *Uterum*, casu nominandi antique. — V(*t*)*um* — *Uterum* (128). VVLCANVS et *Volcanus.* — UVL*anus* — *Vulcanus* (150). ZMARAGDVS et *Smaragdus.* Hoc usitatius. Illud rectius putant eruditi ex auctoritate inscriptionum veterum. — ZG. *Zmaragdus* (161). ZMYRNAEI, per Z, lapides et libri complures. — ZM*e* — *Zmyrnae* (138).

§. 377. Hactenus de orthographia. Reliquum est, ut ostendamus, notarum cognitionem plurimum etiam expedire philologis ad investigandam verborum originem, certe eam, quam in mente habuerunt notarum auctores. Quod quum duobus modis

demonstrari possit, et ex literis, quae in notis vere insunt, et ex similitudine notarum derivatarum cum iis, a quibus ducuntur (§. 380); ab illa etymologiae ratione explicanda exordiamur.

§. 378. Sunt interdum vocabulorum flexiones insolitae, quarum causas grammatici quidem excogitarunt varias; aliae vero adhuc ignotae non nisi notarum ope inveniri possunt. Exemplo sit verbum *Pello;* cujus praeteritum tempus quare sit *Pepulit,* ex notis Tironianis apparere videtur. Etenim praesens olim fuisse *Pepello,* tres hujus verbi notae docent, praesentis, praeteriti, et participii passivi, quarum quaevis duo habet P.  — P(*e*)P(*l*)*it* — *Pepellit,* P(*u*)P(*l*)*it* — *Pepulit,* P(*u*)P(*l*)*us* — *Pepulsus* (83). Hinc a recta via nonnumquam aberrare videmus philologos, qui in investiganda verborum etymologia formam tantum spectant, quae nunc est. Equidem haud scio, an obsoletum *Pepello* fortasse sit ab 'Επελαύνω, sive 'Επελάω, unde anteposito P primum *Pepelao* factum, deinde *Pepello,* denique *Pello.* Porro cur verbi *Cado* praeteritum sit *Cecidi,* compositaque etiam habeant I pro A, ex nota patet  — C(*i*)*it* — *Cidit* (18. c), ex quo primum *Caidit* (Gellius L. IV. c. 3), deinde *Cadit* factum est. Repetendum igitur hoc verbum a Graeco κείω — *Jacere cupio.* Ita etiam ex nota  — T(*i*)N — *Tenet* (10) perspicuum est, cur verba composita *Attinet, Continet,* cet. hodie habeant I. Olim enim scribebant *Tinet* a τείνω. Idem I pro E habent composita cum verbo *Regit,* ut *Dirigit,* cujus causa

aeque cognoscitur ex nota — R(*i*)*it* — *Rigit*, pro *Regit* (84). Cur denique verba *Sentit*, *Scalpit*, *Sculpit*, *Vrit*, habeant praeterita *Sensit*, *Scalpsit*, *Sculpsit*, *Vssit*, notae docent — SS*it* (34), SL(*p*)S*it*, SCL(*p*)S*it* (180), V(*s*)*it* (165), quibus et praesentia tempora notantur *Sensit*, *Scalpsit*, *Sculpsit*, *Vsit*. Eadem nominibus lux adfulget ex notis Tironianis. Cur enim *Sospes*, *Antistes*, in secundo casu flectantur *SospItis*, *AntistItis*, notae declarant — SOP*is* — *Sospis* (110), ANS*tis* — *Antistis* (92. c), nominandi casum ita exprimentes. In vocabulo *Decimus* unde sit I, patet ex nota — DEC*im* (101), pro *Decem*.


§. 379. Sed quo magis etiam eluceat, qui usus notarum sit in vocabulorum etymis investigandis, vocabula quaedam, secundum literarum seriem disposita subjicimus:

ABS. Festus, *Abs*, inquit, *praepositio a Graeco ducitur* ἄψ. Cui Dacerius addit: *Certe hic frustra est sive Festus sive Paullus, qui sine ullo exemplo* ABS *Latinum a Graeco* ἄψ *dixit proficisci, eo tantum inductus, quod ambo eodem modo desinerent*. Sed notae (24) compositione ex — *ab*, et — *ps*, Festi sententia confirmatur. AEDILIS, *Aedilicius*, cet. notis notantur Tironianis (60), quibus continentur literae A(*di*)L*is*, A(*di*)C(*l*); sive quod tachygraphi cum Festo (Gothofr. 246) aliisque ab *Adeundo* haec vocabula duxerunt, sive


quod singularem illam orthographiam sectati sunt, qua etiam ADICVLA scribebatur, pro *Aedicula* (Muratori thes. inscr. 1410, 12), atque ADES, pro *Aedes*, ut in ea, quam (ex Act. Palat. I. 201) hic proferimus, inscriptione;



Neque est, quod errori haec attribuas cum Lamejo (ibid. 203), siquidem Varroni (Gothofr. 26. §. 33) ab *Aditu*, Nunnesio ab ὅδος vocabulum *Aedes* descendere videtur, potuitque fieri, ut eandem quoque etymologiam amplecterentur, qui illa scripserunt. AGNOSCIT, *Adgnoscit*. De utraque scribendi ratione multa disputavit Cellarius (87. 168). Latuerunt autem viro docto, quae Branchu (observ. ad jus Rom. C. x. p. 99) de hisce verbis docet: *Aliud*, inquit, *notat* Agnosco, *aliud* Adgnosco, *quod paucis cognitum esse puto; quum plerique etiam pro* Adgnosco *scribant* Agnosco.

Agnosco *enim pro* Ignorare *accipitur in l.* 6 *pr. de act. emt. ubi ait Jure consultus:* Tenetur ex emto venditor, etiamsi agnoverit minorem fundi modum esse. *Sic exhibet codex Florentinus, et quidem hic* Agnoverit, *quum aliter in eo semper scribatur* Adgnosco: *unde apparet, minime hic esse scripturae vitium pro* Ignoraverit, *ut plerisque videtur, ipsique Cujacio. — Quidni enim* Agnosco *diversum ab* Adgnosco *recipiamus, tanquam compositum ex particula* A, *negandi vim habente?* Haec ille. Atque in nota quoque Tironiana  (78. c) est A(*dn*)G*it* — *Adgnoscit,* non *Agnoscit,* et  = A(*d*)G. — *Adgnatus* (79. c) non *Agnatus.* AIT. Mira est hujus verbi orthographia Tironiana. Notatur enim , quod est A(*d*)*it* (81); ut fortasse spectet ad Graecum ᾄδω, *Cano.* Quodsi praeter morem nota *I* hic habeat significationem nudae literae A; simpliciter legitur *Ait.* ALCE, sive *Alces,*  (175. c) = AXL*es* = *Alxes,* ut sit ab ἄλξ. ALVCINATVR, sine adspiratione,  = A(*u*)L*atur* = *Alucinatur* (97), ex etymologia, quam Cloatius Verus (Gell. XVI. 12) proposuit, ut sit ab ἀλύειν. ANNVS. Alii ab *Annulo,* alii ab *Am,* i. e. *Circum,* ducunt; alii aliam proferunt etymologiam. Festo et Caninio est ab ἔνvος, iisque adstipulantur tachygraphi, notantes  = E*n* = *Ennus,* pro *Annus* (102), quam rationem etiam confirmare videtur litera E in derivatis *Perennis, Solennis, Biennium, Triennium,* cet. ANTEMNA, instrumentum nauticum, quod aliis *Antenna* ab *An* et *Tenendo,* aliis quasi *Ante*

amnem. — AN*t*(*a*)*a* — *Antamna* (177.c). ARENA, ab *Ariditate;* non *Harena,* ab *Haerendo.* — AR. (183). ASINVS. Nota Tironiana est — ANS*inus* (181. c), quae ad ὄνος propius accedit. AVCEPS ab — *Avis* (171.c) et — *Capax* (17) duxerunt tachygraphi, notantes — AVXP — *Aucupex* (151). BALAT a BAE, sive BEE, quod sonare ovium vox videtur, factum esse, nota — B(*e*)L*at* (154) confirmat. Quam perverse posterioribus temporibus tachygraphi notas composuerint, documento sunt vocabula, quae medio aevo Latinam linguam inquinarunt, in quibus est verbum *Ballat,* quod notatum videmus (151). Haec enim nota proprie legenda est *Belat.* Atque in antiqua illa verbi *Balat* nota haud sine causa esse E, pro primo A, diximus. Quam qui ex toto non intelligerent, et literas BALAT continere sibi persuaderent, modica terminationis / — *at* a loco motione verbum *Ballat* bene effinxisse putarunt. BARATHRVM, quod secundum Festi (Gothofr. 158) opinionem ducendum est a βαθὺς, notatur — BOR*um* — *Borathrum* (97), quae fortasse nota a ridicula Isidori (XIV. 9) etymologia, qui *Barathrum* quasi *voraginem atram* esse dicit, originem traxit. CAELEBS notatur — C(*ae*)P(*s*). — *Caeleps*, fortasse ex Graecis καλῶ, *Amo*, et λείπω. Quae enim in Gruteriana collectione addita est nota — C(*ae*)B*es* — *Caelibes* (112), ea posteriori demum aevo composita et inserta

esse videtur, quum et orthographia mutata sit, et in libro Cassellano altera haec nota non reperiatur. CALIGA. Nota  complectitur literas C(*o*)G*a* (161), unde, a *colligando* tachygraphos duxisse hoc vocabulum, haud absurde conjeceris. CANVS, CANITIES, CANESCIT, alii ducunt a *κάω*, alii a *κάνος*, alii a *Candidus*. Tachygraphis, qui  — C(*e*)N, C(*e*)-N*es*, C(*e*)C*it* — *Cenus*, *Cenities*, *Cenescit* (128) scribunt, est a *κενὸς*, *κενόω*, *κενῶσθαι*. CAVPO —  — C(*on*)P. (156), unde suspicor esse a *Compotatio*. Priscos enim *Copo* dixisse testis est Festus, qui *Copona taberna* scribit. CENSET.  — C(*on*)*et* (61), i. e. *Conset:* quo confirmari videtur Martinii (in lex. philol.) opinio, qui *In glossario*, inquit, *Censeo exponitur συμβουλεύω*, i. e. *Consulo*. *Consus est deus consiliorum a consulendo. Sic etiam Censeo possit esse a Consulo, quasi Conseo.* CIVIS. Hujus vocabuli Tironiana nota est  (41), i. e. C(*on*). Ɔ enim aversum significat *Con* (§. 100. 264). Neque istius notae rationem intelliges, nisi posueris, olim *Coivis* pro *Civis* esse scriptum, ut sit a *Coeo*. COENA,  — C(*on*)E. (166), rectius, quam *Caena;* est enim a Graeco *κοινή*. CONATVR. Ineptas profecto conjecturas de hujus verbi origine apud philologos invenies. Quodsi, ut nota  — C(*i*) — *Cinatur*, pro *Conatur*, docet, olim I habuit pro O, facillime ex Graeco *Κινέω* ducitur, quocum optime convenit nostrum *Kühn*. CONTVMELIA. Haud scio, quid in mentem venerit tachygraphis,



qui — C(*on*)AL. *Contumalia* (72) scripserunt, nisi hoc vocabulum absurde duxerint a *Malus*. DICAT, (110), i. e. *Diciat*. Unde verisimile fit, a *Dicis*, quod idem est ac *Cerimoniae*, tachygraphos hoc verbum duxisse. ELEMENTVM. . — A(*e*)L*mentum* (84), ab Alo, secundum illud Aristotelis: Παντὶ, ἐξ ὧ γίγνεται τροφὴ, τὸ λειπόμενον ἐστίν. EXSEQVIAE, — EXSE (55), non *Exequiae*, est enim ab *Exsequor*. HACTENVS philologis est quasi *Hac tenus*, ut intelligatur *parte*. Nota Tironiana habet — AC*s* — *Ac tenus* (198. Carp. VIII). HARVSPEX, — H(*a*)S. (92), cum adspiratione, ab *Harugo*. HORTVS. — HR. (168), item cum adspiratione, ex Graeco ἑρκτὸς — *Septus*, aut χόρτος — *Septum*. INDAGAT. Vossio (op. I. 26) auctore non ab *In* et *Ago*, sed ab *Indu* et *Ago* hoc verbum est, ut ex *Induago* contractum sit *Indago*. Conjecturam hanc confirmare videtur nota — I(*n*). D(*u*)*at* — *Induagat*, pro *Indagat* (90). LACVNAR. — LG. — *Lagunar* (163), quod cum Italorum *Lago* et Suecorum *Lag*, quin etiam cum Germanorum *Lache*, convenit, si memineris, priscos G et CH permutare (§. 311. c). LAENA, — L(*ae*)N*a* (158) cum diphthongo, quia a Graeco χλαῖνα ducitur. LEAENA. — L(*ae*)N*a* (175) eadem diphthongo notatur. Est enim a λέαινα. LEO tachygraphi notant — LV. (174): sive Porphyrium secuti sunt, qui Leones dictos putat παρὰ τὸ λάω vel λεύσσω, quod acerrimo sint visu; sive vernaculam medii



aevi pronuntiationem (*der Leu*) sequentes scripserunt *Levo*, pro *Leo*. LIBAT. Tironiana nota habet — L(*e*)B*at* (176), ut sit a λείβω. LIBIDO, LIBIDINOSVS — . — L(*au*)*o*, L(*au*)S. (70) i. e. *Laubido*, *Laubidinosus*. Varro a *Labendo* ducit. Fortasse olim *Labet*, deinde *Laubet*, post *Lubet* dictum est. Varronis certe etymologiam, sive vera sit, sive falsa, secuti sunt tachygraphi. LIQVET. — L(*e*)Q(*u*)*et* (183) Schelleri etymologiam confirmare videtur, qui a Λείβω ducit. MAECENAS, — (*ae*)MC. — *Maecenas* (189), quia Graecis Μαικήνας. MARE. — M(*o*). (120) — *More*, quod Celtico *Mor* respondet. MENDICVS. — (*ae*)M. (67) — *Maendicus*, ut sit vel a *manu dicere* secundum Isidori opinionem; vel a μάντις, quod Nunnesio placet. MERENS. — (*ae*)M. — *Maerens* (65) a μείρω. METITVR. — M(*at*)*it* — *Maetit* (159), ab ἀμάω. NVGAE. Quae omnibus literis perscripta est nota — N(*u*)G*as* (128. c) docet, minime emendandum esse locum Varronis, qui *Nugas* dicit in nominandi casu singularis numeri (Voss. etym. 402. 403). PAENVLA. — P(*ae*)N*a* (157), quia a φαινόλη. PARS. (51). Forma hujus notae mira est. quidem, quum in cuspidem linea recta exeat, *Ps* legi potest. Sed reliqua notae pars, nisi X sit, explicari nequit. Inde P*ar*XS tachygraphos scripsisse suspicamur, atque a *Parcus*, ducendum esse illud vocabulum, de cujus etymo tantopere disputarunt eruditi, haud absurde colligimus. PAVPER.

(66. c). Difficillima est hujus notae enodatio. Incipit quidem a P, atque terminatur syllaba *er*, ut aliae etiam notae = *Ter*, *Inter*, *Subter* (1). Sed = *ci* in media nota legimus; unde suspicamur, olim *Panciper* dictum esse. Quae si vera est lectio, Schelleri opinio de hujus vocabuli etymo confirmatur. PERTERGERE. *Pertergeo* habet Schellerus. An etiam *Pertergo* tertiae conjugationis usu venerit, se nescire dicit. Tironianae quidem notae = *Pertergit* (80) terminatio = *it* est. PETIT. (39). P*it* perspicuum est. Sed ratio, cur transverse posita sit litera P, non facile intelligitur, nisi insit *ae* (§. 97), ut valeat *Paetit*. Quod ipsum sententiam eorum, quibus est ab *αἰτῶ*, confirmaret. POENA. = P(*o*)*a* (71), non *Paena*, quia est a *ποινή*. POLLINCTVS, POLLINCTOR, notata sunt = P(*a*)L*tus*, P(*a*)L*or*; *Pallinctus* igitur et *Pallinctor*. Verba illa unde sint, quum nondum inter philologos constet, equidem a *Pallio* ducenda esse arbitror. PONDVS. = P(*u*)D. (147); ergo *Pundus*, quod congruit cum *Pund* apud Notkerum, *Funt* apud Keronem, ceterisque Germanicis hujus vocabuli pronuntiationibus. QVERCVS = (169). Literam X, quae *τὸ* Q sequitur, explicare nequeo, nisi sit Chi Graecum a *κάχρυς* profectum, quia cachryphoris haec arbor adnumeratur. QVIPPE esse putant a *Qui*. At Cicero non dixisset *Quippe qui jussit*, si verum esset illud etymon. Nota Tironiana (5) aperte habet *Quidpe*. enim est *Quid* (5. c). QVO-

TIDIE. — CO. — *Cotidie* (73. c) notabant tachygraphi, ut in pluribus quoque inscriptionibus legitur: non a *Continenti die*, uti placet Velio Longo, sed fortasse a *πότε*. SACER. — SK. (91), i. e. *Saker*. Philologis est ab *ἅγιος*, quod minime placet, quum prisca hujus vocabuli significatio non sit *Sanctus*, uti ex composito *Sacrosanctus*, magis etiam ex legibus XII tabularum patet, ubi „*Sacer esto*" *Extremum supplicium* signat. Equidem *Saker* ab *ἄκρα*, q. e. *extremitas*, duci posse censeo: SECAT. — *S(ac)Cat* (168), inserta litera A, ut propius accedat ad *ἀκή*, *acies ferri*. SETA. — SA(*e*)*ta* (159), eadem diphthongo, quum sit a *χαίτη*. SINCERVS. — S(*v*)C(*r*) (155), i. e. *Syncerus*. Equidem demiror, cur philologi, originem hujus vocabuli indagantes, in *cera* omnes haereant, et alii *cum cera*, alii *sine cera* etymon esse affirment. Ego vero ex *σὺν* et *γῆρυς* factum esse, ideoque a quibusdam *Synceris* scribi, mihi persuadeo, ut sit quasi *cum sonitu*, neque clam neque furtim. Fortassis etiam tropus a vasibus figlinis repetitus est, quae, num sincerae sint, ex sonitu judicatur. SKARABEVS — — SK(*a*)R. (176), non *Scarabeus*, quia est a *κάραβος*. SKATIT — — SK*it* (165) a *σκάπτω*. SPICA, SPICVLA, SPICILEGIVM, — PS(*v*)*Ca*, PS(*v*)*Ca*, PS(*v*)G(*l*)*um* (157), sive vere est pronuntiatum *Psyca*, quia ducitur a *ψὶξ*, sive priores literae tantum sunt trajectae. STIRPS. — S(*e*)R (130), ut igitur olim pronuntiarint *Sterps*, a *στέῤῥοπος*. TA-

LENTVM. — TA(*an*)*um* (126. c). enim syllabam significat *An*. *Talantum* igitur notatur, quod Graecum est τάλαντον. TERGIT. — TG(*x*)*it* — *Tergxit* (80), ut X sit pro S in τέρσω, unde est. TILIA. — T(*e*)L*a* (169. c), i. e. *Telia*. Primus enim character conflatus est ex — *Te* (1) et . Quae quidem orthographia etymologiam tuetur Papiae, qui, *Tiliam* quasi *Teliam* dictam esse, ait, quod lignum ejus telis conficiendis utile sit. TINEA. — T(*ae*)N*a* (176), i. e. *Taenea*, a ταινία. TITVBAT. — TA(*t*)*at* (115), i. e. *Tatubat*. Igitur non est a τίττον βάω, ut vulgo creditur, sed ab *Attubus*, ἄτυπος. TOGA. — T(*e*)*a* (157), i. e. *Tega*, a *Tegendo*. TOLERAT. — T(*a*)L*at* (104) — *Talerat*. Constat enim litera T et syllaba — A*l* (29), quoniam est a τατῶ. TRVCIDAT. — TC(*x*)*at* (87), inserto X, ut sit *Truxcidat*, a *Trux* et *Caedo*. TRVCVLENTVS. — T(*u*)L(*x*)*tus* (93) — *Truxulentus*, a *Trux*. TVBER. — TBO. — *Tubor* (181. c), ut propius accedat ad ὕβος. VAS. — U(*an*)S (150) ex — U*a* et — A*ns*. Atque haec scribendi ratio, quamvis videatur mira, melius illius vocabuli suppeditat etymon, quam adhuc philologi adtulerunt. Est autem ἄγγος, quo Graeci eandem significarunt rem; ut, anteposito digamma Aeolico, primum factum sit *Vangos*, deinde *Vans*, denique *Vas*. VEHEMENS. — U(*ae*)M(*en*) (58) cum diphthongo. Fortasse a *Vae*,

particula augente, de qua Gellius (V. 12), et *Hemens*, quod ab *Hemon* factum esse mihi videtur. *Hemonem* enim pro *Hominem* scripserunt Ennius (ap. Prisc. 6) et Festus (Gothofr. 295), cujus radicem probabile est eandem fuisse, quae vocabuli Germanici *Mann* et Graeci Ἀνήρ. Etenim a *Mann* etiam factum esse *Mensch* constat. Riserit fortasse aliquis, nos *Homo* et *Mensch* comparare, quae quidem vocabula longe inter se differre videantur. Sed Gallicum *Jour* a Latino *Dies* ducendum esse, multo magis mirabitur. Mirari autem desinet, quum adjectivi *Diurnus* atque Italorum *Giorno* meminerit. VENTVS, VENTILAT.  — UAe, U(*ae*)L*at* (178), i. e. *Vaentus, Vaentilat*, cum diphthongo; quod Perizonii opinionem confirmare videtur, qui ἀὴς, ἀέντος, ducit ab ἄω — *spiro, flo*. VERGIT.  — FG (72), i. e. *Fergit*. Fortasse a *Fero, Fergo*, ut a *Mare, Mergo*. VERSVTVS a *Verto* ducit Schellerus, auctoritate Festi motus. Neutiquam adstipulantur tachygraphi. Plane enim diversa est radix notarum  — UVS. — *Versutus* (110. c) et  — FR — *Vertit* (46). Neque Cicero illud etymon approbare videtur, qui (Nat. deor. III. 10) *versutos* appellat eos, quorum celeriter mens *versatur*. VERTIT, *Vertex, Vertigo, Versus, Versiculum*.  — FR, FRX, FRG. FS. FSLC*um* (46. 153). Prorsus obscurum est horum vocabulorum etymon, neque satisfaciunt philologorum conjecturae. Quodsi tamen conjecturis conjecturam addere liceat, eorum radicem esse ἄρτι dixe-

rim, quod in verbis compositis novitatem denotat: in *vertendo* enim semper novitas est. Praefixam literam F non nisi digamma Aeolicum puto. VIPERA.  — U(*ae*)P*a* — *Vaepera* (182) Vossii conjecturam confirmat, qui a *Vepres*, idque a *Vae* et *Pres-sit* repetit. VISCVM.  — USX*um* (160), i. e. *Visxum* sive *Vixsum*, ab ἰξός. VLMVS.  — UO(*l*)M. (169), i. e. *Volmus*, quod magis respondet Italico *Olmo*, et Gallico *Orme*, atque ab Ὄλμος bene ducitur.

§. 380. Sed videamus etiam, quomodo etymologia ex convenientia notarum ejusdem stirpis intelligi possit. Formas enim unius ejusdemque literae esse diversas (§. 159), quarum illa, quae in notis primitivis adhibita sit, vix mutetur, equidem (§. 304) commemoravi. Ex similitudine igitur characterum in hoc scribendi genere de etymis, quae in mente habuerint tachygraphi, conjecturam facere licet: quod propositis aliquot exemplis demonstrabo.

ALTARIA.  — A(*l*)D(*u*)*ria* (127. c)  — A(*l*)D(*u*)*do* — *Altitudo* (127) notae sunt unius stirpis. Haud dubie enim prior nota ex posteriori est confecta. Id quod mire congruit cum etymo, quod Festus (Gothofr. 249) habet, qui, *Altaria*, inquit, *ab altitudine dicta sunt*. Equidem, quum ex nota Tironiana constet, olim *Aldaria* scriptum esse, suspicor, a Graeco ἀλδέω — *Orno*, *Colo*, Latinum id vocabulum repetendum esse. Quidni *Aldudo* (*Altitudo*) quoque inde originem traxerit, quum

Graeco illo verbo etiam *Augeo* significetur? APVD, — A(*d*)P (33). Quam longe petita sint hujus vocabuli etyma, quae philologi protulerunt, inter omnes constat. Fortasse verum invenient, qui similitudinem spectaverint, quae est inter notam illam, et hanc — A(*d*)P — *Adponit* (38). CACVMEN. Neque in hujus vocabuli etymo eruendo conveniunt viri docti. Similitudo quidem magna est in notis — *Acutus*, *Acumen*, *Cacumen* (120). CALLIDVS, — K(*a*)L(*i*). (110), ut sit a — K(*a*)L*us* — *Callus* (151. c). CANCELLARIVS. (§. 43. 395) a — CAL*i* — *Cancelli* (162). COAEGYPTVS, — C(*on*)PG. (140). Quod Salmasius (Epist. p. 99) dicit, notam hanc legendam esse *Coptos*, documento est, ne elementa quidem notarum ei nota fuisse. Clara enim et distincta est litera G; atque ab — AGP. — *Aegyptus* (140), praefixa praepositione — *Con*, factam esse notam illam, videbunt qui utramque comparaverint. COMPESCIT. Festus hoc verbum ex *Con* et *Pasco* ducit. Alii id esse pro *Comparcit* statuunt. Tachygraphis *Pascit* est (168). *Compescit* autem (121). Minime igitur hoc ab illo profectum esse puto, sed potius a — *Compos*. CONCINNVM — (151) tachygraphis esse videtur a C(*on*)C(*i*)N*it* (173). CONTINVO — (80) a *Continet* — (10). CVSTOS. Licet Vossius praeferat etymon ex *Con* et *Adsto*, notarum tamen constructio haud dubie docet, a *Cura*

illud esse vocabulum. Est enim — *Cura* (59), — *Custos* (79). DAMNAT — a *Damnum* — (67). DILVIT — (134) a *Luit* — (131). DELICIAE. — DЄ(*l*)C(*i*)*e*, — DЄ(*l*)C(*i*)*tus* — *Delicatus* (152). Una eademque horum verborum radix est; quare non licet scribere *Delitiae*. DVMTAXAT. Miror Schellerum, qui (in praecept. stili I. 39) „Hujus mirabilis" inquit „vocabuli origo forsan „in perpetuum latebit. Videtur e pluribus vocabulis composi„tum esse: an e *dum taces at?* vel *tunc taces at?*" Equidem non assequor, quare se torqueat, per ambages quaerendo novam etymologiam, quum simplicissimam habere posset, si Prisciano (xv) auctore vocabulum illud a *Dum* et *Taxat* repeteret; non scilicet, ut significet *Dum aestimetur*, quod Vossio placet; sed ut prima hujus verbi significatio servetur, quae teste Schellero ipso (Lexic. V. 11185) est *Tango*. *Dumtaxat* igitur primitiva significatione, quae latius deinde patuit, est *Dum tangit*, sive *Tangendo*, *Leviter attingendo*, pro *Tantum*. Inde plurimae lapidum inscriptiones (Gruter. 506. 507. 574. 2. Maffei hist. dipl. p. 30), puncto interjecto, divisa habent DVM. TAXAT. (Gorii inscr. ant. p. 257 seq). Inde etiam in notarum collectione notam — T(*ax*)*at* (145) proxime sequitur — DV(*mx*)*at* — *Dumtaxat*, quae ejusdem stirpis est, quum a sit absorpta. EPHEBVS. — EPH(*ae*) tachygraphi fecerunt ex — PH(*ae*). — *Phaebus* (137), Φοιβος, Isidori opinionem, quamvis falsam, se-

quentes. Est enim illud ἔφηβος. EQVIDEM. Alii ab *Ego*, alii
ab *Et* repetunt hanc particulam. Illud confirmatur nota — *E-
quidem* (5). Namque *Et* notatur (1), *Ego* autem (3). EX-
SECRABILIS. — EXSK(*l*)*is* (162), aperte a —
SK. — *Sacer* (91). FETVS. — F(*e*)T*tus* (150), a
— F(*e*)T*tet* — *Foetet* (167). GENS. — G(*e*). a — G(*e*).
— *Genus* (47). IECVR. Fluctuant philologi in etymo hujus vo-
cabuli constituendo. Modo ex Graeco ἧπαρ, modo ex Hebraeo
פֶּדֶר, modo ex Chaldaeo יְקַר, modo ex ἴεμαι, modo ex *Juvo*, quin
etiam ex monstroso *Ibi* πῦρ invita Minerva ducunt. Nullam du-
bitationem habet Tironianae notae — IC(*or*) etymon. Pecu-
liare enim notae — *Cor* (73) id est, quod punctum in media
litera C inseritur. Quod quum in composita illa nota etiam sit,
eo minus dubitamus *Jecur* a *Cor* repetere, quo clarius in libro
Cassellano vel vulgaribus literis notae adscriptum est *Jecor*. LAV-
TVS, (56), a — *Laus* (47); non a — *Lavat* (184. c).
LIGVLA aliis est a *Lingua*, aliis a *Ligando;* tachygraphis a
Lingendo. *Ligula* enim notatur — L(*i*)G(*l*)*a*, *Lingit*
— L(*i*)G*it* (161). MAGISTER Vossio est a *Magis:* Schellerus a
μέγιστος mavult ducere. Illius etymologiam confirmare videntur
notae — *Magis* (14), *Magister* (9. c). MENDAX.
Conjecturis infinitis ducuntur philologi, originem hujus vocabuli
investigantes, cujus quidem etymon manifestum videtur in notis,
quas hac serie nexas habet collectio: — *Men-*

dum, *Mendax*, *Mendacium*, *Mendosum* (111). MINISTER a *manu* ducunt Perottus, Beckmannus, atque Jul. C. Scaliger, quasi dicatur *Manister*. Longe autem differunt notae. = M(*a*)*n* = *Manu* (111*) ac = M(*s*) = *Minister* (41), cujus radix est = M(*s*) = *Minus* (41). MONILE, (88. c) Isidoro est a *Munere*; Vossio a *Moneo*. Atqui *Munus* notatur (79. Carp. 46. v. 27); *Monet* (§. 311. A). Vossii igitur sententiam sequi praestat. MONIMENTVM, MONVMENTVM, MVNIMENTVM, vulgo confunduntur; non item a tachygraphis:

= *Monimentum* (88) = *Monet* (88).
= *Monumentum* (88. c) = *Mors* (96).
= *Munimentum* (65. c) = *Munis* (65).

Prius igitur est a *Monendo*. Secundum a *Morte*, unde et *sepulchrum* interpretantur grammatici. Tertium a *Munis*, quasi eo doceatur, gratias pro meritis et muneribus agi. MOROSVS utrum a *More*, an a *Mora* sit, dubitat Schellerus (princ. stili L. L. I. 83). Prius etymon tachygraphis probari, comparatio docet notarum = *Mora* (104), = *Mos*, = *Morosus* (70). PENITVS esse a *Penetrat*, patet ex utriusque vocabuli notis (33). PERENNIS, alii *Peremnis*. Male. = EN est *Annus* (102), = P(*ere*)N*nis* (102). PRAETOR.

(61) a — *Praeit* (20). ROSCIVS, nomen proprium, a *Rescit* fecerunt tachygraphi. Documento sunt notae, quae sequuntur, — *Conscius, Rescit, Roscius* (35). SALARIVM. — SAL*rium*, a *Sal*, (68). SCVTRA a Siculo σκύτρα, pro χύτρα, manare dicit Martinius. Diversum etymon repraesentat forma notarum — *Scutum, Scutrum* (156), pro *Scutra*. SIMVLARE, non *Similare*, ut a quibusdam male scribitur (Cellar. 355), qui a *Similis* ducunt. Refutantur comparatione notarum — *Similis*; — *Simul*, — *Dissimulat* (65). SPONSALIA (49). a — *Sponte* (49). SPVRCVS Isidorus explicat *quasi spurius*; tachygraphis est a *Purus*. Ita enim invicem se excipiunt notae — *Purus, Impurus, Spurcus* (86). STERQVILINIVM librariorum inventum est: Romani *Sterquilinum* et *Sterculinum* dixerunt (Cellar. 363). Posterius tuentur notae — *Stercus*, — *Sterculinum* (150). STIPENDIVM a *Stipes*, pro aere, auctoribus Varrone et Ulpiano. — ST*es* — *Stipes*. — ST*um* — *Stipendium* (68). STVLTVS, a *Stolidus*, — *Stolidus, Stultus* (102). SVBTEGMEN. Alii *Subtemen* scribi volunt. In notis est — *Stamen, Subtemen* (160). VARICAT ducit Schellerus a *Varo, Varare*, Martinius a *Varus*. Certiorem viam ingressi sunt tachygraphi, continua serie ponentes notas — *Varius, Varietas, Varicat* (132. c) ut igitur hoc verbum sit a *Varius*. Accedit auctoritas Ciceronis,

qui (partit. 36) *praevaricator*, inquit, *significat eum, qui in contrariis causis quasi varie esse positus videatur;* item Ulpiani, qui (l. 4. §. 5 de his qui not. infam.) *praevaricatorem esse*, dicit, *quasi varicatorem, qui diversam partem adjuvet prodita causa sua.* VIRGO. Festus a *viridi* aetate, plurimi a *vir* ducunt. Neutrum notis Tironianis confirmatur. Iis enim  est *Viridis* (9),  = *Vir* (8); sed *Virgo* notatur  (56), quae forma propius accedit ad  = *Ver* (113).

§. 381. Neque tamen haec proposui tamquam decreta nulli dubitationi obnoxia; sed ut iis, qui hoc studio tenentur, materiem praeberem etymologicas has quaestiones diligentius persequendi, philologisque simul aperirem thesaurum adhuc incognitum. Qui quoniam notarum collectionem neglexerunt, in varios saepe sunt inducti errores, ut praeter alia docet interpretatio glossarum, quae sub Isidori nomine circumferuntur. Id enim opus (in edit. nov. Arevali T. VII. 443) saepius spectare ad notarum collectionem, de eo ne cogitarunt quidem docti viri, qui illud vulgarunt atque explicare instituerunt. Unde factum est, ut neutiquam intelligerent, quid sibi velit auctor, quum ad plura vocabula adnotaret alia, quae cum illis ab eo conjuncta sunt inserta particula *Post.* Ita (p. 453, n. 320) reperies *Canava, Camea post coenaculum;* ad quae Areval: *Pro* camea *repone* camera. Male. Auctor enim, quisquis sit, sive Isidorus, sive quis alius, vocabula illa minime explicare voluit, sed tantum retulit ad notarum col-

lectionem, ubi (149) hoc ordine sese excipiunt: *Caenaculum*, *Caenacellum*, *Canava*, *Camea*. Etenim *Caenacellum* postea collectioni videtur esse insertum. Item ad vocabulum *Dramea* glossarii auctor adscripsit: *post Framea*; ubi Areval, qui id frustra in ejusdem glossarii littera F quaesiverat, emendare conatus est *Framearum*. Male iterum: spectat enim animadversio illa ad notarum collectionem (126). Ad vocabulum *Mutelus* adjicitur: *post Ruffus*, *ante Rubrum*. Neque hoc intellexit Areval. Addit enim (p. 476): *Quid hic glossator annotaverit*, *incertum. Fortasse innuit*, *Mutelum esse Ruffum*, *quod ante fuit Rubrum*. Fallitur. Namque in notarum collectione (128) ita digestas reperies notas: *Rufus*, *Mutilus*, *Rubeus*. Denique ad vocabulum *Trimitat* legitur: *post Urna*. Ad quae Areval: *Posturna*. Atque alii etiam illam lectionem vexarunt; ut Semlerus, qui *Trivia Proserpina*, vel *Trimata post tres annos* legi vult. Adeo vanae et inanes conjecturae saepe ab iis proferuntur, quibus ratio simplicissima latet. In notarum enim collectione (156) legitur: *Urna*, *Trimitalis*, cet. Equidem, ut brevissime dicam, mihi persuadeo, ne glossarum quidem auctorem illa vocabula intellexisse, ideoque legentes ad notarum collectionem remisisse, ut ex serie, in qua collocata sunt, pro sua quisque parte ea explicaret.

§. 382. Inter eos, quorum interest, notas Tironianas intelligere, primum profecto locum occupant arti diplomaticae dediti,

quippe qui earum cognitione minime omnium supersedere possint. Atque adeo sunt inter eos, qui intricatissimum hoc scripturae genus, quoniam non norunt, tamquam ignotum hominem, inviti praetereant. Sunt vero alii, qui in misero acquiescant solatio, nonnisi cancellariorum annotationes sub ejusmodi notis latere, quas liceat impune ignorare (Schmidt Phiseldeck p. 56. §. 88). Quid ita? Num quod non intelligitur parvi pendere decet? Nonne erubescant arti diplomaticae dediti, diplomata habere ante oculos, quae per imperitiam tota legere non possint? Certe, qui notarum cognitionem inutilem in arte illa esse temere statuunt, ne suspicantur quidem, quibus erroribus sint obnoxii; qualis est e. g. ejus, qui nobis persuadere conatur, *Signa cancellariorum perperam appellari* Recognitionis, *quoniam neutiquam* recognitionem, *sed* subscriptionem *chartarum significent, siquidem numquam sequantur verbum Recognovi, sed verbum Subscripsi* (Schmidt Phiseld. p. 133. §. 200). Scilicet non didicerat vir doctus, quid sibi velit nota  sive , quae in omnibus fere illis signis conspicua est, et ipsum illud *Recognovi* significat.


§. 383. Sed multo magis etiam vituperandi sunt, qui, quum notarum rudes atque ignari sint, id agunt, ut hanc scripturam detrectent et contemnant. Nonne jure miremur, celeberrimae academiae Boicae ne ullum quidem sodalem fuisse, a quo P. Gregorius Geyer meliora edoceretur, quum in ipsis academiae commen-


tationibus (a. 1777. T. VII. p. 316) inepte atque omnino absurde judicaret de notis, quae in diplomate quodam Ludovici Germanici conspiciuntur? Operae pretium est, ipsum audire auctorem, sermone vernaculo quidem, at incomto, ita loquentem: *Wir sehen eine ganze Reihe derley unkänntlichen Gezeuges* (nimirum prout auctor id intellexit) *gleich nach dem Worte Sigillari fortlaufen. Diese sehen läppisch aus* (scilicet inscitis); *aber sie werden glaublich doch nicht nur jählings und umsonst hingeschrieben worden seyn. Vielleicht war Ludwig auch so ein unglücklicher Schreiber, wie Karl, sein Grossvater?* (itaque regem ipsum notas scripsisse sibi persuasit.) *Gilt etwa dieses Krätzeln für seine Unterschrift? Mögen sie nicht gar Siegeln,* (quid intersit inter *Sigilla* et *Siglas*, ignorasse videtur) *oder Tyronianische Abkürzungs - Zeichen seyn? Bis itzt bin ich noch nicht im Stande, dieselben aufzulösen,* (nullus dubito) *wenn sie doch jemals einen wörtlichen Verstand sollen vorgebildet haben, und nicht vielmehr ein beliebiges Wesen* (quae amentia!) *wie sonst das † waren,* cet. Sed missum faciamus hunc nugatorem: ipsas enim notas infra (§. 409) explicabimus.

§. 384. Quae quidem in diplomatibus sunt Tironianae notae, eas non solum in signis cancellariorum, sed etiam aliis in locis reperias. Exordiamur ab iis, quae in chartis regum Francorum stirpis Merovingicae supersunt, omniumque antiquissimae viden-


tur, quas hodie habemus. Difficillimam earum interpretationem esse, nemo mirabitur, qui animadverterit, plurimos vel in legendis eis, quae vulgaribus literis illo tempore scripta sunt, haerere, ipsaque sermonis vitia impedimento esse, quo minus intelligantur. Neque alia est causa, cur adhuc non fuerint, qui notas illius aetatis explicare conarentur. Etenim in Merovaeorum diplomatum notis nullus conjectando locus est, quoniam, quae ante scripta sunt vulgaribus literis, Tironianis notis non repetuntur (quod in diplomatibus regum secundae stirpis plerumque fieri videmus), sed res prorsus diversae significantur. Singulae igitur literae, sive partes, quibus notae constant, diligenter sunt considerandae et examinandae, neque antecedentium comparatio ulli adjumento esse potest in interpretandis istis annotationibus.

§. 385. Quantuscunque autem in eo labor sit et difficultas; plures tamen harum notarum explicabo, quae sufficiant ad probandum earum usum in chartis, inde a saeculo septimo scriptis. Quod ut efficere possem fecerunt Parisiensia diplomata, quorum inspectio mihi concessa fuit, liberaliter sese interponente Viro reverendissimo Carolo Altieri. Primum igitur sit Theoderici regis diploma, anno DCXC datum, quod Mabillon (471.13) typis mandavit, cujusque principium et finem aeri incidenda (379.2) curavit. In eo subscriptionem Uulfolaeci sequuntur notae, quas ex autographo accuratius delineatas subjicio:



Distinctiorem autem earum formam hanc esse arbitror:  ......
 i. e. *Scripsit* (16) ...... *le* (28) *us* (24) *et* (1) *Bere* (22) *a* (26) *rius* (25) *majore* (47. 23) *domus* (78) *legit* (42). In nomine viri, qui haec scripsit, primas syllabas extricare non potui, quum nimium sint perplexi characteres: desinit nomen in *leus.* Notanda praeterea nominis *Berearii*, pro *Bercharii*, orthographia diversa ab ea, quae in diplomate ipso atque ubique fere reperitur. Fuit ille Major domus, qui ab amicis proditus interfectus est (Fredegar. cap. 100. Gesta Francor. C. 48). Ceterum neminem sermonis Latini hoc saeculo usitati (§. 344) gnarum id morabitur, quod ultimus casus pro primo in vocabulo *Majore* positus est.

§. 386. Aliud ejusdem saeculi diploma anno DCXCIV sive DCXCV a Childeberto III (aliis II) datum Mabillon (476. xx) edidit, ego vero ipse inspexi, atque ex autographo notas Tironianas, perperam apud illum (383, I) efflictas, ita refingendas curavi:





Sequuntur subscriptionem Uulfolaeci. In prima nota, quae summo loco sola posita est, interpretanda haereo; neque eam explicare licet, nisi ponas, paulo diversam ejus formam tunc fuisse, ut forsitan sit pro  — *Impetratum* (109*). Mira quoque est notae, quae sequitur, compositio ex  — *Opus* (48) atque  — *Ante* (14), ut inde fiat *Operante*. Ista scilicet praepositione pro vera terminatione  — *Ante* (198) ideo usum esse tachygraphum verisimile est, quod haec eo tempore fortasse nondum esset usitata, siquidem in pluribus notarum collectionibus antiquioribus desideratur, ideoque a Grutero ex recentiore quadam in appendicem est rejecta. Multum sudavi in illius notae ratione indaganda. Neque enim repraesentabat  — *Opera* (48); neque terminatio  — *ria* (25) esse poterat. Nunc autem haud dubito, quin recte legerim. Longe facilius perspiciuntur, quae sequuntur notae *Pi pi* (30) *no* (30) *majore domus clarissimae* (78. 47). Posterior nota eodem modo ex duabus est composita, quo  — *Vir clarissimus* (98). Neque nos movere debet hoc epitheton dignitati Majoris domus adjectum, quandoquidem similia leguntur, ut *Major domus regiae* (Du Cange h. v.). Pipinus ille, cognomine Heristallii notus, Ansegiseli, sive Ansegisi, filius, Caroli Martelli pater fuit, anno DCLXXXVII dignitate illa ornatus (Dion. Petavii epit. hist. reg. Franc. p. 21) regnum intercepit, regibus non nisi titulo relicto, supremumque diem XVII Kal. Januarii anni DCCXIV obiit. Hisce notis annexi sunt cha-


racteres, qui num verae notae sint, an potius calami ductus ex supra positis literis vulgaribus descendentes, affirmare nolim.

§. 387. In alia ejusdem Childeberti charta anni DCCIX (Mab. 482. XXVII) nomen *Blatcharii*, qui eam signavit, proxime sequuntur notae ad autographum a me delineatae, non ita deformes, ut apud Mabillonium (385. I) exhibentur:



Difficillimam esse harum notarum interpretationem ingenue confiteor: neque ego is sum, qui, quae percipere mihi videor, aliis obtrudere velim. In primo versu duas posteriores notas suspicor esse  = *judicio* (Carp. IV) *placatum* (106*); atque in secundo tres posteriores  = *denuntiavit* (42*) *A* (26) *do* (27). Nullam vero dubitationem habet nota, quae a ceteris separata in versu tertio sola conspicitur,  = *Clericus* (91); unde colligo, *Ado*, quod antecedit, nomen proprium esse clerici, qui in diplomate ipso *Adoinus*, *Audinus*, quin etiam *Vdinus* appellatur.

§. 388. Sequuntur notae in tertia ejusdem Childeberti charta anni DCCX (Mab. 482. xxviii)



ex quibus posteriores sex legere non dubito   — *Gri* (31) *mu* (28) *al* (29) *do* (27) *majore* (47 et 28) *domus* (78). Praeterea animadverto, nomen ejus, qui post regem subsignavit, vulgaribus literis scriptum, *Uactalium* esse, non *Actalium*. Saepe enim Mabillon U, si prima litera est, legere neglexit; id quod ex comparatione autographorum cum exemplis, quae edidit, intellexi.

§. 389. Quod in vulgari scriptura cuilibet observare licet, nitidiorem clarioremque eam fieri Caroli M. et potissimum Ludovici Pii aetate, id etiam in notarum Tironianarum forma manifestum est, quippe quae eo tempore captui legentium multo magis accommodata videtur. Chartarum, quas nunc recensendas sumimus, prima sit, quae anno DCCLXIX a Carolomanno, Caroli M.

fratre, data est. Scripturae specimen vulgavit Mabillon (387. II). Quodsi autographum, quod vidi, consulueris, in recognitionis signo distincte notatum reperies  = *Ma* (28) *gi* (27) *na* (28) *rius* (25).

§. 390. Chartam, qua Carolus M. die XXV Octobris, anno DCCLXXVI, decimas quasdam abbatiae Hersfeldensi donavit, totam aeri incidendam curavi eo potissimum consilio, ut ostenderem, quanta plerumque incuria historici diplomata tractent, et quam neglectum nostra aetate jaceat artis diplomaticae studium. Est enim illa ipsa charta, quam vulgavit Wenck (hist. Hassiae T. II. Cod. prob. N. 1). Jam vero si exemplum ab hoc auctore editum cum nostro, quod ad autographum delineatum est, comparaveris, obstupesces sane mendorum multitudine, quae in illo deprehenduntur. Nostrum ita est legendum:

Caroluſ gratia dei rex francorum et langobardorum quicquid enim lociſ uenerabilibuſ ob amore domini et oportunitate ſeruorum dei beniuola deliberatione concedimuſ hoc nobiſ ad aeternam beatitudinem uel remedium animae noſtrae pertinere confidimuſ quapropter notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini qualiter donamuſ ad monaſterium haerulfiſ felt ubi lullo ep̄ſ abba praeeſſe uidetur. quod eſt in honore beatorum apoſtolorum ſymoniſ et tathei ſuper fluuium fulda in uaſte bochonia conſtructum hoc eſt illa decima de terra et prata ex fiſco noſtro cuiuſ uocabulum

eſt aplaſt in pago toringia quantum cumquae ad praedicto ſiſco noſtro pertinet ſicut diximuſ illa decima de terra et prata ſiue aquiſ ad iam dicto ſancto loco tradimuſ ſimiliter et in alio loco. ubi franci homineſ commanent cuiuſ uocabulum eſt molinhuſo quantum in ipſa uilla noſtra uidetur eſſe poſſeſſio illa decima de terra et ſilua uel prata ſiue aquiſ (ad praedicto) *ad praedicto ſancto loco tradidimuſ perpetualiter ad poſſidendum Propterea hanc praeceptionem auctoritatis noſtrae conſcribere juſſimuſ ut ab hac die tam memoratuſ lullo ep̄ſ quamque ſui ſucceſſores qui fuerint rectoreſ ejuſdem ſancti loci ipſa decima de terra ſilua et prata uel aquiſ deſupra ſcriptaſ curteſ ad opuſ iam dictae eccleſiae habeant teneant atque poſſedeant Et quicquid ex inde ad profectum eiuſdem ſanctt loci facere elegerint liberum perfruantur arbitrium. Et nulluſ quilibet de fidelibuſ noſtriſ aut de iudiciaria poteſtate uel qualibet perſona praedicto* (ep̄o) *de iam dicta decima inquietare aut contra rationiſ ordine uel calonniam generare quoque tempore praeſumat ſed hoc noſtrae auctoritatiſ atqu* (e) *confirmationiſ donum iure ualeant poſſide* (re) *firmiſſimum quatenuſ meliuſ delectet* (ipsos) *ſeruoſ dei qui ibi deo deſeruire uidentur* (p)*ro nobiſ etiam uxore. et proliſ noſtriſ. uel procerum noſtrorum ſtabilitatem domini miſericordia ad ten*(tiu)*ſ exorare et ut haec auctoritaſ firmior ſit manuſ noſtrae ſubſcriptionibuſ*

ſubter eam decreuimuſ roborare Uel de anulo noſtro iuſſimuſ ſiggillare

ſignum (Monogr.) *Caroli glorioſiſſimi regiſ*


(Chrism.) *uuigbald*(us) *ad uicem hitherii recognoui et ſ* (L. S.)

datū octauo kl. Nouembriſ Anno octauo et ſecundo regni noſtri actum dvria palatio publico In dei nomine feliciter.

Satis nota est abbatia *Hersfeldia* ad Fuldam fluvium, quae Landgraviis Hasso-Cassellanis pace Westphalica cessit. De *vasta Bochonia*, sive silva *Bochonia*, Schannat in libro, quem de *Buchonia* veteri scripsit, et Browerus in antiquitatibus Fuldensibus, plura exposuerunt. Ejusdem ad annum DCXL jam meminit Fredegarius (Cap. 87 in Ruinarti editione Gregorii Turon. col. 656). *Aplast*, pro quo Wenck perperam habet *Cimbero*, *Apflosta* in breviario Lulli esse videtur (Wenck p. 16). Pro *Molinhusa* autem *Bothaha* male edidit Wenck. Büschingius (Geograph. T. III. Vol. III. p. 531) urbem *Muhlhusam Thuringorum* usque ad saeculum undecimum ignotam fuisse putat; et Grasshof (in orig. Muhlhus. C. I. §. 9. p. 10) *Imperatorum*, inquit, *Carolingorum temporibus quae ratio Muhlhusae fuerit, nos latet;* ac paulo ante (§. 8. p. 5): *Thuringia septentrionalis cessit Saxonibus; meridionalem obtinuerunt Franci. Utrum vero hi Muhlhusam vel agrum Muhlhusanum eo tempore occupaverint, nec ne, non satis liquet.* Omnes illas tenebras haec

charta dispellit, atque a Francis saeculo octavo jam habitatam fuisse Muhlhusam docet. Quodsi causam quaerimus, cur id ipsum in diplomate annotatum fuerit, responsio in promptu est. Neque enim desunt diplomata, in quibus locorum incolae nominentur; ut in duabus chartis ejusdem Caroli (Falke tradit. Corbeiens. 377. Eckhart Franc. orient. II. 864), ubi legitur, *Uuluisangar, quam Franci et Saxones pariter inhabitare videbantur:* neque nos fugit, Carolum M. populos ex sedibus patriis in alias regiones transtulisse (J. Schuback praes. Koelero de Saxonum transportatione sub Carolo facta. Goett. 1748. Kollar. anal. I. 519. 565. 567. Westphal. mon. ined. I. praef. 97. Buchholtz hist. Brandenb. I. 211. Meusel accessiones ad hist. II. 51. 53. 54). Quo factum est, ut Franci occuparent loca derelicta: quorum quum deinde mentio inferebatur, veterum incolarum nomina exprimi necesse erat. Beato igitur patri meo adsentiri nequeo, qui in praestanti de statu judiciario in Hassia libro (I. 13) ex eo, quod Franci et Saxones simul habitarint Uulfisanger, colligit, eundem vicum tunc populos illos disterminasse.

§. 391. In luculento illo diplomate per lapsum notarii accidit, ut verba *ad praedicto* bis scriberentur. Quare in fine versus quarti digito madido abstersa esse videntur; pariterque deleta sunt, quae in fine adscripta erant, verba *Quantumcumque ibidem.* Sed haec nihil ad nos, qui de notis Tironianis quaerimus, quas in illo diplomate nunc explicare instituimus. Ante omnia autem


probe notandum, in notariorum signis ordinem notarum saepius turbatum videri (§. 393). Quem quum restituimus, illas notas ita legimus   i. e. *uni* (§. 340) *h* (§. 114. 311. c) *bal* (30. c) *dus* (27) *abbas* (91) *tabernarius* (163) *ordinante* (74 et 198) *domno* (78*) *meo* (12) *Karlo* (94* et 28) *rege* (§. 306) *Franc* (187) *orum* (23) *et* (1) *aliorum* (4 et 23) *in vicem* (84*) *Hitheri recognovi* (§. 382) *et* (1) *subscripsi* (11*). In ultima nota pro terminatione, quam restituimus, conspicitur L. Sed res ipsa efflagitat *subscripsi*. Conferant velim ii, quibus adhuc residet in interpretatione harum notarum scrupulus, quas mox (§. 394) proferemus ejusdem Uuigbaldi notas. Quid sit abbas tabernarius, colligi potest ex vocabulo *Tabernaria*, quae fuit *praepositura, monacho cuidam mandata, cui tabernae monasterii curae erant* (Du Cange h. v.). Varii enim generis in monasteriis olim fuere abbates, ut *praebendarum, campaniles, scholares*, aliique (Du Cange v. *Abbas*).

§. 392. Quas hactenus perlustravimus notas, eas ex imperatorum regumque diplomatibus protulimus. Neque vero deesse chartas privatas, in quibus notae Tironianae compareant, testatur Folradi testamentum (Mab. 449) anno DCCLXXIX conditum, quod Parisiis in tabulario imperiali inspexi. In signo enim *Maginarii*, qui illud testamentum approbavit, distincte eaedem,

quas ante (§. 389) exhibui, quatuor ejus nominis notae conspiciuntur.

§. 393. In signo, quo Uuidolaicus recognovit chartam Caroli M. mense Octobri, anno DCCLXXXI, datam (Mab. 501. n. LIV. 389. I), notae ex autographo tabularii imperialis accuratius delineatae   significant *Uui* (29*) *do* (27) *an* (1. apertus est error notarii, qui hanc syllabam scripsit pro > = *la.* 27) *i* (26) *cus* (26) *ad vicem* (84*) *Rado* (28 et 27) *nis* (28) *relegi et* (1) *subscripsi* (11 *) *Fol* (159*) *ra* (28) *dos* (27. 96). Id enim est nomen abbatis Dionysiani, cujus precibus motus rex commutationem quorundam bonorum illo diplomate confirmavit.


§. 394. Alia in tabulario imperiali Caroli M. charta, ni fallor, eadem est, qua monasterio S. Germani in Pratis die V Novembris, anno DCCLXXXV, villam Madriolas aliasque res concedit (Bouillart hist. abbatiae S. Germani. Paris. 1724. cod. pr. p. XII. n. XIII). Notae in signo Uuigbaldi hae sunt:



i. e. *Uuih* (§. 340) *bal* (30. c) *dus* (27) *ad vicem* (§. 393) *Radonis* (28. 27 et 28) *recognovi et subscripsi* (§. 391) *ordinante* (74


et 198) *domno* (78*) *rege* (§. 391) *per* (1) .... *uir* (8) *dum* (4). Utrum ultimum nomen sit *Anvirdus* ab < = *An* incipiens, an *Levirdus*, a \ = *Le*, incertus sum.

§. 395. Quum fragmentum quoque chartae, qua Gisela, Caroli M. soror, die XIII Jun. DCCXCIX (perperam Mabill. p. 503. LVII. annum 791 adscripsit) monasterio Dionysiano praedia nonnulla assignavit, in manus mihi venerit, cancellarii signum, quod deformatum est in Mabillonii libro (389. II), ad autographum accurate delineatum hic subjicio:



Notarum ordinem in hoc etiam signo turbatum esse, facile animadvertitur. Ita enim legendae sunt: i. e. *Uui* (§. 393) *ne* (28) *ra* (28) *dus* (27) *Cancellarius* (§. 43. 380) *jussus* (72*) *a* (26) *praedicte* (10 et 1) *domne* (78*) *Gis* (27) *si* (29) *le* (28) *gri* (31)

vit (24). Quod ultimo loco bis adscendens pictum est verbum barbarum, eo usus est notarius pro *scripsit. Grafare* enim *Graffiare, grafiare,* proprie est *Scribere,* a Graeco γράφειν (Duellii misc. I. 95. C. 40. f. Du Cange h. v.), quin etiam *graphia* pro scriptura legas in capitulis Caroli M. (Add. III. C. 73). Notandum praeterea sermonis vitium *Jussus a praedictae Domnae,* quod in iis etiam, quae vulgaribus literis scripta sunt, exstat. Ceterum non nisi lapsum scribentis esse censemus, quo , pro , in verbo *Praedicit* (10) notatur.

§. 396. Recognitio Genesii in diplomate, quod Carolus M. quum jam Imperator esset, die 15 Sept. 802 abbatiae Hersfeldensi dedit, ex autographo tabularii Cassellani haec est:   = *Genesius* (97*) *ad* (1) *vicem* (29. 24) *Ere* (22) *ca* (26) *an* (1) *bal* (30. c) *di* (27) *recognovit et scripsit* (10); quae notae repetitae ac pro parte aliqua sigillo obductae sunt. In fine additur:  = *Fieri* (27 et 24) *documentum* (88) sive *documento,* (terminatio enim abest) *imperator* (§. 251) *praecepit* (17).

§. 397. Quoniam Mabillon (annal. Bened. I. 229) dubitavit, an ullus unquam nomine *Suavis* fuerit Caroli M. notarius, illius subsignationem, quae est in hujus imperatoris charta die I Decembris, anno forsitan DCCCXI, exarata (notae enim chronologicae minime congruunt), ex tabulario Herbipolensi (Eckhart Francia orient. II. 864. 865) hic describere visum est. Subsignatio dua-

bus notis absolvitur:  = *Suavis* (34) *scripsit* (10). In chartae fine vocabulum *Amen*, vulgaribus literis scriptum, Tironiana nota  = *Amen* (25) repetitur.

§. 398. Alius chartae, quam idem imperator die IX Maji anno DCCCXIII sanxit, notas Tironianas, etiamsi autographum nondum vidi, ex icone apud Falke (trad. Corbeiens. ad p. 377) aeri incisa explicare nunc instituam, restitutis earum formis. Videant illi, quibus occasione oblata autographum ipsum comparare licuerit, num corruptis notis medicinam adtulerim. Ita enim lego:

 i. e. *Anno* (102*) *tredecimo* (101. et 28) *imperii* (64*) *Karoli* (Carp. 28. v. 13) *invicem* (84) *Hiremiae Uui* (§. 340) *thae* (31. 29) *rius* (25) *diaconus* (91) *subscripsi* (11) *Gun* (27) *dr dus* (27) *am* (24) *bas* (26) *ci* (26) *a* (1) *uit* (24).


§. 399. Quae in Alsatia diplomatica (I. Tab. VIII. ad p. 65) vulgata est charta Ludovici Pii, die XXVIII Aug. anno DCCCXVI exarata, eam notis, quae ibi corrupte exhibentur, ad autographum, quod Argentorati inspexi, emendatis, denuo hic edo. Ac nunc demum nullo negotio in signo recognitionis legi possunt haec

i. e. *Dur* (127*) *an* (1) *dus* (27) *diaconus* (91) *in vicem* (84) *Hl li* (28) *sa* (29) *ca* (26) *ar* (24) *recognovi* (§. 382) *et* (1)

subscripsi (11* et 29). Mire cum notis ea, quae literis vulgaribus sunt scripta, congruunt. Nomen enim *Helisachar,* quum sit Hebraeum ab אֵל et שָׂכָר, ne in his quidem flectitur; quod omnia confirmant diplomata genuina (Baluz. Capitular. II. 1409. Schannat vindic. Tab. IV. n. 2. Mabillon. annal. Bened. II. 721. Alsat. dipl. I. 63. 64). Praeterea observes velim signum interpunctionis (§. 319. 320) ·⁂·, quod vocabulo *Amen,* literis (*am*) vulgaribus quidem, sed detortis, ter repetito in primo et tertio versu adjicitur, cujusque in locum in secundo versu substituitur nota, quae iterum *Subscripsi* significat. Ejusdem notarii subscriptionem in eo, quod sequitur, diplomate videbis, similemque in Vindiciis archivi Fuldensis (Schannat. Tab. IV. n. 2). Ceterum notandus est Gatterer, qui (elem. §. 242. p. 164) illam notam, qua vocabulum *Amen* significatur, esse putat chrismon ter repetitum, indeque falso sibi persuadet, plures in hoc recognitionis signo esse subscriptiones. Notandus etiam Lichtenberg, qui non magis id intellexit (§. 441).

§. 400. Sed non solum in signis notariorum, verum etiam post ipsum chartarum argumentum, notas Tironianas reperiri, documento est Ludovici Pii diploma, quod die XX Ianuarii DCCCXX Uulfgario, episcopo Herbipolensi, concessit (Eckhart Franc. orient. II. 880). Post illius igitur argumentum hae leguntur notae, quas ex ipso autographo descripsi : 
 i. e. H(*e*)*l* *i* (26) *an* (1)

dus (27) *ambasciavit* (etenim syllabam *vit*, §. 398, ita etiam notari, innumerabilia docent exempla) *et* (1) *magister* (9. c) *scribere* (10*) *jussit* (72). Quae in signo notarii exstant notae ita sunt legendae: *Durandus diaconus in vicem* (ut in superiori diplomate §. 399 easdem explicavi)  — *Fr* (1) *du gi* (27) *si* (29) *recognovi et subscripsi* (ut in eodem).

§. 401. Parisiis in tabulario imperiali chartam vidi ejusdem Ludovici, qua confirmat commutationem quandam bonorum ab Hilduino abbate S. Germanensi factam. Data est V Kalendas Octobris anno VII imperii domni hludouuici indict. XIIII, i. e. die XXVII Septembr. a. DCCCXX, et typis, quod sciam, nusquam mandata. Ante subscriptionem in fine ipsius argumenti notas reperi has: , i. e. *Idem* (6) *Hil do* (27) *inus* (26) *ambasciavit* (§. 400).

§. 402. Chartam Ludovici Pii, quae die VI Novembris, anno DCCCXXI, data est, quum integram typis non mandaverit Mabillon, sed scripturae tantum specimen (398. 399) dederit; equidem ex autographo tabularii imperialis eam descripsi, et hoc loco subjungo:

(Chrism) *In nom. dnī dei et ſalvat. nri Ihu Xpi hludouuicuſ diuina ordinante prouidentia imp. aug. ſi enim ea quae fideleſ imperii n̄ri procerum oportunitatibuſ inter ſe* (vers. 2) *commutauerint nriſ confirmamuſ edictiſ imperialem exercemuſ conſuetudinem et hoc in poſtmodum iure firmiſſimo*

manſurum eſſe uolumuſ Idcirco nouerit omnium fidelium nr̄orum tam praeſentium quam et ſuturorum ſollertia quia uir uenerabiliſ hilduinuſ abba ex monaſterio ſc̄i dioniſii martiriſ xp̄i pariſiacenſae (vers. 3) *ſacrique palatii nri ſummuſ capellanuſ nec non et quidam homo* (nomine richboto) *ad nram accedenteſ clementiam innotuerunt celſitudini nrae eo quod* (pro) *ambarum partium oportunitate aliquas reſ inter ſe commutaſſent dedit igitur praedictuſ hilduinuſ abba ex ratione praefati monaſterii ſui* (vers. 4) *ſc̄i dioniſii pariſiacenſae memorato richbodoni in pago uilcaſino in loco qui dicitur lincono uilla de terra arabili bunuarioſ duoſ et e contra in compenſatione huiuſ rei dedit idem richboto ex ſuo proprio praefato hilduino abbati ad partem iam dicti monaſterii ſui in ipſo pago ſeu in ipſa uilla de terra arabili bunuarioſ duoſ* (vers. 5) *Unde et duaſ commutationeſ pari tenore conſcriptaſ manibuſque bonorum hominum roborataſ ſe prae manibuſ habere profeſſi ſunt. ſed pro integra firmitate petierunt celſitudini nr̄ae ut ipſaſ commutationeſ denuo per nr̄ūm manſuetudiniſ praeceptum pleniuſ confirmare deberemuſ quorum petitionibuſ denegare noluimuſ* (vers. 6) *ſed ſicut unicuiq. fidelium nrorum iuſte petentium ita noſ illiſ conceſſiſſe atq. in omnibuſ confirmaſſe cognoſcite Praecipienteſ ergo iubemuſ ut inſpectaſ eaſdem commutationeſ ſicut per eaſ pleniuſ declaratur quicquid parſ*

iuſte et rationabiliter alteri contulit parti deincepſ per hanc nram auctoritatem (vers. 7) *iure firmiſſimo teneat atq. poſ. ſideat uel quicquid exinde facere uoluerit libero in omnibuſ perfruatur arbitrio faciendi. haec uero auctoritaſ ut per futura tempora pleniorem obtineat firmitatem de anulo nro ſubter iuſſimuſ ſigillari* 




(Chrism.) *hirminmariſ diaconuſ ad uicem fridugiſi recognoui et ſ.* (L. S.)

(Chrism.) *data VIII id. nouemb. anno Xpo propitio VIII imperii domni hludouuici ſereniſſimi auguſti Indictione XV actum theodoniſ uillae palatio regio in dī nomine feliciter am..*

In signo notarii nullae quidem notae comparent. Quae vero subscriptionem praecedunt, ita sunt legendae: *Hil du* (27) *inus* (26) *ambasciavit* (§. 400) *et* (1) *Fridu* (31. 27) *gi* (27) *sus* (29) *magister* (9. c) *scribere* (10. 22) *et* (1) *firmare* (57. 22) *rogavit* (52. 24).


§. 403. Quibus perspectis facile restitui posse censeo notas, quae in charta Ludovici Pii, die XVIII Maji, anno DCCCXXII, sancita, apud Mabillonium (595. II) leguntur post verbum *jussimus.* Licet enim autographum non viderim, fidenter tamen ita repono  = *Magister* (9. c) *firmari* (57. 24) *jussit* (72).

§. 404. Neque difficilior interpretatio est notarum, quae sunt in signo notarii, quod in ejusdem Ludovici et ejus filii Lotharii diplomate, die XXVII Octobris, anno forsitan DCCCXXVI (indictio enim cum anno imperii non convenit) Ingilnhemii dato, conspicitur. Chartae initium et finem ex Alsatiae diplomaticae (I. Tab. IX ad p. 72) exemplo hic insero: ipsum enim archetypum Argentorati et Colmariae frustra quaesivi. Notas ita lego: *Durandus diaconus in vicem* (§. 399) *Fridugisi* (§. 402) *recognovi et subscripsi* (§. 391). Difficilius discernuntur, quae post argumentum conspiciuntur, corruptae notae. Quas quidem post chrismon et nomen quoddam proprium, quod ignoro, in autographo has esse existimo:  = *ambasciavit et magister scribere jussit* (§. 400).

§. 405. Parisiis in bibliotheca imperiali adservatur diploma Pipini I Aquitanorum regis, quo donationem quandam die XXVII Septembris, anno DCCCXXVII in gratiam monasterii Crassensis confirmat (Brequigny Tabula dipl. chron. I. 174). Saxbodus diaconus id recognovit in vicem Aldrici, atque id ipsum notis Tironianis in ejus signo notatum legitur:   i. e. *Saxbodus diaconus* (91) *ad vicem* (§. 393) *Aldrici* (29. 31 et 26) *rec-vit* cet. Ultima nota significari videtur *recognovit;* prima ex  = *Sa* (29),  = *bo* (26),  = *dus* (27), et  = X est composita.

§. 406. Redeo ad diplomata Ludovici Pii, quorum illud, quod una cum filio Lothario die XXVI Febr. anno DCCCXXVIII dedit, Mabillon (399. II) ex aliqua tantum parte aeri incidendum curavit. Notas Tironianas, quae in signo notarii ibi delineatae sunt, haud quisquam explicabit: easdem vero in autographo, quod in tabulario imperiali est, quilibet hujus scriptionis non ignarus satis intelliget. Sunt enim hae: 

i. e. *A* (26) *da* (27) *lul* (28*) *fus* (27) *recognovi et subscripsi* (§. 399) *Hilduinus* (27* 27. 26. 28. c) *Ambvit* (24* pro *ambasciavit*) *anno quindecimo* (101*) *imperii* (64*) *domni* (78*).

§. 407. Critici munus quum semel susceperim (§. 398. 403. 404), restituam etiam notas illius diplomatis, quod Ludovicus Pius die X Jun. anno DCCCXXXIII Senonensi S. Columbae monasterio concessit (Bouquet script rer. Gall. VI. 591). Aeri incisae sunt in novo artis diplomaticae opere (T. V. Tab. 93). Archetypum inspicere mihi non contigit: quare priores, quae super sigillum in linea transversa inscriptae sunt, notas vix discerno, excepto vocabulo *domnus*, quod in iis obvium est. Reliquas ita lego:

 i. e. *Monasterium* (91) *Co* (26) *lumbae Me* (28) *gi* (27) *na* (28) *rius* (25) *notarius* (106) *in vicem* (84) *Te* (1) *o* (26) *to* (29) *nis* (28) *recognovi* (§. 382) *et subscripsi* (§. 393).


§. 408. **Verum et genuinum haud dubie est diploma Ludovici Germanici, quod Hund (metrop. Salisburg. I. 231. 232) edidit, sed ab homine in arte legendi ea, quae priscis temporibus exarata sunt, omnino rudi exceptum: quare id ad autographum, quod Monachii asservatur, curatius descriptum subjicio:**


In nomine ſcae (sanctae) *et indiuiduae trinitatiſ hludouuicuſ diuina ſauente gratia rex ſiliberalitatiſ noſtrae munere debeneficiiſ diuinituſ nobiſ conlatiſ* (vers. 2) *lociſ ſcorum* (sanctorum) *quiddam conferimuſ Id nobiſ procul dubio adaeternae remunerationiſ praemia capeſſenda profuturum liquido credimuſ Proinde nouerit omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet* (vers. 3) *et futurorum Induſtria quianoſ promercediſ noſtrae augmento conceſſimuſ eccleſiae patauenſiſ quae eſtconſtructa Inhonore ſci* (sancti) *ſtephani proto martyriſ ubietiam ſcuſ* (sanctus) *ualentinuſ confeſſor xpi* (christi) *corpore requieſcit cui praeſenti* (vers. 4) *Tempore uenerabiliſuir reginariuſ epſ* (episcopus) *praeeſſe uidetur quaſdamreſ proprietatiſnoſtrae quae ſunt inprouintiaauarorum Inloco quidicitur kirich bach Ideſtecceleſiam unam conſtructam cumterritorio admanſoſ centu*(m) *faciend*(um) (vers. 5) *et pluſ quarum terminiaſunt abipſoloco pergenſ perunam ſemitam uſque adlocum qui dicitur tumul et inde percircuitum uſque ad praedictam kirichbach et inde uſque admarkam theotherii et inde uſque ſurſum cumen-* (vers. 6) *berg Haſitaque* (has ita-

que) *reſ cum praedicta eccleſia cum uineiſ terriſ cultiſetin-cultiſ pratiſ ſiluiſpaſcuiſ aquiſ aquarum ue decurſibuſ adia-centiiſ peruiiſ exitibuſ et regreſſibuſ totum etadintegrum quemad modum ratboduſ comeſ* (vers. 7) *annonicor epo* (epi-scopo) *ipſaſ reſ conſignauit Ita praedictae eccleſiae prae-ſentaliterconceſſimuſ et de noſtro iure in Iuſ et dominatione eiuſ liberalitatiſ noſtrae munere conferimuſ Itauidelicet ut-quicquid rectoreſ etminiſtri ſupradictae* (vers. 8) *ſediſ deipſiſ rebuſ iure eccleſiaſtico facere uoluerint libero in omnibuſ per-fruanturarbitrio faciendi tantumſcilicet utdum annocor epſ* (Annocor episcopus) *atque anno nepoſ eiuſ aduixerint ipſaſ reſ tenere et uſare faciant et nulluſeiſ ipſaſ abſ-* (vers. 9) *tra-here praeſumat et poſt illorum diſceſſum cum integritate adeandem eccleſiam reuertantur Et ut haec auctoritaſ lar-gitioniſ noſtrae percurricula annorum inuiolabilem atque in-conuulſam obtineat firmitatem* (vers. 10) *Manupropria ſubter firmauimuſ etanuli noſtri inpreſſione ſignare iuſſimuſ* 



ſignum (monogr.) *hludouuici glorioſiſſimi regiſ* (chrism.) *adaleoduſ diacon* (us) *aduicem grimaldi recognoui et ſ* (sign. recogn.) (sigill.)



data XIIII klſ mar anno xpo propitio tertio regni dom-ni hludouuici regiſ In orientalifran cia Indictione XIIII Actum oſtrenhoua palatio regio In di nomine feliciter amen.

Datum igitur est hoc diploma die XVII Februarii, anno DCCCXXXVI. Illae autem notae Tironianae nullo negotio leguntur *Domnus* (78) *rex* (46) *fieri* (27. 24) *jussit* (72). Praeterea notarii signum habet:  i. e. *Ad* (1) *al* (29) *le* (28) *odus* (26. 27) *diaconus* (91) *in vicem* (§. 399) *Gri* (31) *mal* (28*) *di* (27), sequentibus notis, quibus *recognovi et subscripsi* (§. 407) significatur. In extremo hujus signi latere notae columnae instar adjiciuntur, quae eaedem sunt cum superioribus, praeterquam quod  = *ita* (2) inseritur, ut sit *Domnus rex ita fieri jussit.*

§. 409. Aliud ejusdem regis diploma, die VI Januarii anno DCCCXXXVII sancitum (Mon. Boic. XI. 420. Commentat. acad. Boic. VII. 309), illud ipsum est, cujus notas Tironianas inanes calami ductus opinatur P. Geyer (§. 383). Quas quidem facta comparatione cum autographi figuris in icone satis bene expressas esse vidi, nisi quod terminatio 9 = *us* notae *Domnus* a loco nimis est remota. His autem notis  aperte significatur *Idem* (6) *domnus* (78) *rex* (46) *taliter* (8) *fieri jussit* (§. 408).


§. 410. In tabulario Herbipolensi autographum reperi chartae, qua Ludovicus Pius commutationem quandam bonorum die XX Decembr. anno DCCCXXXVII confirmat (Eckhart Franc. or. II. 885), ibique accurate delineavi, quae Hirminmaris subsignavit. In fine chrismi, quod praemissum est, nota  = *Amen* (25)


videtur adjecta. In recognitionis signo legitur:   = *Hu* (27) *go* (27) *turmae* (149) *curator* (59 et 23) *ambasciavit* (§. 400). Congregatio monachorum saepius *turma* vocatur (Alsat. dipl. Tab. VII. p. 44. Bouquet. V. 699), diminutivo etiam nomine *Turmula* (Carpentieri glossar. h. v.). *Curatores* varios fuisse constat (Brisson. de V. S. h. v.), atque iidem interdum fuere, qui *Priores* vel *Superiores* (Du Cange h. v.) Hugoni scilicet, Caroli M. ex Regina concubina filio Ludovicus Pius *coenobalia monasteria dedit*. Verba sunt Thegani (de gest. Lud. P. Cap. XXIV).

§. 411. Typis mandavit Mabillon (525. LXXX) Ludovici Pii chartam, datam die XXIII Jan. anno DCCCXXXIX cujus autographum in tabulario imperiali asservatur. In signo notarii hae leguntur notae:   atque at latus:  i. e. *Glorius* (115 et 25) *notarius ad vicem* (§. 393) (nomen, quod sequitur, Hugonis, quoniam vacillant notae, discernere nequivi) *jussus* (§. 395) *ab* (1) *Hir* (27*) *mi* (28) *in* (1) *ma* (28) *ro* (28) *his* (27) *ipse* (3*) *sigill ... magister* (9) *ambasciavit* (§. 400).


§. 412. Plurimae sunt notae Tironianae in autographo diplomatis, quo Ludovicus Pius die XVIII Februarii anno DCCCXXXIX commutationem quarumdam rerum in gratiam abbatis Fuldensis confirmat (Rassler vind. dipl. Lindav. Elench. p. 34.


Schannat trad. Fuld. 176. n. 443); quas quidem notas in tabulario Fuldensi ipse delineavi. Primum obtinent locum, quae post argumenti finem sunt insertae:



Hir (179*) *min·ma* (28) *ris* (28) *dictavit, et scribere* (10 et 22) *jussit* (72) *et firmare rogavit* (§. 402). Nota  (61*) quum notarii animo non statim rediret, vulgaribus literis scripsit *dictavit* (§. 187). In ejusdem notarii signo praeterea legitur:



 i. e. *Bar* (30) *tholo* (31 et 28) *me* (28) *us* (24) *notarius* (106) *in vicem* (84) *Hu* (27) *gnis* (gonis) *rg* (*recognovi*) *et subscripsi* (§. 407) *magister* (9) *Hu* (27) *go* (27) *scribere* (10 et 22) *et firmare* (§. 402) *praecepit* (17).

§. 413. Ex autographo chartae, qua Ludovicus Pius die XXIII Aprilis, anno DCCCXXXIX Aekardo, fideli suo, quaedam concedit bona (Eckhart II. 886), in tabulario Herbipolensi ea delineavi, quibus notarius subsignavit. Idem ibi reperitur chrismon, eaedemque notae sunt in signo recognitionis, quibus *Hugo ambasciavit* significatur, quasque modo exposui (§. 410). Praeter eas autem adduntur  i. e. *Et* (1) *praesens* (36) *fui* (7*) *dum* (4) *firmaretur* (57 et 21). Eodem anno die XX Junii idem Imperator liberalis fuit in monasterium

Augiam Divitem, tunc *Sindleoz Auua*, appellatum. Diploma ipsum, quod in tabulario Badensi exscripsi, hoc est:


In nomine dn̄i dī et ſaluatoriſ nr̄i ih̄u xp̄i hludouuicuſ diuina repropitiante clementia Imp̄ auguſtuſ :: *Notum ſit Igitur omnibuſ fidelibuſ nr̄iſ praeſentibuſ ſcilicet et futuriſ* (vers. 2) *quia noſ pro cumulo mercediſ nr̄ae concedimuſ cuidam monaſterio noncupatum ſindleozeſ auua nonachiſque inibi dō iugem exhibentibuſ famulatum quibuſ uualafriduſ abba praeeſſe dinoſcitur quandam partem* (v. 3) *cenſuſ ſeu tributi quae nobiſ annuatim ex alamannia ꝑ ſoluebantur uidelicet excentena eritgaouua noncupatam et ex miniſterio chuonradi comitiſ. Nec non et decimam deportione miniſterii quod raban comeſ habet quod* (vers. 4) *pertingit finibuſ alamanniciſ ſub eoa. ſeu et nonam ex fiſco cuiuſ uocabulum eſt ſarbach. atque etiam et nonam partem tributi quae ex briſach gaouue ad nr̄m exigitur opuſ. hanc autem ſuperiuſ conprehenſa pro emolu* (vers. 5) *mento animae noſtrae ad idem monaſterium contulimuſ quatenuſ monachi ſtipendium neceſſarium habenteſ pro nobiſ alacrius dn̄i miſericordiam exorare procurent. ſed et ſtatuenteſ precipimuſ ut none atque* (v.6) *decimae quae pro nr̄a eleimoſina praedicto contulimuſ monaſterio primo antequam ſumma cenſuum et tributorum diſpertiatur agentibuſ monaſterii dentur. et poſtmodum fiat diuiſio partium quę ad nr̄m uel comi-* (v. 7) *tum*

nr̄orum iuſ. pertinere debent Pro firmitatiſ quidem gratia hoſ nr̄oſ Imperialeſ fieriiuſſimuſ apiceſ per quuoſ precipimuſ atque iubemuſ ut praeſatuſ cenſuſ atque tributum none et decimae abſque cuiuſquam (v. 8) *retractione aut diminoratione monachiſ Inmemorato monaſterio degentibuſ iuxta nr̄am conceſſionem haberi permittantur nullaque ſubtractio aut Inſultatio eiſ a quoquam ſucceſſorum nr̄orum Inferatur,* (vers. 9) *ſed liceat eiſ per tempora labentia eiſdem nr̄iſ munificentiiſ libere frui ac per hoc liberiuſ pro nr̄iſ exceſſibuſ dn̄i miſericordiam Implorare. Et ut haec largitio nriſ et ſucceſſorum nror̄um temporibuſ firma* (v. 10) *et ſtabiliſ permaneat de anulo nr̄o ſubter eam iuſſimuſ ſigillare.*

(v. 11) (Chrism.) *daniel notar̄ aduicem hugoniſ recognoui et ſ* (sign. recogn.) (v. 12, a recentioris cujusdam manu script.) *ſignum* (monogr.) *domni hludouuici Imperatoriſ.*

(v. 13) *data XII. kl iul anno xpo ℘pitio XXVI Imperii domni hludouuici piiſſimi auguſti. INdictione II actū uuormacia ciuitate. IN dī nomine feliciter ameN.*

In signo recognitionis notae conspiciuntur hae:



Quae in prima columna sunt, eas nullo negotio lego *Dael* (i. e. Daniel) *notarius* (106) *atque* (2) *Subdiaconus* (91. 99) *in vicem* (84) *Hugonis recognovi et subscripsi Hrmis* (i. e. Hirminmaris) *magister* (9. c) *fieri jussit* (§. 408) *qui* (5) *et* (1) *ſigillavit* (77*). In alterius columnae fine notissimum lego verbum *ambasciavit* (§. 398). In reliquis notis haereo, quamvis distincte sint scriptae. Nomine proprio eas incipere verisimile est, quod utrum sit *Adalaodus*, an *Adalaiddus*, an *Adalaardus*, an *Adala archipresbyter*, affirmare non ausim.

§. 414. Quod nunc sequitur Ludovici Germanici diploma in tabulario Herbipolensi ex autographo descripsi, quoniam nusquam adhuc editum est, atque Eckhartus ipse, qui in libro, quem *Franciam orientalem* inscripsit, omnia de illo episcopatu congessit, id ignoravit. Post chrismon incipit:


In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ hludouuicuſ diuina fauente gratia rex. Omnibuſ fidelibuſ ſanctae dei eccleſiae noſtriſque praeſentibuſ ſcilicet et futuriſ notum ſit qualiter uir uenerabiliſ Gozbalduſ uuirzeburgenſiſ eccleſiae epiſcopuſ ad noſtram ueníenſ praeſentiam praeſentauit obtutibuſ noſtriſ quoddam praeceptum domni ac genitoriſ noſtri pie recordationiſ hludouuici ſereniſſimi auguſti a) *In*

a) Idem est, quod in Carpentieri alphab. Tiron. p. 16 seq. reperitur, ubi versus duodecimi notam primam ita corrigendam puto, ut sit  = Quatuordecim. Postea Arnulfus quoque rex id confirmavit.

quo continebatur qualiter diue memoriae domnuſ Karoluſ atque auuſ noſter preſtantiſſimuſ imperator anteceſſoribuſ ſuiſ (sc. Gozbaldi) *bereuuelpho Et liudrido et egiluuardo nec non et uuolfgario epiſcopiſ praecepiſſet ut in terra ſclauorum qui ſedent inter moinum et radantiam fluuioſ qui uocantur moinuuinidi et ratanzuuinidi una cum comitibuſ qui ſuper eoſdem ſclauoſ conſtituti erant procuraſſent ut inibi ſicut in ceteriſ Criſtianorum lociſ eccleſiae conſtruerentur quatenuſ ille populuſ nouiter ad criſtianitatem conuerſuſ habere potuiſſet ubi et baptiſmum perciperet et predicationem audiret et ubi inter eoſ ſicut inter ceteroſ criſtianoſ diuinum officium celebrari potuiſſet et ita a memoratiſ epiſcopiſ et comitibuſ qui tum temporiſ eidem populo praepoſiti fuerant adſerit eſſe completum et eccleſiaſ quatuordecim ibi fuiſſe conſtructaſ inſuper domnuſ et genitor noſter Imperator per ſuum manſuetudiniſ praeceptum ob mercediſ ſuae augmento ad praefataſ baſilicaſ dotandaſ quae ut diximuſ iuſſu et conſilio domni Karoli ſiue aui noſtri in terra praedictorum ſclauorum a memoratiſ epiſcopiſ conſtructae ſunt in eodem pago tradidit de rebuſ ſuiſ propriiſ ad unam quamque manſoſ duoſ cum ſuperſedentibuſ duobuſ tributariiſ excepto illo manſo ſuper quem primituſ una quaeque earundem eccleſiarum aedificata eſt pleniter in perpetuum habere conceſſit atque inuiolabiliter confirmauit eo uidelicet modo*

ut quicquid idem (pro *iidem*) *tributarii in cenſu uel tributo ſoluere debent hoc totum ad partem earundem eccleſiarum omni tempore perſoluant ſed pro integra firmitate ac ſecuritatiſ ſtudio memoratuſ uir uenerabiliſ gozbalduſ epiſcopuſ atque familiariſ noſter deprecatuſ eſt ſerenitatem noſtram ut eaſdem traditioneſ ob dei amorem et emolumentum animae noſtrae remedium paterne auctoritati corroborare debuiſſemuſ. Cuiuſ petitioni atque ammonitioni quia ſalubriſ eſſe uidebatur adſenſum nobiſ praebere placuit et ſicut poſtulauit libenter aurem accommodauimuſ Propterea hoſ apiceſ ſerenitatiſ noſtrae circa ipſam ſedem rectoreſ et* (pro *et rectores*) *eiuſ fieri decreuimuſ per quoſ decernimuſ atque ſancimuſ ut quemadmodum conſtat a praedictiſ principibuſ domno auo noſtro Karolo et genitore noſtro hludouuico preſtantiſſimo auguſto in dotem ad eaſdem baſilicaſ conlatum atque condonatum eſſe Ita deincepſ omni tempore per hanc noſtram auctoritatem iure firmiſſimo rectoreſ et miniſtri eiuſdem ſediſ teneant atque poſſideant ut nulluſ comeſ aut iudex publicuſ ſiue actor neque ulla obpoſita perſona ab hac die in futurum memorato gozbaldo epiſcopo uel ſucceſſoribuſ eiuſ pro eiſdem exccleſiiſ uel rebuſ ad eaſ ſicut diximuſ conceſſiſ reppetitionem facere aut ullam calumniam ingerere praeſumat ſed liceat illiſ memorataſ eccleſiaſ cum omnibuſ rebuſ ad eaſ pertinentibuſ abſque ulliuſ*


perſone contradictione uel impedimento tenere ac regere et ſicut aliaſ eccleſiaſ ad epiſcopium ſuum pertinenteſ ſecundum canonicam inſtitutionem perpetualiter ordinare atque diſponere Et ut haec auctoritaſ confirmationiſ noſtrae firmior habeatur et per futura tempora a cunctiſ fidelibuſ ſanctae dei eccleſiae noſtriſque praeſentibuſ et futuriſ ueriuſ credatur diligentiuſque conſeruetur manu propria noſtra ſubter eam firmauimuſ et anuli noſtri impreſſione adſignari iuſſimuſ




Signum (Monogr.) *domni hludouuici glorioſiſſimi regiſ.*

Comeatuſ notariuſ ad uicem radleici recognoui et ſ (Sign. recogn. cui adpositum est sigillum cum hac epigraphe: † XPE PROTEGE HLVDOICVM REGEM).


data III Non. Iul. anno xpo propitio XIII regni *domni hludouuici glorioſiſſimi regiſ in orientali francia indictione VII actum franconofurt palatio reg. in dei nomine feliciter amen.*


§. 415. Quae in notatione temporis verba typis diversis exprimenda curavi, ea a sciolo quodam, qui genuinam scripturam obliterando depravavit, interpolata sunt. Quoniam autem indictionis numerus incolumis mansit, et Gozbaldus, qui ab anno DCCCXLII ad annum DCCCLV episcopatui praefuit, hoc temporis spatio unam septimam tantum vidit indictionem, quae in annum DCCCXLIV incidit, hoc ipso anno diploma concessum esse suspicor. Sed redeo ad notas Tironianas, quas ad autographum delineavi. Illas quidem, quae chartae argumentum proxime sequuntur, ita lego: *Domnus* (78) *Lu* (28) *do* (27) *ui* (29) *us* (24 quod ad syllabam *lu* annexum est) *rex* (46) *fieri* (Carp. 70. v. 1) *jussit* (72) *et* (1) *Rat* (23) *le* (28) *i* (26) *cus* (26) *magister* (9) *scribere* (10*) *praecepit* (17). Quae vero in notarii signo sunt,  iis significatur *Comeatus* (85) *notarius* (106) *ad vicem* (§. 393) *Ratleici recognovi et* (§. 407) *scripsi* (10*). Fuit Ratleicus abbas Seligenstadiensis, qui Gozbaldo in archicancellarii munere successit (Eckhart Franc. or. II. 384).


§. 416. In alia ejusdem Ludovici Germanici charta, qua privilegia, ab antecedentibus imperatoribus monasterio Hersfeldensi concessa, die XXXI Octbr. anno DCCCXLV confirmat (Wenck hist. Hass. T. III. cod. pr. p. 21. n. XXIII), cujusque autographum in tabulario Cassellano inspexi, argumento ipsi notae adscriptae sunt:




i. e. *Domnus Ludovicus* (ut in superiori diplomate, nisi quod nomen proprium magis etiam sic correptum est  = *lu*, cui ad latus apponitur  = *d*, et subtus annectitur  = *us*, ut sit *Ludus*) *ipse* (§. 360) *sapientissimus* (86 et 28) *rex fieri jussit et Ratleicus magister scribere praecepit* (§. 415).

§. 417. Diploma, quo Carolus Calvus VII Idus Augusti anno VII regni sui, i. e. die VII Aug. anno DCCCXLVI, abbatiae S. Germani in Pratis thelonei immunitatem tribuit (Bouillart hist. abb. S. Germ. cod. pr. p. XVII. n. XVIII) Aeneas notarius in vicem Hludouuici recognovit. Atque in ejus signo, quum autographum Parisiis in tabulario imperiali inspicerem, has animadverti notas:  i. e. H(*u*)L*cus* = *Hludouuicus praeceptor* (17. 23) *fieri jussit* (§. 408).

§. 418. Chartae privatae, qua Frotgarius primo mensis Martii die, anno DCCCXLVII, monasterio Dionysiano quaedam donat (Mab. 529. LXXXV), archetypum itidem Parisiis vidi. In signo notarii notae hae sunt:  i. e. *Rih hardus indignus* (73*) *le* (28) *vi* (29) *la* (29) *et* (1) *monachus* (91).

§. 419. Caroli Calvi diploma, quo curtem quandam die XVI Januarii, anno DCCCXLIX, monasterio Dionysiano donavit (Felibien p. 65. n. 88. Doublet 780), Bartholomeus notarius in vicem Hludouuici recognovit et subsignavit additis notis, quas ex autographo tabularii imperialis exscripsi:   i. e. *Praeceptor* (§. 417) *Ludo* (28 et 27) *ui* (29) *cus* (26) *fieri jussit* (§. 408).

§. 420. Eaedem fere notae, quas supra (§. 415) explicui, paulum modo transpositae in diplomate Ludovici Germanici, die XXVI Decembris anno DCCCLI dato (Mon. Boica XI. 422. 423), quod Monachii in tabulario regio mihi inspicere licuit, deprehenduntur, iisque significatur *Domnus rex Ludouicus fieri jussit et magister Ratleicus scribere praecepit.*

§. 421. Parisiis in tabulario imperiali chartam vidi elegantibus literis scriptam, qua Ludovicus abbas S. Dionysianus et Fulco quidam (die XXX Maji, anno DCCCLII) res quasdam commutant. Vulgaribus literis subsignata sunt post † verba: *signum Fulconis qui hanc commutationem fieri et firmare praecepit;* atque in fine: *Uuinigisus notarius indignus sacerdos scripsit et ʃ.* Sequitur signum, in quo notae comparent hae:  i. e. *Uui* (§. 393) *ni* (30) *gi* (27) *sus* (29) *notarius* (106) *scripsit* (10) *Ful* (27*) *co* (26) *dedit* (20. 35). Chrismon subtus annexum habet  — *amen* (25).

§. 422. Aliam ejusdem Ludovici abbatis bonorum commutationem die XII Julii, anno DCCCLIV, Carolus Calvus confirmavit diplomate (Mab. 531. xc), in cujus autographo notarius signo suo non nisi hasce inseruit notas: i. e. *Ludo* (28 et 27) *uni* (§. 393) *cus* (26) *ambas* (§. 402) *si* (29) *a* (26) *vit* (24).

§. 423. Lotharii, Lotharingiae regis, chartam die XIV Februarii anno DCCCLVI datam, quum tabularia Argentina, Colmariensia et Parisiensia perlustrarem, nusquam reperi. Nec tamen obscurae sunt omnes notae, quae in scripturae speciminibus aeri incisis (Alsat. dipl. I. Tab. XI ad p. 86) conspiciuntur. Hasce e. c. ita lego: *Ro* (28) *de* (27) *mundus* (163*) *recognovi* (§. 407); atque in fine diplomatis, et in chrismo, discerno = *Amen* (25), cujus punctum in lineam transversam mutatum est.


§. 424. In actis quoque synodi Pistensis anni DCCCLXI, quorum specimen Mabillon (Tab. LIV. p. 453) aeri incidendum curavit, Tironianae passim deprehenduntur notae. Ita post verba TRICOR(um) ECLESIAE legas i. e. *Humilis* (67) *episcopus* (99) *subscripsit* (11). Neque eas, quae (corruptae quidem) ultimo ejusdem chartae verbo impositae sunt notae, alias esse censeo, quam has: i. e. *In nomine* (Carp. 3. v. 1) *Christi* (99*) *amen* (25). Archetypum enim videre mihi nondum licuit.

§. 425. Ex autographo chartae, qua Carolus Calvus d. VI Martii DCCCLXI commutationem quandam bonorum confirmat (Mab. 534. xciv), has descripsi notas:  i. e. *Hludo unicus abbas* (91) *fieri jussit* (§. 408). In sola hac charta atque in diplomate, quod supra (§. 417) protuli, nomen proprium Ludovici notis Tironianis, praefixa litera H, scriptum reperi, quum in ceteris vel antiquioribus (§. 415. 416. 419. 420. 422) constanter sine adspiratione notatum sit, licet vulgaris scriptio eam habeat.

§. 426. Acta synodi Suessionensis anni DCCCLXII (Mab. Tab. LV. p. 455) Erchenrari episcopi subscriptionem habent, cui superpositae sunt notae, quas, quum ipsum autographum inspicere mihi non contigerit, has esse suspicor:   i. e. *Ca* (26) *ta* (29) *la* (27) *u* (26) *no* (28) *rum* (23), sive ipse episcopus haec scripsit, sive alius quis adjecit. Deinde post IONAS HVMILIS EDVOR(*um*) EP̄S videntur esse notae  i. e. *subscripsit* (11) *suprascripta* (10*). Gualtarii denique nomen sequitur epitheton  = *Humilis* (67).


§. 427. Nusquam quidem reperi typis vulgatam Caroli Calvi chartam, qua mancipiorum quorundam commutationem, inter Ludovicum abbatem S. Dionysianum et Gilduinum factam, die XV Martii DCCCLXIII confirmat. Data est *id. marc. indictione XI anno IIII. regnante Karolo gloriosissimo rege Actum compendio palatio in dī nomine feliciter amen.* Autographum, quod Parisiis in tabulario saepe laudato vidi, in subscri-

ptione habet: *ad vicem hludovici recognovit hildeboldus notarius.* In ejusdem Hildeboldi signo notatum est:   — *Gos* (27) *le* (28) *nus* (28) *abbas* (91) *impetravit* (83*); in fine diplomatis vocabulum *Amen,* vulgaribus literis scriptum, repetitur Tironiana nota  (25). Fuit autem *Goslenus*, qui et *Gozlenus* sive *Gauzlinus* scribitur, Ludovici, in cujus vicem Hildeboldus recognovit, frater; abbas primum, deinde episcopus Parisiensis, post mortem fratris ipse denique cancellarius (Mab. 119. §. VI).

§. 428. Parisiis in bibliotheca imperiali autographum est chartae, qua Carolus Calvus die XXVIII Jun. anno DCCCLXX, bona monasterii Crassensis confirmat (Brequigny tab. chr. I. 291). In notarii signo notae sunt Tironianae   i. e. *An* (1) *gel* (27*) *uui* (§. 393) *nus* (28) *ambas ci ha* (27) *vit;* et in fine post verba *in dei nomine feliciter* nota  pro  = *Amen* (25). Syllaba *ci* perverse est notata.

§. 429. Ejusdem Caroli alia charta asservatur in tabulario imperiali, qua in gratiam abbatiae S. Germani in Pratis die XX Aprilis, anno DCCCLXXII, villarum quarumdam possessio stipendiaque monachorum confirmantur (Bouillart hist. abb. S. Germ. cod. pr. p. XIX. n. XXII). In vicem Gozleni eam recognovit Gammo notarius, in cujus signo legi:  i. e. *Gos* (27. c) *li* (28*) *nus* (28) *abba* (91*) *ambas* (24 et 26) *ci* (26) *ha* (§. 428) *vit* (§. 400).

§. 430. Rarior notarum Tironianarum usus est in chartis Arnulfi regis. Quum igitur prospere acciderit, ut tabularium Herbipolense archetypum haberet diplomatis, die XIII Martii, anno DCCCLXXXVIII, sanciti, (Eckhart Franc. or. II. 891) cui notarius *Asbertus*, qui apud Eckhartum perperam *Albertus* dicitur, subsignavit, ejus signum fidelissime adumbrare non neglexi:



Nomen ⸜⸤7 = *As* (24) *per* (1) *tus* (29) bis ibi notatum comparet.


§. 431. Plerorumque fere animos falsa cepit opinio, notas Tironianas in diplomatibus recentioris etiam aevi, quo jam pridem interierant, reperiri. Jam vero characteres, quos cum illis confundunt, Tironianae scripturae legibus minime adstringuntur, sed diversum omnino scriptionis genus sunt, quod sibi quisque pro

arbitrio finxit. Iste igitur illorum error ex ignoratione oritur verae notarum Tironianarum indolis. Quam qui nec usu, nec ratione, cognitam habent, atque in notariorum signis characteres vident, quorum vim ac potestatem non intelligunt, extemplo notas Tironianas eos esse clamant. Nemo vero unquam hoc committet, qui verarum notarum conditionem partesque novit, quibus componuntur. Studiose igitur conferendi sunt utriusque generis characteres. Quod qui temporum ordinem sequens fecerit, facile perspiciet, qua ratione sensim degeneraverint notae Tironianae, ac penitus denique evanuerint.

§ 432. Exeunte enim saeculo nono et omnino mutatam videmus notariorum rationem diplomata subscribendi (quam rem copiosius uberiusque alio tempore tractabimus), et obsoletam paene Tironianarum notarum cognitionem. Quos nempe habuisse Carolum M. et Ludovicum Pium Hincmarus dicit (de ord. palat. Cap. XVI) *prudentes et intelligentes, qui praecepta regia scriberent, viros,* ejusdem eruditionis notarios, eodem Hincmaro senescente (obiit anno DCCCLXXXII), jam non fuisse, ex ultimo epistolae, quam de ordine palatii scripsit, capite patere videtur, quo *Personas autem*, inquit, *hominum et mores et qualitates illorum, per quos si aliqua sunt collapsa restituantur, vestra solertia providebit.*

§. 433. Arnulfi quidem regis diploma adtulimus unum (§. 430), in quo, quamvis paucae, verae tamen comparent notae Tiro-


nianae. In ceteris autem ejusdem regis chartis, non solum aeri incisis, (Origin. Guelf. V. ad p. 25. Tab. VII. Schannat vind. arch. Fuld. Tab. VII. n. 1) quas cuilibet contemplari licet, sed etiam autographis, quae ipse inspexi, nihil est, quod cum veris notis Tironianis conveniat. Multo etiam magis haec scriptura depravatur in eorum, qui successerunt, regum diplomatibus.


§. 434. In tabulario Herbipolensi autographum chartae videre mihi contigit, qua Ludovicus, cognomine Infans, Arnulfi filius, die IX Julii, anno DCCCCIII, res quasdam in Herbipolensem episcopatum confert. Eandem chartam quum Eckhartus (Franc. or. II. 897) ex *chartulario* quodam non satis accurate ediderit, notas Tironianas atque ea, quae vulgaribus literis notarius subscripsit, diligentius delineata subjicio. Notae quidem  , si verae scriptionis Tironianae rationem habeas, explicandae sunt *Conscripsit* (10) *et* (1) *scripsit* (10); ut igitur notarius profiteri videatur, se tum primam chartae formulam *composuisse*, tum autographum ipsum *scripsisse*. Ego vero, consideratis aliis ejusdem aetatis diplomatibus, corruptas esse notas suspicor; primaque nomen proprium, secunda autem, quae  scribi deberet, vocabulum *notarius* significari. Alia ejusdem regis charta, die V Octobris, anno DCCCCVIII, data, in tabulario Cassellano est. Notae  in Ernusti cancellarii signo, qui in vicem Piligrimi recognovit, non discrepant ab iis, quae alibi (Schannat vindic. Tab. VII. 2) aeri

incisae sunt. Priores eaedem esse videntur, quas modo exhibui. Posterioribus verisimile est cancellarium *Et ſubſigna uit* notare voluisse; sed minime cum vera nota conveniunt, et puncta adscripta, quae in scriptione Tironiana ad interpungenda verba numquam adhibentur (§. 250), depravatum scribendi genus satis produnt. Idem quoque dicendum est de notis illius diplomatis, quod aeri incisum in Alsatia diplomatica (Tab XV) videre licet.

§. 435. Eaedem fere notae, nisi quod ultimae terminatio *vit* melius per — *it*, quam per expressa est, in diplomate Conradi I. (Alsat. dipl. I. Tab. XVI. ad p. 111) conspiciuntur, quod ad autographum tabularii Argentinensis emendatum adjicio. In hoc diplomate praeter notas etiam formulam recognitionis ipsam observari velim, quae a primitiva in eo degeneravit, quod post verbum *Recognovit* non solum punctum additur, sed majus etiam spatium interjicitur, et quae sequuntur, majoribus literis exarantur, ita ut haud injuria statuas, antiquam signi vim et potestatem jam hoc aevo ignoratam fuisse. Conferantur velim notae in aliis ejusdem regis chartis aeri incisis (Chron. Gotwic. 89. Schannat vindic. Tab. VIII. 1).

§. 436. Sed videamus diplomata Henrici I, quorum specimen aeri incisum est apud Schannat (vindic. Tab. VIII. 2). Equidem notarium, qui subsignavit, significare voluisse suspicor: *Simon notarius scripsit et subsignavit.* Sed quam illi etiam characteres, quos adhibuit, abhorreant a veris notis quas subjicio

 , nemo non videt. Eandem autem illorum characterum formam in ipsis esse autographis, notae docebunt, quas ex tribus diplomatibus exscripsi. Primum datum est *III. Kl. aprl. Anno Incarnationiſ dni. dcccc. xxx. v. Indict. XIII. Anno aut. regni piiſſimi regiſ Heinrici. VI. Actum uuormacia. In xpi nomine ſeliciter amen.* Notae autem, quae id, quod vulgaribus literis scriptum est, *ſimon notariuſ, ad uicem Herigeri archicapellani recognoui et ſ,* sequuntur, hae sunt:   quibus illum notare voluisse conjicio; *Simon notarius scripsit et subsignavit.* Sed profecto a notarum Tironianarum indole prorsus discrepant characteres isti, qui iidem etiam apud Erath (in cod. dipl. Quedlinburg. Tab. I) conspiciuntur. Punctum praeterea cuique notae male additum est. Quod quanti referat, vel ex eo colligi potest, quod puncto inductus Erath (Schott ephem. jur. I. 422) primam notam explicavit *Stabilitatem.* Secunda charta data est *v. ID. IVN. Anno dom̄ incarn. dcccc. xxxi. Indict. IIII. Anno regni heinrici serenissimi regiſ. XII Actū in ſalze. In dī nomine feliciter Amen.* In signo notarii post verba *poppo notariuſ ad uicem hiltiberti archicappellani recognoui* : (locus sigilli) *et ſ* notae sunt  , quarum vim divinando tantum assequi licet. Fortasse voluit haec: *Scripsit notarius PP,* i. e. *Poppo.* Tertia denique data est *Kl iun* (a)*nno Incarn̄ dnī. dcccc. xxxII. Indict. v. Regnante piissimo* (rege hein) *rico. Anno XIIII. Actum erpſersfurt In*

dī nomine feliciter Amen. Subscriptio eadem est, quae in antecedenti, nisi quod nomen proprium scribitur *hiltiperti.* In notarii autem signo comparent notae  quae fortasse ita legendae sunt: *Poppo notarius scripsi et subsignans*, pro *subsignavit.* Omnino autem aliena est haec scribendi ratio a vera Tironiana.

§. 437. Eandem rationem sequuntur, immo magis etiam aberrant a veris notis, Ottonis M. notarii. Quod quo planius perspiciant omnes, ex autographo diplomatis, anno DCCCCXLI dati, in tabulario Herbipolensi descripsi signum, quo Brun notarius usus est:




notare volens, *Brun cancellarius recognovit et scripsit.* Praeter alia, quae a regula abhorrent, vulgares literas B et r in prima et tertia nota adhibuit. Mitto ceteras ejusdem imperatoris chartas



(Erath. p. 7. seq. Heinecc. de sigill. 91. Orig. Guelf. V. n. III. ad p. 7), in quibus ne species quidem verae scriptionis Tironianae superest; neque ea unquam in diplomatibus imperatorum et regum, qui successerunt, rediit.


§. 438. Ottonis II chartae, quarum permultas vidi et in tabulariis, sane genuinas, et in libris (Orig. Guelf. v. 6. Erath Tab. VII et p. 17. Schannat Tab. IX. Chron. Gottwic. 193. 194. Neugart cod. dipl. Alemann. I. f. ad p. 628. sive Gerbert hist. nigr. silvae I. ad p. 179. Nov. op. dipl. Tom. V. Tab. 96) aeri incisas, ne ullam quidem habent notam Tironianam veram. Quin ipse etiam locus, quo notarii signum in eis collocatur, certo argumento est, veram hujus signi rationem ea aetate prorsus ignoratam fuisse. Cui quidem sententiae nemo accedere dubitabit, qui diploma hujus imperatoris (Deduct. superioritat. territor. quae episc. Bamberg. competat in loc. Fürth. 1774. Prob. I), quod in tabulario Bambergensi ad autographum emendavi, intueri voluerit. Longe enim e loco remotum est notarii signum, nullaque particula copulativa inter verbum *notavi* et illud signum, quod haud dubie *subscripsi* primitus significavit, conspicitur.



§. 439. Certum quidem et exploratum habeo, sub saeculi decimi finem notas Tironianas nequidquam quaeri: sed duae sunt dubitationes, quae injici possint. Primam nemo facile erit qui afferat. Ego vero, ex bulla (ut pontificum Romanorum chartas vocant) Sylvestri II, eam ipse proferam. Data est anno DCCCC.

XCIX, atque in scripturae specimine (Erath Tab. IX. n. 1) praeter ea, quae vulgaribus literis scripta sunt, conspiciuntur notae  , quas docti homines (Schott ephem. hebd. jur. I. 425) occultorum sive arcanorum signorum quoddam genus esse putant. Equidem Tironianas notas  — *be* (26) *ne* (28) *va* (29) *le* (28) *te* (29) in illis ab imperito male pictis characteribus latere statim intellexi. Quod quum ita sit, dixerit fortasse aliquis, ultimo saeculi decimi anno scriptionem Tironianam adhuc viguisse. At minime ex ista charta id colligi potest, quam spuriam, neque saeculo duodecimo antiquiorem esse, satis superque docuit Schoenemann (system. II. 188. 191. 192. 8). Ipsas autem notas Tironianas quod attinet, earum in hac charta compositio minime respondet tachygraphorum veterum ingenio et notandi rationi; quippe qui  (42. 105) scripsissent. Is igitur, qui eam chartam inepte finxit, fortasse collectionem quandam notarum non nisi ibi evolverit, ubi syllabas ex ordine literarum dispositas invenerit (26 seq.), indeque verba illa composuerit, ut fictae chartae colorem quendam antiquitatis induceret.


§. 440. Altera dubitatio exsistere possit ex auctoritate virorum artis diplomaticae peritorum, Benedictinorum (Vol. V. L. III. C. 3. Sect. 1), Gattereri, Lichtenbergii (Bibl. hist. univ. XIII. 14), qui veras notas Tironianas putant, quas equidem minime agnosco. Atque hic tandem locus est, quo quod (§. 84) pollicitus sum ostendam, Lichtenbergium veram notarum indolem nequa-

quam assecutum esse, eosque, qui cum eo sentiant, egregie errare. Etenim quae specimina ille dedit artis suae notas Tironianas interpretandi, eorum primum notas spectat, quae sunt in diplomate quodam Henrici I (Chron. Gottw. 139) ita pictae:  . Quas quum Benedictini explicavissent *Feci et scripsi et confirmavi;* non modo eos vituperat, verum etiam addit (Bibl. hist. XIII. 41): „Nihil esse evidentius, quam notarium si-„gnasse illis notis *Simon notarius scripsit et subter firmavit:* „neque ullam quidem harum notarum esse, quae non rite for-„mata sit." Haec ille. Ego vero affirmare non vereor, ne ullam quidem harum notarum esse sine vitio. Penultima et antepenultima, quae paulo melius, quam ceterae, delineatae sunt, punctis additis corrumpuntur. Atque ubi, quaeso, invenit vir doctus nomen proprium *Simon* ita notatum? et qua ratione idem illud esse docebit? Fieri quidem potuit, ut illo charactere id nomen significare voluerit notarius; sed nota neutiquam est Tironiana (quae  (196) pingitur), neque Lichtenbergium illa verba vere legisse, sed conjectura tantum auguratum esse, satis apparet.

§. 441. Alterum sagacitatis suae documentum dedit Lichtenberg in interpretandis notis ex Conradi I diplomate, quas quoniam (l. laud. p. 15) non satis accurate delineavit, ad primum exemplum (Chron. Gottw. 106) emendatas hic subjicio:  Has igitur notas non dubitat explicare: *Pele grinus notarius subsignavit.* Quae quantae nugae sint, quis non videt? Verba

enim, quae sine ulla ratione pro sua unius auctoritate legit, veris notis Tironianis ita notari debebant:  (28. 31. 106. 77*). Neque notas, quae vere Tironianae sunt, ubique bene explicat Lichtenberg: quod, qui tertium ejus specimen (loco laud. p. 15) cum nostra earumdem notarum interpretatione (§. 399) contulerit, facile intelliget. Minori etiam successu adpendices signi, in quo notae scriptae sunt, legere instituit (p. 16): atque, ut opinioni suae responderent, quae conjunctae sunt, eas dissolvit; quae nulla ratione ex notis explicari possunt, eas vulgares literas dicit, novasque notas  fabricatur, quae significent *Manu propria* et *Propria manu*, pro veris  (Carp. 48): quin etiam quod interpunctionis tantum signum est  (§. 319. 399) modo *Recognitum*, modo *Signatum* legit.

§. 442. Quartum periculum fecit in explicandis signis (ex Waltheri lex. dipl. Tab. 3) . Quibus (loc. laud. 16. 17) sic emendatis , legit *Heberhardus cancellarius confirmavit.* At ne in mutata quidem priorum characterum forma ulla horum verborum umbra est; neque in ultimo notissimas terminationes *imus* (22*) et *vit* (24) discernere potuit. Quousque tandem verarum notarum notio Lichtenbergium fugiat, docebit interpretatio signi, quod ex Ottonis II diplomate, anno DCCCCLXXV dato (Schannat vind. Tab. IX. 2, atque inde Gatterer elem. Tab. VII. n. 5), appono:



In eo enim Noster audacius profecto quam prudentius legere sibi visus est *Folcmarus episcopus, Folcmarus confirmavit.* O promptum interpretem, qui non solvit nodos, sed dissecat! Recidunt in eum omnia, quae Benedictinos perstringens (p. 14) ipse dicit.

§. 443. Jam vero ex iis, quae copiosius hactenus exposui, patebit, quanti intersit artis diplomaticae studiosorum scriptionem Tironianam noscere. Siquidem vidimus, I) notarum usum, quamvis sit antiquior (§. 40. f.), inde a saeculo septimo in diplomatibus certum esse et exploratum (§. 385. 386); II) in chartis quoque privatis eas fuisse usurpatas (§. 392. 395. 418. 421); III) sub iis saepe latere nomina tum eorum, quos chartae spectent (§. 387. 392. 407), tum aliorum, quorum ope fuerint impetratae (§. 386. 393. 398. 400. 401. 402. 406. 410. 411. 413. 422. 427. 428. 429) nominatim majorum domus (§. 385. 386. 388), plerumque etiam

notariorum, qui recognoverint (§. 389. 391 seq.); IV) iis interdum definiri tempus, quo diplomata sint data (§. 398. 406); V) eas complecti specialia regum vel imperatorum jussa (§. 391. 394. 396. 408. 409. 415. 416. 420); VI) eis doceri rationem, qua notariis chartae dictarentur (§. 126); VII) notarios praesentes fuisse in actu confirmationis (§. 413); VIII) inde intelligi nomina eorum, qui sigillo chartas munierint (§. 413); IX) munera denique varia, quibus notarii fungerentur (§. 391. 398. 405. 408. 410), spectabile inprimis officium *praeceptoris* sive *magistri* (§. 400. 402. 403. 404. 411. 412. 413. 415. 420).

§. 444. Cujus muneris quum non nisi in notariorum annotationibus, Tironiano charactere scriptis, diplomata mentionem faciant, pauca ad illud illustrandum hoc loco apponere visum est. *Magistri* et *Praeceptoris* appellationes promiscuae fuerunt apud tachygraphos (§. 443); neque injuria. Etenim synonyma interdum fuisse utraque vocabula testes sunt Paulus jurisconsultus (l. 57. pr. de V. S.), et Wilhelmus Tyrius (L. xx. C. 31 de Assasinis). Post primicerius notariorum *praeceptor* dictus est a constituendis chartis regiis, quae *praecepta* vulgo vel in hisce ipsis dicuntur (Du Cange h. v.). *Magistros* etiam quum in oriente tum in occidente varios fuisse, nemo ignorat (Brisson. de V. S. h. v. Hincmarus Remensis de ordine palatii C. 28). Quorum vero mentio fit in diplomatibus, eos ab iis profectos esse arbitror, de quibus quum Codex Theodosianus (l. 4. de primic. et notar. ed. Ritter


T. II. p. 91) haec habet: *Eos, qui ex primiceriis notariorum ad inlustrem meruerint magistri a vigiliis atque laboribus procedere summitatem*, cet. tum Justinianei codicis totus est titulus (XII. 9) *de magistris sacrorum scriniorum;* atque Justinianus nominatim (l. 2. C. de primic. et secundic. XII. 7) praecipit, *ut primicerius* (notariorum) *post depositam publicam numerorum sollicitudinem .... magistri officiorum .... infulas fortiatur.* Quod denique notis Tironianis significatur, *magistrum* vel *praeceptorem* scribere jussisse (§. 400. 402. 404. 415. 419) aut *dictasse* (§. 412), id apprime cum antiquiore illa dignitate convenit, siquidem Zeno (l. ult. C. si contra jus vel util. publ.) *Spectabiles,* inquit, *magistri scriniorum, qui sine praefata adjectione qualecunque divinum rescriptum dictaverint, reprehensionem subibunt;* et Marianus (in notitia dignitat. cum comment. Pancirolli I. 96. Graev. thes. ant. Rom. VII. 1583) *Magistrum,* ait, *epistolarum Graecarum eas epistolas, quae Graece soleant emitti, aut ipsum* dictasse, *aut Latine dictatas transtulisse in Graecum.*


§. 445. Hactenus de notis, quas ex diplomatibus, secundum temporis ordinem supra propositis, recensui. Pauca addam, quibus clarius etiam demonstrem, quantopere serviat arti diplomaticae notarum cognitio. Longe dissentiunt viri docti in explicancandis chrismis, ut vocant signa, quae in chartarum aliorumque scriptorum antiquorum fronte plerumque deprehenduntur. Est peculiaris Baringii (clav. dipl. 186) commentatio, qua probare in-

stituit, in eis latere literam C, ut sigla sit vocabuli *Caput*. Atque hunc Eckhardus quoque (Introd. in rem dipl.) sequitur. Bequignole (Ephemer. hebdom. Hallens. 1740. p. 820) *chrismon* interpretatus est: „C. i. h." ut significaret: „Codex incipit hic." Praestantissimus noster Spies (Illustrat. dipl. p. 110) in eo laboravit, ut ostenderet, chrismon esse siglam vocabuli *Crux*. Aliis alia placent; quae singula nunc commemorare supersedeo, quippe qui pluribus rem aliquando persequar: hoc vero loco orationem ad solum notarum usum referam. Benedictini quidem (IV. 610) Gattererque (elem. 148) jam dudum sudarunt, ut notas Tironianas in chrismo diplomatis, quod Ottonem III dedisse ferunt, interpretarentur. At hujus imperatoris aetate verae notae Tironianae in chartis minime sunt quaerendae, et totum istud diploma, de cujus chrismo laborarunt, spurium esse constat (Mannert misc. 45). Omnis igitur eorum interpretatio ad nihilum recidit.


§. 446. Chrismorum formam inde ab antiquissimis temporibus subinde mutatam esse, observabunt omnes, qui in chartarum serie perspicienda operam collocaverint. Ad antiquissimas igitur horum signorum figuras respiciant necesse est, qui veram eorum conditionem investigare cupiunt. Quo magis laetatus sum, quum in diplomate Childeberti III, anno DCXCVII Tunsonis-vallis monasterio concesso (Mab. 479. XXIV), cujus autographum Parisiis in tabulario imperiali consideratius contemplatus sum, tantae ve-



tustatis chrismon reperirem, quod accurate delineatum primus in lucem profero:



Neque lectu sunt difficiles notae , i. e. *Ante* (14) *omnia* (4) *Christus* (99), quod nomen in superiori parte sursum ascendens conspicitur. Haec autem verba in distortae crucis angulis posita qui animadverterit, nobiscum intelliget, ejusmodi signa a notariis adscripta fuisse, ut praecepto Pauli apostoli parerent, qui (ep. ad Coloss. III. 17) *Omne*, inquit, *quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini Jesu Christi*, cet. Atque ipsi ecclesiae Patres hoc apostoli monitum ad chartas referunt. Saeculo quarto Chrysostomus (in epist. ad Col. C. III. Hom. IX. Tom. IV comm. in nov. Test. col. 228) *καὶ ἡμεῖς*, inquit, *τῶν ἐπιςολῶν προτάσσομεν τὸ ὄνομα* Κυρίου. *ἔνθα ἂν ᾖ τὸ ὄνομα* Κυρίου, *πάντα αἴσια. εἰ γὰρ ὑπάτων ὀνόματα ἀσφαλῆ τὰ γραμματεῖα ποιεῖ, πολλῷ μᾶλλον τοῦ* Χριςοῦ *τὸ ὄνομα*, i. e. *Et ideo nos quoque in epistolis nomen domini praeponimus. Ubi fuerit nomen domini, omnia sunt fausta et facilia. Nam si consulum nomina efficiunt, ut firma sint decreta, multo magis nomen Christi.* Romanos enim chartas a consulum nominibus inchoasse, et quidem usque ad Justiniani aetatem, qui (Nov. 47) praecepit, ut annus imperii eis adderetur, notissima res est. Neque erat, quod miraretur Schwab (institut. dipl. P. III. C. 1. §. 71. p. 95), *invocationem divini nominis in in-*

troitu diplomatum regum Merovingicorum passim esse neglectam: cujus omissionis causam neminem adhuc satis discussisse, ait, *neque se ipsum divinare posse.* Utique adest invocatio, sed non cuique licet eam legere.

§. 447. Si mihi datum fuerit, ut persequar quae incepi; aliquando docere statui, quem usum criticum habeant ea, quae in aversa chartarum parte nonnumquam notata reperiuntur, quaeque ab omnibus adhuc neglecta, quin etiam parvi habita sunt (Schmidt Phiseldeck inst. art. dipl. 23. §. 47). Hoc vero loco subsistam in explicandis Tironianis notis, quae ibi comparent. Etenim eas, quum diplomatum seriem (§. 385 seq.) persequerer, ea de causa praetermisi, quod, quo tempore istae animadversiones additae fuerint, certo sciri nequit: siquidem fieri potuit, ut multo etiam post chartarum sanctionem, neque ab iisdem, qui diplomata ipsa exararunt, adjectae sint. Ita in aversa parte diplomatis, quod Childebertus III anno DCXCV monasterio Tusonisvalli concessit (Mab. 477, XXII), bis notata leguntur  i. e. *In pago* (Ipg) *Caam li a ci in si:* quo vero tempore haec diplomati inscripta sint, simpliciter pronuntiare non ausim.

§. 448. In ejusdem regis diplomate, cujus chrismon (§. 446) in medium protuli, a tergo autographi literis vulgaribus notisque Tironianis mixtis scriptum legi: *Cartaſ eclie*  *ualleſ droconeiodino*  ....  *lud* 

de nocido *caliacinſe Liſere* *grimo* *conſtantinuſ urſimanus* *pipping malor* i. e. *Cartas* (Charta) *eclie* (ecclesiae) *de* (1) *Tounne* (Tunsone) *ualles* *Droconeiodino Hildeberti regis* (§. 306) *filio* (filii) *Te* (1) *o* (26) *demi* (ri) *regis Jud* (icium) *de Nocido in pago* (§. 447) *Caliacinſe Liſere et* (1) *ibi* (4) *adſuerunt* (ita enim divino magis, quam lego) *isti* (47. 198) *episcopi* (99*) *Grimo*, *Constantinus*, *Ursimanus*, *et* (1) *Pipinus Major domus* (78) *Major domus* (47. 78).

§. 449. Luculentum Parisiis in tabulario imperiali vidi diploma Caroli Calvi, quo partitionem bonorum inter monachos S. Dionysii die XIX Sept. anno DCCCLXII confirmat (Mab. 535. xcvi). Charta omnium facile maxima est. Minutissimis literis scriptos versus habet quadraginta, minimumque inter eos relictum est spatium. Quod in eorum gratiam moneo, qui docent, maximum fuisse versuum intervallum in hujus imperatoris chartis. In aversa archetypi parte has deprehendi notas: i. e. *Praeceptum* (17. 4) *domni* (78*) *Karli* (147* et 28*) *regis* (§. 306) *de* (1) *stipendiis* (SDP*is.* aliam ejusdem vocabuli orthographiam v. §. 380) *fratrum* (55. 24).

§. 450. Majoris momenti est annotatio in charta; cujus nunc mentionem faciam, Ludovici Balbi, qua monasterio Prumiensi die XXIV Martii anno DCCCLXXVIII immunitatem concessit

(Martene vet. script. et mon. ampl. collect. T. I. col. 205). In splendido, quo diplomatum autographa collecta sunt, volumine bibliothecae imperialis, hanc etiam reperi chartam. Neque quod formam scripturamque ejus attinet, dubitari posse videtur, quin verum sit archetypum. Sed membranam forte vertens, hanc conspexi annotationem: Hludoci MERAU i. e. *Exemplar* (105. 24) *praecepti domni* (§ 449) *Hludo*(uui)*ci regis* (§. 306) *ex* (1; pro *de*) *villa* (63; addendum erat L.) *Merlau*. Nisi igitur ponas, duo olim exstitisse ejusdem chartae exempla, in autographorum numerum eam non debes referre.


§. 431. In eadem bibliotheca verum archetypum est chartae, qua Odo rex die XV Octobris, anno DCCCXCIII, cuidam Ebolo quaedam donavit (Martene loc. laud. col. 241). Notae, quae literis vulgaribus immixtis in parte aversa conspiciuntur, hae sunt: EBOLI VASALLI IMMAE VOTNO. FLVUIŪ ANGERIS ON TEM RODOM Ligeri Angerim i. e. *Praeceptum* (§. 449) *Eboli vasalli* (sc. in gratiam Eboli vasalli) *et* (1) *uxoris* (92 et 23) *ejus* (§. 338) *Immae de* (1) *villa* (63) *Vot*(i)*no super* (1) *fluvium Angeris juxta* (109) *pontem Rodomum inter* (1) *Ligeri*(m) *et* (1) *Angerim fluvios* (120. c*). Quum igitur in diplomate ipso non nisi generaliter *res sitae in comitatu Turonicensi vocabulo Votinus* nominentur; illa annotatione utique

harum rerum situs curatius definitur. Sed jam satis multa de iis, quae in aversis diplomatum paginis notata sunt. Ad majora etiam veniamus.

§. 452. Magno haud dubie usui est notarum Tironianarum cognitio ad discernendas chartas genuinas a spuriis, ex iis nimirum temporibus, quibus notae usurpabantur. Etenim observaverint, quibus occasio data fuerit, multa in tabulariis diplomata evolvendi, maximam chartarum falsarum partem duodecimo saeculo et proximis temporibus exstitisse. Qua quidem aetate quum ars notandi jam deperdita esset, Tironianarum notarum scriptio maximo impedimento fuit iis, qui chartas antiquas fingebant. Videamus igitur, quid fecerint, quum eis scribendum esset, quod nullo modo intelligerent, ut hunc scopulum superarent. Alii in fingendis ejus etiam aetatis diplomatibus, qua usitatissimae erant notae Tironianae, in notariorum signis eas omiserunt, ut factum esse videmus in spuriis chartis Caroli M. (Orig. Guelf. V. 20. Gatterer dipl. pr. Tab. II), Ludovici Pii (Mon. Boic. XI. 106. n. VI. Oefelii S. R. Boic. I. 703. 704) quae Monachii ipse examinavi, Lotharii (Herrgott genealog. Habsburg. I. 168), et Ludovici Germanici (Mon. Boic. XI. 112. n. IX). Alii nullum notarii signum apposuerunt, ut in chartis fictis ejusdem Caroli (Papebroch act. SS. mens. Apr. T. II. propyl. p. 12. Tab. 3, et Kollarii anal. I. 1027), et Ludovici junioris (Orig. Guelf. IV. 370. Tab. X). Alii omnem notarii subscriptionem omiserunt, ut in diplomate Ludovici Pii,


quod est Parisiis in bibliotheca imperiali, et ab imperitis (qui sunt Le Moine et Batteney, ipsi auctores instit. dipl. Suppl. Tit. saeculi IX) perperam pro genuino habetur. Alii pro notis Tironianis res omnino ineptas appinxerunt, ut in charta Ludovici Pii Lindaviensi (Rassler justa defens. ant. dipl. contra censur. Conringii. Constant. 1691. 4. ad p. 33. W. E. Tenzelii historicae vindic. pro H. Conring. Lind. 1700. p. 118). Quod quo magis intelligatur, spuriam Caroli M. chartam hic adjicio, quam in tabulario Cassellano ad primum exemplum accurate delineavi. Neque magis genuinae sunt chartae Lotharii et Ludovici Germanici, quarum specimina exhibet Alsatia diplomatica (Tab. X. XII). Nemo enim unquam, nisi qui sensu acriori omnino destituatur, ea, quae in notarum Tironianarum loco sunt apposita, veram scriptionem Tironianam esse censebit.

§. 453. Ex eodem genere est charta Ludovici Pii, quam Oefelius (Scr. rer. Boic. I. 703. 704) typis mandavit, quaeque in tabulario regio Monachii asservatur. Recognitionis formula haec est: *Simeon diaconus et cancellarius ad vicem fridegisi recognoui et subscripsi.* Ultimo verbo, omnibus quidem literis perscripto, superimpositum est hoc signum:




quod quum per se aetati illius imperatoris minime consentaneum est, tum inanes characteres saepius repetitos pro notis Tironianis inscriptos habet.


§. 454. In eodem tabulario aliam ejusdem Ludovici chartam (Mon. Boic. XI. p. 103. n. IV) vidi, cujus quidem literae vulgares imitatione optime expressae sunt, notae vero in signo notarii



nihil significant, neque Tironianae sunt, sed characteres, quos, qui pinxit, ipse fortasse non intellexit. In genuinis igitur minime habeatur diploma istud, cujus etiam sigillum ita adglutinatum est, ut manifesto appareat, id de alia charta demtum, et huic perperam affixum esse. Post verba *justum et legitimum terminum accipiat* dimidius versus vacat, atque is qui sequitur, verbis *Et ut haec* incipit. Mitto cetera, quae deprehendi, vitia.



§. 455. Haud majorem fidem merentur tres Ludovici Germanici chartae, quae in Monumentis Boicis (XI. 117. n. XII. 119. n. XIII. 120. XIV) editae sunt. Prima in notarii signo characteres  habet pro notis. In signo secundae, quam *Hebarhardus notarius ad uicem Uuitgarii recognovit,* notae






sunt, quas qui Tironianas esse probabit, magnus mihi erit Apollo. Neque magis genuinae sunt notae, quae in tertiae signo conspiciuntur, , neque magis intelligi possunt.

§. 456. Alii falsorum diplomatum artifices ex genuinis notas exscripserunt; sed quam intelligenter et feliciter id fecerint, judicent, qui ea inspicere non gravati fuerint. Spuria Caroli M. charta, quam ex tabulario Cassellano accuratissime descriptam profero, in signo Uuigbaldi, qui in vicem Radonis recognovit, notas habet  = *caar* (§. 399), ex nomine Helisachar petitas. In alio, quod in eodem est tabulario, Ludovici Pii diplomate signum Comeati (§. 415) Durando tribuitur; quod qui iconem, quam adjicio, intuebitur, facile animadvertet. Attamen Wenck, incauti tabellionis testimonio inductus, in documentis historiae Hassiacae (III. Cod. prob. xx. p. 19. 21) hac charta, quae sine ulla controversia spuria est, uti non dubitavit.

§. 457. Plura ejusmodi in tabulariorum scriniis passim reperi, e. g. Monachii, quum perlustrarem chartas, quas in Monumentis Boicis academia scientiarum edidit; quibus cave ne indistincte et promiscue fidem habeas. Etenim ab homine non satis perito haec indigesta moles acervata esse videtur. Atque ut ad id tantum orationem referam quod attinet ad notas Tironianas perperam fictas, in eodem libro (xi. 113. n. x) diploma est Ludovici Germanici, cui Reginbertus diaconus in vicem Radleici subscripsit, ejusque signum, si chartam ipsam intueris, has complectitur notas: .
Fortasse ex alia ejusdem notarii subscriptione genuina haec exscripserit falsarius; sed invita, ut ajunt, Minerva. Ut enim verae

essent notae, ita scribendae erant: 
. Ex eodem genere est, quod sequitur, diploma (ibid. XI. 115. n. XI), cui *Hadebertus subdiaconus ad vicem Grimoldi archicappellani* subscripsisse dicitur. Notae in illius signo hanc speciem prae se ferunt:





quas etiam ex alio diplomate genuino delineatas esse censeo. Menda vero, quibus scatent, falsarium satis produnt. Verus enim Hadebertus notasset: 


§. 458. Parisiis in tabulario saepius laudato chartam vidi Ludovici Pii et Lotharii, quam Mabillon (515. LXIX) edidit. Ista, quod ad vulgarem attinet scripturam, genuinae quidem chartae speciem habet; in fictis autem notis Tironianis multa sunt vitia. Ut enim taceamus, syllabam *bas* in notis 
 — *Hilduinus amciavit* omissam esse, atque *inus* una nota  (26) melius scribi; in notarii etiam signo pro *Adalulfus ad vicem Fridugisi* (§. 402) perperam notatum est . Cujus quidem chartae temporis notatio quum praecisa sit, ea accuratius examinari nequit.


§. 459. Sunt etiam diplomata, quamvis genuina, in quibus non omnes in signo recognitionis notas videre liceat, quum earum una vel plures sub sigillo propius apposito lateant. Exemplo sit subscriptio, quam ad autographum diplomatis Ludovici

Pii (Eckhart Franc. orient. II. 881) in tabulario Herbipolensi delineavi:



Etenim verba *in vicem* sigillo sunt obducta, ita ut solum legatur  i. e. *Durandus diaconus Fridugisi* (§. 399. 400) *reco*(gno)*vi et subscripsi*. Quodsi quis chartam fingeret, hasque notas in eam transferret, quamvis accurate id faceret, falsa tamen sententia nasceretur: nequaquam enim Durandus fuit *Diaconus Fridugisi*. Sed videant alii, num ejusmodi notis interruptis forte decepti falsarii eas in chartis fictis incaute imitati fuerint. Quod si acciderit, certe apertus esset dolus.

Hactenus de notis tachygraphorum *Latinis*. Nunc, ut erat propositum (§. 5), nonnulla etiam de *Graecis* addamus.



DE

NOTIS TACHYGRAPHORUM GRAECIS.

§. 460. Tachygraphiae Graecae duo tantum, quod sciam, exstant monimenta: nimirum liber bibliothecae Vaticanae, quem praeter alia vulgaribus literis scripta, Dionysii Areopagitae opera, tachygraphorum notis exarata, continere dicunt; atque liber bibliothecae Parisiensis, cujus notas explicare paro. Illum quidem videre mihi non contigit; hujus vero copiam mihi fecit vir doctissimus et Graecae linguae peritissimus, Fridericus Jacobus Bast, qui pro ea facilitate et liberalitate, qua demerebatur omnes aliqua doctrina institutos, quum audiret, Tironianarum notarum scien-

tiam mihi patere, etiam Graecas legere me docuit; quod paucarum horarum spatio eo prosperius successit, quo faciliores intellectu sunt, Tironianisque simpliciores; siquidem syncopas non habent, atque accentus et spiritus adpositi faciunt, ut in iis legendis minus facile errari possit.

§. 461. Ante omnia fontem describamus ipsum, ex quo Graecas tachygraphorum notas hausimus. Hujus libri notitia, quam Montfaucon (palaeogr. Gr. 351) et auctores indicis librorum manuscriptorum bibliothecae Parisiensis (II. 599. n. 3032) dederunt, quum non omnibus numeris absoluta sit; hoc loco accuratius de eo agam. Qui nunc ei numerus est 3032, olim 3314 fuit. Scriptus est in membrana formae octonariae, plagulasque complectitur centum quinquaginta duas. In tegumento praeter arma regis Franciae nomen ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ impressum est; attamen non hujus solum, verum aliorum etiam auctorum scripta continet. In prima plagula incipiunt *Prolegomena rhetorices*, X capitibus comprehensa. (Edidit ea Montfaucon in biblioth. Coislin. p. 590, sed ex alio libro manuscripto n. 10, in quo non integrum est hoc opusculum.) Inde a plagula 17 leguntur *Posteriora sex Aphthonii progymnasmata.* In plagula 22 aversa tandem sequitur *Hermogenis ars rhetorica.* Porro in plag. 60 *Parecbolae sive excerpta de definitione rhetorices*, cet. In pl. 62 aversa *Hermogenis progymnasmata*, (quae ex libro manuscripto Taurinensi edidit Heeren in Biblioth. antiqu. liter. et art. VIII et IX). Sequi-

tur in plagula 77 ejusdem *Hermogenis de apto et solerti genere dicendi* libellus. Hunc excipit in pl. 100 *Maximi sophistae de objectionibus insolubilibus* commentatio (a Fabricio in bibl. Gr. T. IX. p. 570. pr. ed. vulgata). Huic proximi sunt in pl. 111 *Phoebammonis sophistae de figuris oratoriis* libri duo; atque inde a pl. 122 ejusdem *de statibus* opusculum (incipit Ὁ Μινουκιανὸς, cet.). Sequuntur in pl. 127 aversa *Anonymi scholia in Hermogenis artem rhetoricam* (incip. Τῶν πολλῶν τὸ σύστημα, cet.). In plagula 149 leguntur fragmenta duo *S. Athanasii*, et aliud *S. Basilii*, ad doctrinam de incarnatione spectantia. Agmen claudit in pl. 150 *Theodosii monachi et grammatici epistola*, in fine mutila, *ad Leonem archidiaconum de expugnatis Syracusis* (Latine edita in Carusii bibl. hist. Siciliae, in Rochi Pirri Sicilia sacra, et in notis Du Cangii ad Zonaram T. II. p. 87).

§. 462. Indicis Parisiensis auctores (loco laudato) decimo tertio saeculo scriptum esse hunc librum dicunt. At quibus argumentis probari possit haec eorum opinio, equidem non perspicio, longeque antiquiorem illum esse (cum Montfauc. p. 47 et 351) censeo. Ne vero temere id existimare videar, in tabula annexa tres versus vulgaribus literis scriptos addo, quos ex plag. 36 accuratissime delineavi et aeri incidi. Ita autem sunt legendi:

Περὶ πιθανῆς ἀπολογίας.

Ἡ πιθανὴ ἀπολογία ἀναστρέφουσα ἐστιν
πρὸς τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους· οἷς γὰρ

Eorum igitur versuum scripturam qui cum alia contulerint, cui annus DCCCCXIV disertim adscriptus est (Montfauc. 274. n. III. 275), nil profecto animadvertent, quod eos moveat, ut hanc illa antiquiorem esse putent. Animadversionibus Latinis, quae inde a plagula 111 aversa recentius sunt adscriptae, auctores indicis fortasse decepti sunt, ut librum ipsum saeculo tertio decimo exaratum esse crederent.

§. 463. At haec quidem parum ad nos, qui de tachygraphorum notis in margine passim adjectis quaerimus. Quas quum vulgaribus literis, quibus liber exaratus est, antiquiores esse arbitramur, minime agimus de tempore, quo utraeque scriptae sunt, sed de genere scriptionis ipso, ejusque origine. Absurdum enim foret, animadversiones additas oratione ipsa antiquiores dicere. Sed de hac re diligentius (§. 490) disputabo, si paucis prius exposuero, quid in delineanda explicandaque hac tachygraphorum scriptura profecerit Montfaucon, notasque ipsas proposuero.

§. 464. Ille quidem, qui primus haud dubie palaeographiae Graecae lucem adtulit, has notas (351) appellat *rhetoricas;* sed levi profecto de causa, quippe quoniam eas invenit in libello de arte rhetorica: quas si forte reperisset in commentatione de re militari, *militares* nominasset. Ipsas vero literas, quibus sunt compositae, non novit, sed *characteres singularis figurae esse* dicit, *syllabas ut plurimum exprimentes.* Quo etiam factum est, ut earum originem atque analysin ne verbo quidem attingeret.

Idem igitur his notis accidit, quod Tironianis, quas mera signa esse docti homines putarunt (§. 61).

§. 465. Formas notarum duabus tabulis aeri incisas Montfaucon (353. 355) vulgavit, easque explicandi periculum fecit. Quum autem neque ea, qua par erat, cura illas delineasset (Bastius in add. ad Gregorium Corinthium, quem edidit G. H. Schaefer Lips. 1811. p. 933), neque verum earum sensum ubique assecutus esset, multasque etiam omisisset; Bastius statuerat, *rhetorica haec signa,* ut et is (loc. laud.) has notas perperam appellat, denuo aeri incidenda curare. Sed quum iterum Parisiis essem, eam mihi provinciam dedit. Quam summa cura a me susceptam esse, ille quidem agnovit; sed antequam hoc munus totum explevissem, magno orbis literarii detrimento subita morte nobis est ereptus. Atque etiam nunc Manibus ejus laudes et grates habeo; ingenueque confiteor, eam, quae sequitur, versionem, paucis exceptis, quae ego supplevi, et ille approbavit, me totam ei acceptam referre. Analysis autem et disputatio de natura et indole atque origine hujus scriptionis a me profecta est; neque ille culpam sustineat erroris, si quis forte in iis deprehendatur.

§. 466. Sed ad rem antequam accedamus, id probe teneri velim, Graecos aeque ac Romanos (§. 187) tachygraphos literas vulgares saepe immiscuisse notis; seduloque cavendum esse, ne cum vulgaribus scribendi compendiis confundantur tachygraphorum notae. Tritum e. c. compendium $\overset{e}{\Pi}$ = περὶ, quod saepissime

in tabula nostra reperitur, vulgaris est scriptionis; sed idem vocabulum, ita exaratum: (pl. 126. b.), tachygraphorum nota est. Omnia primi versus vocabula, quamvis sint correpta, ex vulgari sunt scriptura. Τῶν, quod exaratum est, a tachygraphis (pl. 90. 2) notatur . In eis enim, quae vulgaribus literis scribuntur, syllaba ων saepissime per simplex ω literae antecedenti superimpositum significatur, ut in contextu plagulae 42 aversae ΔΙΠΛ̂ = περὶ διπλῶν: pro καὶ vulgare est scribendi compendium; autem tachygraphorum. ΠΟ̂Υ = ποῦ (pl. 90) ab his (pl. 91. b. 3. et 97. 2) notatur ; et ΠΩ̂Σ = πῶς, quod in vulgaribus literis quam saepissime conspicitur, his est (pl. 92. 93 b.), cet.

§. 467. Minime vero ex notarum numero excipimus compendia ea, quae ex tachygraphorum notis in vulgarem scripturam paulatim immigrarunt, ut syllaba = ων, quam vel in typographorum officinas irrepsisse testatur = τῶν in libris olim typis vulgatis. Eandem fuisse rationem notarum quarundam Tironianarum, supra (§. 374) dixi. Ne autem mea notarum interpretatio ullam habeat ambiguitatem, minutis literis ea, quae tachygraphorum sunt, majoribus vero, quae ex vulgari scriptione esse arbitror, exscribenda curavi.

§. 468. Exordiuntur notae in plagula 7 aversa hisce verbis: ΤἈ 'ΟΝΟ'ΜΑΤΑ ΤΩ'Ν Ι̅ 'ΡΗΤΟ'ΡΩΝ, i. e. *Nomina X orato-*

rum. Quae quam perverse apud Montfauconium (353) delineata sint, Bastius (in add. ad Gregor. Corinth. p. 933) animadvertit. Hoc unum addo, figuram ѵx in Montfauconii tabula nil aliud esse quam *Versa*, sc. libri plagula, ut ejus pars aversa eo significetur. Cave igitur ad libri manuscripti literas illam pertinere putes. Praeterea consensionem Graecorum et Romanorum (§. 235) hic observari velim, qui utrique eodem scribendi compendio, quo semel adhibito singularis casus exprimitur, bis posito pluralem denotant. Sequitur pl. 16, non in margine, sed in contextu ipso, ὅτ' ἂν = *Quando*, ita accentibus notatum, ut, quomodo ex ὅτε et ἂν compositum sit, intelligatur. Montfauconio latuerunt istae notae.

§. 469. Plag. 38. b. σαφῶς φανερῶς, i. e. *Clare, manifesto.* Σχόλιον est vocabuli ῎ΑΝΤΙΚΡΥΣ, quod in contextu legitur. Eadem ad idem vocabulum animadversio pl. 107 aversa vulgaribus literis in margine scripta est. Bonum factum! idque fortasse primum adjuvit Montfauconii conatus, hanc scripturam explicandi. Praeposuit in fronte notarum illarum figuram, quam cave notam putes. Idem est signum (§. 468), sed deforme, quo plagulae aversa denotatur pars. Qui in Montfauconii tabula sequitur versus, quemque interpretari prorsus neglexit, eundem ego ea de causa omisi, quoniam in notarum numero nequaquam est habendus. Primae enim figurae munus tantum est indicare, ad quod vocabulum in contextu σχόλιον hoc referatur, nempe ad λυσιτελές· et quae sequuntur literae, quarumque ultima pessime est depra-

vata, vulgares sunt, syllabae nimirum λοῦς· qua declarare librarius voluit, legendum esse λυσιτελοῦς. Ad pl. 84. Montfaucon (352) *notam*, inquit, *legere nequivimus;* et Bastius ipse, qui mirum Graecae palaeographiae studium cum summa linguae peritia conjunxerat, in hujus loci notis interpretandis oleum et operam perdidit, quin etiam, vix Graecas esse, mihi nuntiavit. Quam quidem in sententiam ire nequeo; attamen perquam difficilem et ancipitem esse loci interpretationem aeque confiteor. Neque eadem manu, qua ceterae animadversiones exaratae sunt, haec scripta esse videtur; neque in margine adscripta est, ut reliquae, sed in ima paginae ora. Quo fit, ut in contextu libri ipso, ad quem ceterarum notarum quaelibet refertur, nihil sit, quod illarum explicationem faciliorem reddat. Complectitur autem ea pagina ex Hermogenis de apto et solerti genere dicendi capite duodecimo verba μέλλει κατασκευάζειν, cet. usque ad verba in principio capitis tertii decimi καθ' ἑαυτὸ πρᾶγμα μηνύει. Ne vero notarum istarum interpretationem prorsus transire videar, substitutis distinctioribus characteribus , quoad tam obscura conjiciendo assequi licet, ita legere conor: πο νος αι νως ελε λιτ α νΟ῞ΥΣ, i. e. πόνος αἰνῶς ἐλελίττει ἀνοῦς, *Labor valde angit hebetes.* In ultima nota syllaba οῦς ex compendiis vulgaris scripturae est (Montfauc. 346. col. 1. 3), atque illam etiam (pl. 126. b.) in vocabulo ἔθους videmus. Minime autem dissimulare volo, defectum syllabae τει in ἐλελίττει mi-

rum esse propter insolentem verba corripiendi modum. Quare meliora qui docebit, ei libenter assentiar.

§. 470. Pl. 89. b. ΠΕΡΊ ΤΟΥ ΠΡΟΤΕΙΝΕΙΝ Τὰς ΤΟΥ ἐναντίȣ προτάσεις. *De propositionibus adversarii in medium proferendis.* Sententiam non omnino assecutus est Montfaucon (352), qui vertit *De propositionibus adversarii in dubium vocandis.* Pl. 89. b. 2. ΚΑΤΆ ΠΌΣΟΥΣ ΚΑΊ Ποίους τρόΠΟΥΣ ὁ ΚΑΤΗΓΟΡΟΣ τὰς τȣ̃ ΦΕΥ'γοντος προτείνει προτάσεις καὶ ποῖος ἑκάστȣ ΚΑΙρός. *Quod et quibus modis accusator defensoris propositiones in medium proferat, et quodnam cujuslibet tempus oportunum* sit. Male in prima hujus argumenti parte Montfaucon (352) legit τῇ, pro τὰς; neque alteram partem intellexit, quod quidem, qui pessime delineatas apud eum notas intueatur, non mirabitur. Primam ultimi vocabuli καιρὸς syllabam librarius, quum conjunctionem καὶ in mente haberet, accentu notaverat, quem postea, quum errorem animadverteret, delevit. Similiter Tironianos quoque tachygraphos saepe errasse, supra (§. 317) demonstravimus.

§. 471. Pl. 90. Ποῦ καὶ Πῶς 'ΕΠΙΣΤΉΜΗΝ ΚΑΊ ἀκοὴν ἔμιΞΕΝ ὁ 'ΡΗΤΩΡ καὶ ΔΙ'Α τί. *Ubinam et quomodo orator res certo cognitas cum auditis misceat.* Si verum quaerimus, pro ultimo καὶ notatum est κὲ (§.489). Sed hic et ubique scripsi καὶ, quo facilius intelligatur. Pl. 90. 2. Πῶς ἔμιΞΕΝ ὁ 'ΡΗΤΩΡ τοὺς τρόπους τῶν τȣ̃ ἀντιδίκου προτάσεων. *Quomodo*

miscuerit orator adversarii propositionum proferendarum modos. In notis, quas Montfauconius exhibuit, punctum in locum superimpositi ρ substitutum est. Pl. 90. b. Πῶς τὰ Α'ΥΤὰ ΛΕ'Γων ῎Η 'ΕΑΥΤΩ͂ ΤΙΣ ῎Η Α'ΛΛΩ Μ'Η δόΞΗ τὰ Α'ΥΤὰ ΛΕ'ΓΕΙΝ ΚΑ'Ι ΤΙ'Σ ὁ ΚΑΙΡ'ΟΣ ἑΚΑΤΕ'Ρας τούτου ΜΕΘΟ'δου, ἐν ἑΚΑ'ΣΤῳ εἴδει. *Quomodo qui eadem dicit, quae jam vel ipse vel alius dixit, non tamen videatur eadem dicere, et quinam utriusque methodi locus opportunus in quavis rei conditione.* Atque harum etiam notarum adumbratio Montfauconio (353) male successit. Jota, quod vocant, subscriptum, a tachygraphis ubique neglectum, supplevi, ut sententia facilius percipiatur.

§. 472. Pl. 90. b. 2. Ποῖον (sc. εἶδος) ἡ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚ'Η ΔΕ'ΧΕΤΑΙ. *Quodnam* (methodi genus) *deliberativa* (oratio) *admittat?* Quatuor, quae apud Montfauconium vides, puncta huc non pertinent, et notam οι, quae primam literam sequitur, ad autographum notare debebat **?**, pro qua male pinxit P. Pl. 90. b. 3. Ποῖον οὔ· ΚΑ'Ι ΔΙΑτί. *Quodnam non; et quare.* Montfaucon (352) legit ἤ, pro οὔ· quod miror, quum nequaquam anceps sit notae figura. Pl. 90. b. 4. Πῶς ἐν πανηγυρικοῖΣ. *Quomodo in panegyricis.* Nota syllabae γυ apud Montfauconium corrupta est. Pl. 91. 'ΕΝ ποίῳ εἴδει ἑκατέρα μέθοδος. *In quonam genere utraque methodus.* Quum vocabulum ἐν male delineasset Montfaucon; non miror, id ab eo non potuisse

legi. Vulgare est compendium scribendi, quod ipse vir doctissimus alibi (346) explicavit. Vocabulum εἴδει apud eum ita deformatum est, ut nemo illud intelligat.

§. 473. Pl. 91. 2. ΠΕΡΊ τȣ̃ ἀνεπαχθῶς Ἑαυτὸν ἐπαινεῖΝ μέθοδοι τρεῖς. *Semet ipsum laudandi ita, ut non indignentur alii, tres methodi.* Prorsus corrupta haec sunt in Montfaueonii tabula. Pl. 91. b. Πῶς ΚΟΙΝΌΤΗτι λόγου. *Quomodo communicatione sermonis.* (I. e. qua ratione simul nos aliosque laudemus. Conferatur Vossius, qui in inst. orat. L. IV. C. x. Oper. T. III. p. 190, Κοινότης, inquit, *est, qua proprias laudes aliis etiam communicamus*, eundemque Hermogenis locum p. 196 explicat, ad quem argumentum in margine spectat.) Pl. 91. b. 2. Πῶς τῇ ἀνάΓκῃ. *Quomodo necessitate* (urgente). Pl. 91. b. 3. Πῶς τῇ ὑπαλλαγῇ τȣ̃ προσώπȣ. *Quomodo immutatione personae.* Perperam addidit Montfaucon Γ̄, qui animadversionis tantum numerus est. Pl. 92. πῶς τὸ οἰκεῖ(ον) εἰσάγεις ΕΙΣ. *Quomodo propriam* (laudem) *inferas.* Ultimam notam quum fortasse non satis distinctam putaret tachygraphus, vulgaribus literis syllabam εις repetiit. Signum, quo animadversio in margine refertur ad locum contextus, a Montfauconio notis est additum, quas praeterea pessime delineavit. Ον, quod supplevi, is, qui librum compegit, incaute abscidit.

§. 474. Pl. 92. 2. ΠΕΡΊ τȣ̃ ἐναντίȣ ἐ(κ)βΆλλεις. *Quomodo adversarii rejicias* (sc. laudes). Ita verto, quia reponen-

dum puto πῶς pro περὶ, in quo lapsus est qui scripsit, et mox suppleo κ, quod excidit. Utrumque impedimento fuit Montfauconio, quo minus argumentum hoc intelligeret. Pl. 92. b. ΠΕΡ'Ι ΔΕΥΤΕΡΟΛΟΓΙῶς (l. ῶν) ΔΙ'Α ΠΟΙ'ας ΑΙ'ΤΙ'ΑΣ μερίΖΕΤΑΙ λόγος ΚΑ'Ι Πῶς γίνονται. *De secundis actionibus, qua de causa oratio distribuatur, et quomodo fiant.* Pl. 92. b. 2. πόσα καὶ ποῖα δη (l. δευ) τερολογιῶν εἴδη, καὶ ΔΙ'Α ΤΙ' γίγνωνται (l. γίγνονται). *Quot et qualia secundarum actionum genera, et quare fiant.* Pl. 93. ΠΕΡ'Ι διηγήσεων. *De narrationibus.* Male quidem Montfaucon (354) ως, pro ων, legit, atque eo inductus in syllabarum collectione (355) hanc male interpretatus est. Supervacaneam praeterea post ΔΙ'Α ΤΙ addidit notam τί, quam autographum non habet. Pl. 93. b. ΠΕΡ'Ι κοινῶν διανοημάτων ΚΑ'Ι πῶς αὐτὰ ἰδιοσόμεθα (l. ἰδιωσόμεθα) λέγοντες. *De communibus sententiis, et quomodo dicendo eas nobis proprias efficiamus.* Ultimam syllabam τες Montfaucon (355) perverse notavit.

§. 475. Pl. 94. Πῶς οἱ παλαιοὶ κοινὰ διανοέματα (l. διανοήματα) λέγονΤες ἰδιοποιΟΥΝται. *Quomodo prisci locos communes in sese transferant.* Observes velim literam ι duobus punctis notatam, quae, licet syllabae τι simillima sit, cum hac tamen minime confundi potest, quoniam spiritus adponitur. Ut apud Montfauconium adumbratae sunt hae notae, quemlibet versum in fine mutilum esse dixeris. Pl. 94. 2. ΠΕΡ'Ι ΧΡΗ'σεως (ε) πῶν

ἐν πεζω (l. πεζῷ) λ(ό)γῳ. *De usu versuum numeris adstrictorum in soluta oratione.* In compingendo libro incaute abscissae sunt literae, quas supplevi. Pl. 94. b. ΚΑΤ'Α ΠΑΡ' 'ΩΙδίαν. *Secundum parodiam.* Male Montfaucon (333) ω circumflexu notavit. Pl. 94. b. 2. ΠΕΡ'Ι κεκρατηκόΤων. *De dominantibus affectibus.* Pl. 95. ΠΕΡ'Ι ὁμολογουμένων ἀδικημάτων. *De injuriis confessis.* Admodum deformes apud Montfauconium sunt hae notae.

§. 476. Pl. 95. 2. ΠΕΡ'Ι (l. πῶς) τὰ ὡμολογημένα ἀδικενήματα (l. ἀδικήματα) παραμυθητέον. *Quomodo confessae injuriae possint aliquo remedio emolliri.* Non modo in delineandis, sed etiam in legendis his peccavit Montfaucon, quum contra linguae consuetudinem γοὺ scriberet, pro γῃ. Sed et librarius erravit, quum περὶ, pro πῶς exararet, in litera ἀ spiritum omitteret, et παρα accentu notaret, immemor vocabuli, cujus illa prima tantum pars est. Idem accentus ab eo deletus monstrosam super syllabam ρα figuram apud Montfauconium peperit. Pl. 95. b. ΠΕΡ'Ι τȣ̃ τραγικῶν (l. κῶς) λέγειν. *De modo tragice dicendi.* Neque literam τ in articulo τȣ̃, neque accentum in ultimo verbo reperies apud Montfauconium. Pl. 96. ΤΙ'Σ καὶ πῶς ἐδίδαΞΕ τραγικῶς λέγειν. *Quis et quomodo tragice dicere docuerit.* Harum etiam notarum corrupta est forma in Montfauconii tabula. Pl. 96. 2. τί ἔργον τȣ̃ τραγικῶς εἰπεῖΝ. *Quodnam sit ejus, qui tragice peroret, officium.* Perperam pro ultima litera Ν Mont-

faucon pinxit ∾, i. e. *ω*. Syllabam *κως* puncto quidem recte notavit, sed cui usui sit ignorans. Respicit scilicet hoc punctum ad aliam illius notae figuram, diligentius in autographo pictam, significatque hanc illi substituendam esse. Subtus igitur eam addidi. Praeterea male ille *λέγειν* pro *εἰπεῖν* legit. In pronomine *τι* a festinante librario omissus est accentus; attamen cum *ï* punctato confundi nequit, quoniam spiritu destituitur. Pl. 96. b. ΠΕΡ'Ι *τῦ κωμικῶς λέγει*Ν. *De modo comice loquendi.* Pl. 96. b. 2. *τρόπον.* Legitur hoc vocabulum in fine versus antepenultimi, et quidem non in margine, sed in ipso contextu; quo factum est, ut Montfauconium fugeret. Ex pluribus similibus intellexi, Graecas in margine notas ab eodem, qui librum ipsum scripsit, additas esse. Pl. 96. b. 3. *παρὰ προ*Σ*δοκίαν. Praeter exspectationem.* Primum vocabulum accentu notare neglexit tachygraphus. Notae, quibus *προ* et *αν* significantur, a Montfauconio perperam sunt delineatae.

§. 477. Pl. 97. *τὸ ἐναντί*ΑΙΣ ΧΡΗ'ΣΘΑΙ ΤΑ(Ι'Σ) 'ΕΙ-*κόσι. De contrariarum imaginum* (ironiae) *usu.* Atque hic etiam accentum in *το* non curavit librarius. Literae, quas supplevi, abscissae sunt. Vocabulum *ἐναντίαις* in tabula, quam Montfaucon dedit, haud quisquam intelliget, ita corrupta ibi est scriptio. Pl. 97. 2. *πόσαι καὶ ποῖαι με('θοδοι) τῦ κωμικῶς λέ(γειν) καὶ σκόπτει*Ν (l. *σκώπτειν*), *καὶ πῦ καὶ πῶς αὐ*ΤΑΙ'Σ *ἐχ(ρή)-σατο δημοσ(θένης). Quot et quales methodi comice loquendi*

et cavillandi, et ubi et quomodo illis usus sit Demosthenes. Hic etiam plura truncavit culter fabrilis; neque ulli usui esse possunt notarum formae, quas Montfaucon hic delineavit. Prorsus deformata inprimis est utraque, quam edidit, nota vocabuli *σκόπτειν.* Unde non miror, quod totum hunc locum non potuit legere. Pl. 97. b. (ΠΕΡ'Ι) 'ΕΡΓΑΣΙ'*ας* (Δ)ΗΜΗΓΟ(Ρ)Ι'*ας* *διαλόγυ*, *κω(μ)ῳδίας*, *(συμ)ποσίων σωκρατικῶν.* *De modo componendi concionem, dialogum, comoediam, tragoediam, et Socratica convivia* (sermones convivales). Quum in aversae plagulae margine haec exarata sint, versuum initium abscissum est. Neque melius in Montfauconii tabula hae notae expressae sunt, quam ceterae.

§. 478. Pl. 98. *ποῖα* (sc. *εἴδη*) *της* (l. *τῆς*)*δημ(η)γορίας καὶ πόσα.* *Quot concionis* (sc. genera) *et qualia.* Accentus, qui cum nota *ας* apud Montfauconium perperam conjunctus est, obscurat illam, ultimusque prorsus omittitur. Quid autem ei in mentem venerit, ut *εἴδη* legeret, quod omnino abest, equidem non assequor. Pl. 98. 2. *ποῖα καὶ πόσα της* (l. *τῆς*) *κωμῳδίας.* *Qualia et quot comoediae* (sc. genera). Τ*ης* Montfaucon non legit. Pl. 98. 3. *πόσα καὶ ποῖα τραγῳδίας.* *Quot et qualia tragoediae* (sc. genera). Et hoc loco Montfaucon *εἴδη* vidit, quod neutiquam adest. Pl. 98. 4. *πόσα καὶ ποῖα σ(ω)κρατικȣ̃ συμπο(σίȣ).* *Quot et qualia* (sc. genera) *Socratici convivii.* Labitur Montfaucon, qui *κῶν* legit, pro *κȣ̃.* Pl. 98. b. *πόσα καὶ ποῖα*

διαλόγε. *Quot et qualia dialogi* (sc. genera). Librarius, trita praepositione inductus, δια, ut separatum vocabulum, accentu notavit. Ultima harum notarum apud Montfauconium eo depravatur, quod accentus in nota ipsa involvitur. Pl. 98. b. 2. περὶ ἀποφάσεως καὶ καταφάσεως. *De negatione et affirmatione.* Hoc etiam loco κατα, quasi separatum vocabulum sit, accentu est notatum. Totum locum apud Montfauconium frustra quaeras. Pl. 98. b. 3. φανερὸς οὐ κ'ἀφανήΣ (οὐκ ἀφανής). πῶς ἐπἔλατον (l. ἐπ'ἔλαττον) καὶ πλέον. *Manifestus, non occultus. Quomodo minus et plus* (sc. significarit). Quum notare vellet tachygraphus οὐκ' ἀφανής, obfuit ei literarum κ et α in una nota conjunctio. Quo factum est, ut et apostrophum et spiritum lenem notae superscriberet. Notandum praeterea interpunctionis signum, quod tribus punctis .·. et ·.· fit. Locum male interpretatus est Montfaucon.

§. 479. Pl. 99. ἑρμογένες ΠΕΡΙ μεθόδε δεινότητος. *Hermogenis de methodo gravitatis.* Quod ipsius auctoris nomen in dilucidis his notis Montfauconio latuit, equidem non possum non mirari. Pl. 104. b. ἐκ τε (l. τῶ) μερίζω φὲρ (l. φέρ') ῐ γράφειν. *A μερίζω agedum scribe Jota.* Refertur hoc σχόλιον ad verbum, quod est in contextu, μεμερεῖσθαι, in quo pro diphthongo ει tachygraphus jubet ι legere, quum sit a μερίζω. Primam secundi versus notam ipse Bastius non intellexit, meae tamen conjecturae post assensit. Scilicet quum Jota sequeretur, φερ pro


φέρε notavit tachygraphus. Usus hujus vocabuli cum infinitivo conjuncti satis notus est. Ita Porphyrius φέρε εἰπεῖν, et apud Dionysium (archaeol. IV. 38) Servius Tullius, criminibus, quae ipsi forte inferri possint, propulsatis, pergit: *Si quid habetis ejusmodi, agedum dicite*, φέρε εἰπεῖν, quod est ad verbum *profer dicere* (Hermann ad Vigeri de Graecae diction. idiotism. 316. n. 60). Pari ratione hic dicitur φέρε γράφειν. Omisit Montfaucon hasce notas.

§. 480. Pl. 105. *κατὰ τὰ δόξαντται* (l. δόξαντα). *Secundum placita:* quae dictio in contextu finit libellum Maximi (Fabricii bibl. Gr. ed. pr. Vol. IX. 578). Locus integer hic est: Ἐνίκησας δὲ ἐμοῦ σιωπήσαντος κατὰ τὰ δόξαντα; i. e. *Tu autem vicisti, me scilicet propter illam opinionem tacente.* Has etiam notas omisit Montfaucon. Pl. 112. b. ΠΕΡΙ ποσότητος τῶν ΣΧΗμάΤων. *De quantitate figurarum.* In hisce desinunt tabulae Montfauconii. Quae sequuntur notae, eas ignoravit. Cur autem ποιότητος, pro ποσότητος, legerit, equidem non intelligo. Pl. 117. ΠΕΡ'Ι πλεονασ(μῶν). *De pleonasmis.* Pl. 126. b. περὶ ἔθΟΥΣ. *De consuetudine.* Pl. 150. b. πλήθει. *Multitudini.* Additum est hoc σχόλιον epistolae Theodosii de Syracusis expugnatis ad vocabulum ἐσμῷ in dictione τραυμάτων ἐσμῷ, *vulnerum examini.* Pl. 151. b. δερμάτων. *Pellium.* Explicatio est vocabuli haud frequentis δέῤῥεων, *pellium,* in enunciatione καὶ τῶν βοείων κατάβρωσιν δέῤῥεων. Pl. 152. ΣΧΕΤΛΙΑΣΤΙ-

κὸν ἐπίῤῥημα. Dolentis interjectio. Grammatica haec animadversio ad interjectionem *ἰοὺ* spectat, quippe quae per se communis et gaudentium et dolentium exclamatio est. Pl. 152. b. *ἀντὶ τȣ* (l. *τȣ̃*) *ὅπȣ δή. Pro Ubi.* Explicatur his notis conjunctio *ἵνα*, i. e. *Ut,* quae hoc loco *Ubi* significet.

§. 481. Hactenus viris doctrina praestantissimis, Montfauconio Bastioque, ducibus lubenter usus sum. Quae dein sequuntur, ea a me adjicio. Tantum autem abest, ut Montfaucon, qui (335) satis habuit notarum syllabas edere, et Bastius, qui signorum nomine notas comprehendit (§. 465), singulas, quae in eis insunt, literas investigare aggressi sint, ut de eo ne cogitaverint quidem. Quin syllabarum etiam alias Montfaucon perverse delineavit, ut *δο, ϑο, πους*; alias male explicavit, ut *δους* pro *δου*, *κως* pro *κων*, *ως* pro *ων*. Nec tamen difficile est, literas ex syllabis elicere; idque efficitur solius analyseos ope. Exemplo rem illustrabimus. Qui notis  syllabas *σα, φα, τα, πα, κα, ϱα, να, μα, ϑα, δα, λα, γα* significari viderint, atque etiam tam omnibus his syllabis literam Α, quam omnibus notis, quibus illae designantur, lineam — communem esse animadverterint; ii sponte intelligent, eandem notae partem esse literam A ipsam, indeque haud dubie colligent, reliquam cujusque notae partem consonante constare, ut c = *σ*,  = *φ*, : = *τ*,  = *π*,  = *κ*,  = *ϱ*,  = *ν*,  = *μ*,  = *ϑ*,  = *δ*,  = *λ*,  = *γ*.

§. 482. Eodem modo ceterarum quoque literarum formam cognovimus, quarum series haec est:



§. 483. Neque formae istae adeo mirae videbuntur iis, qui literarum vicissitudines per saecula attentius persequendo varias earum figuras animadverterint. Etenim tachygraphorum literas ex majusculis ortas esse, nos quidem statuimus, quodque a recta harum forma tantopere recedunt, ideo factum esse nobis persuademus, quod magis magisque festinanter scriberentur. Argumento sunt inprimis illae literae, quae claudi proprie debebant, ut Β Δ Θ Ρ Φ, quas tachygraphi morae impatientes apertas plerumque reliquerunt. Quum autem tachygraphorum literae longissime abhorreant a vulgaribus, indeque difficillimum sit imperitioribus utrarumque similitudinem perspicere; necesse videtur, ut aliam, quae media inter utramque est, scripturam advocemus, qua comparatio facilius institui possit. Illa autem est in charta papyracea cursiva Graeca sine ullo accentu saeculi secundi sive tertii, quam anno MDCCLXXVIII in Aegypto inventam, et in museum Borgianum, quod Velitris est, illatam, edidit atque explicavit Nicolaus Schow (in libro, cui titulus *Charta papyracea*

Graece scripta, qua series incolarum Ptolemaidis Arsinoiticae in aggeribus et fossis operantium exhibetur. Rom. 1788. 4). Obiter hic animadvertere licet, primum vocabulum *κατανδρα*, quod ille recte quidem legit, sed non satis illustravit, explicandum esse *κατ' ανδρ' α*, i. e. *index virorum primus.* Ut enim in eadem charta (col. VII) legitur *εγκ* pro *εγκωμιον*; ita etiam hoc loco *κατ* pro *καταλογος*. Quae quum jam scripsissem, in Bibliothecam antiquarum literarum et artium (VI. 100) incidi, atque ejus editores Goettingenses eandem conjecturam, nisi quod ultimam literam *α* non curaverunt, jam adtulisse reperi.

§. 484. Hujus igitur scripturae ope periculum faciamus, originem notarum, quin etiam partium, quibus constant, illustrandi. Quod quidem negotium si non ubique prospere successerit, eo facilius errorum veniam nos impetraturos speramus, quo magis notarum literae sunt detortae et truncatae. In maxime truncatarum numero habemus

Ἄλφα, quod sola linea recta — designatur. Originem ejus a priscis ejusdem literae formis ita repetimus: . Prima antiquissima est (e. g. in marmore Sigeo); secunda uncialis, negligentius picta (Nov. op. dipl. T. I. Tab. 11); tertia cursiva, in ipsa charta papyracea (Schow. Tab. IV. col. VIII. v. 2. *αδελφος*); quarta tachygraphorum, in notis.


Βῆτα, quum calamus festinat, in superiori parte non clauditur; quo fit, ut  paulatim exsistere videamus. Prima

et secunda forma apud Benedictinos (I. Tab. xi. B. 12 et 13) reperitur; tertia, in charta illa papyracea (Schow Tab. I); quarta, in tachygraphorum notis. Notandus igitur Montfaucon, qui (335) ultimam illam formam inde a nono demum saeculo usu venisse putat. Notandus quoque Marini, qui (Pap. dipl.) hanc τȣ̃ βῆτα formam ignorat, et alias cum eo literas confundit. Id jam mirum nobis videbatur, in totidem, quot (Tab. V, XII, XIII, XVIII) edidit, chartis, Graece scriptis, ne unum quidem βῆτα esse. Sunt vero in autographis; sed orthographiae ratio, qua *RaBenna* (Tab. V), *Benditor* (Tab. XVIII), cet. pro *RaVenna, Venditor* olim scribebatur, atque inprimis similitudo, quae inter utriusque literae formas intercedit, impediverunt doctissimum virum quominus β ab υ distingueret. Quin etiam, quod β est, μ legit, quum (ex Tab. XVIII. n. 121) σѫσκριμψι vertit, quod meo quidem arbitratu σȣσκριβψι, i. e. *subscripsi*, legendum erat.

Γάμμα. Quemadmodum, calamo properante, literarum capitalium anguli obtusiores fiunt, atque omnino tandem rotundantur; ita etiam ex Γ < C, atque, ut a sigma lunato distingueretur, ϛ in tachygraphorum notis factum est. Rotundata Gamma fuere jam inde ab antiquissimis temporibus (Nov. op. dipl. Tom. I. Tab. X. Rasche lex. rei numar. I. II. p. 1. Suppl. II. p. 1131).

Δέλτα a vero capitali ita sensim declinavit: ▷ ✕ △ › Prima forma in Sigeo lapide, secunda in charta illa papyracea, quarta tachygraphorum est; quae autem tertio loco posita conspi-

citur, eam in lapidis titulo satis antiquo reperimus, quem (ex Oderici Dissert. p. 28) hic inserere visum est:



i. e. ΠΙΣΤΙC
ΤѠ ЄΙΔΙѠ
ΑΔЄΛΦѠ ΜΝΗ-
ΜΗΝ ΑΝЄΘΗ-
ΚЄΝ.

'Εψιλὸν. Prona est hujus literae figura antiquissima, atque ab ea hoc modo tachygraphorum / ortam esse arbitror: / / /. Primam formam inscriptio habet Sigea Deliacaque; alteram charta illa papyracea (Schow Tab. I). Neque multum differunt ab istis formis ℓ, quae semper prono capite prominent in scriptura cursiva (Mab. suppl. Tab. ad p. 71. Montfauc. 266. Lambecc. commentar. bibl. Caes. L. VIII. ad col. 864. ed. secundae).

Ζῆτα in tachygraphorum quidem notis non vidi. Quum autem ejus figura olim fuerit simplicissima Ι (e.g. in inscriptione Nointeliana ceterisque Atheniensibus, Heracleensi, et Cyzicena), atque, ut uno calami ductu absolveretur, Z; vix eam a tachygraphis mutatam esse suspicor. In charta illa papyracea est sive Z sive ʒ (Schow Tab. I).

Ἦτα. Ex H capitali uno calami ductu fit И (v. Inscr. ad Δ); unde et Tironianum Ч (§. 113) et Graecorum tachygraphorum magis mutilatum sive ✓ sive ↗ ortum est.

Θῆτα. Quemadmodum in prisco illo cursivae scriptionis genere (Schow Tab. I) propter scribentium festinationem circulus, qui est in capitali hujus literae forma, in transversam lineam degeneravit, ut scriberetur ⊁; ita in tachygraphorum notis magis etiam correptum exstitit Y.

Ἰῶτα. Per omnia fere saecula (Montf. 33) inde ab antiquissimis temporibus (Schow Tab. II. n. 3) viguit ea hujus literae forma, quae duobus punctis est insignita. Atque in Graecis, ut in Latinis (§. 116), saepe accidit, ut antecedenti literae properantis calami ductu subtus annecteretur.

Κάππα. Ut uno ictu hujus literae forma absolveretur, figura capitalis sensim ita est variata: K Ƙ ↘ Ⅼ. Ultima in notis tachygraphorum est, penultima in charta illa papyracea (Schow Tab. I).

Λάμβδα. Ex capitali Λ facile ducitur tachygraphorum ⌐1: atque etiam in numis antiquioribus, aliisque monimentis scriptis,

hujus literae crus sive dextrum (Froelich notit. elem. numism. C. 2), sive sinistrum (Murr de papyr. Herculan. Tab. II. lamella aen. et inscriptio. Jam. Stuard the antiqu. of Athens V. III. p. 57) contrahitur. Quo factum est, ut Cypseli, regis Corinthi, mater, quae uno pede claudicabat, λάμβδα vocaretur (Reinesii variar. lect. L. I. C. 9. p. 32).

Μῦ. Sicut ex M capitali, utroque angulo rotundato, Romanorum  unciale fluxit; sic, altero tantum rotundato,  Graecorum tachygraphorum: ex quo tandem, quod nunc etiam tritum est, μ exstitit minutum.

Νῦ. Hujus literae vicissitudines ex capitali forma hae sunt: N . Ultima figura est in Graecis literis chartae anno DLXXV exaratae (Marini pap. dipl. Tab. V), aliarumque ex eodem saeculo sexto (ibid. Tab. XII. n. 90. XVIII. n. 121); neque erat, cur Latinum n substitueret Marini, antiquas literas in vulgares vertens. Penultima figura in tachygraphorum notis, antepenultima in charta Aegyptiaca (Schow Tab. I) conspicitur, atque hanc accepit formam, quo facilius literis vicinis jungi posset. Causam, cur in notis puncto plerumque notata sit haec litera, vix invenies, nisi id factum esse statueris, ut a π facilius distingueretur. Etenim (pl. 38. b.)  = γε, si punctum abesset, forte legeretur  = πε. Ceterum antiquissimam esse hujus literae figuram , inscriptio docet Sigea.

Ξῦ. Qui hujus literae capitalis tres lineas continuo calami ductu absolvere voluerunt, ʒ scripserunt. Unde cursivae formae omnes, atque etiam ʅ in tachygraphorum notis, emanarunt.

Ὀμικρὸν. Quum scribentium festinatio non pateretur, ut circulus, quo haec litera constat, totus absolveretur; facile intelligitur, cur in tachygraphorum notis formam ς habeat.

Πῖ. Capitalis hujus literae forma ut facilius cum vicinis ligaretur, in charta illa papyracea ita est detorta: ϰ (Schow Tab. I), magis etiam: ל (ibid. III. col. IV, in *σεραπ*), cui simillimum tachygraphorum ϥ ad priscum Phoenicum ყ rursus accedere videtur.

Ῥῶ. Nihil prorsus difficultatis habet, quae in notis est, hujus literae forma ρ, sive ϱ. Quod enim, quum festinantius scriberetur, non claudebatur, ut etiam *τȣ* ʔ speciem acciperet, id inde a remotissimis temporibus jam factum est, ut in eadem charta (Schow Tab. I).

Σῖγμα. Ex Σ fieri ⊏, deinde C, idque sigma lunatum appellari, inter omnes constat. Atque hoc etiam in notis tachygraphorum comparet.

Ταῦ. Antiquissimis haud dubie hujus literae formis adnumeranda est ea, qua linea lineam intersecat. Ita in numis Phoenicum conspicitur +, ✕ sive †, in tabulis Eugubinis ⋏, atque in numis Hebraeo-Samaritanis ✕. Quibus formis egregie confirmatur hujus literae descriptio, quae apud Originem et Hierony-

mum reperitur (Rhenferdi op. 736. 750). Graecos etiam in Aegypto ejusmodi forma usos esse, testatur Winkelmann, qui (hist. art. T. I. C. 2. p. 35) ex inscriptione quadam ЄΥ+ΥΧΙ, ex libris vero scriptis I+ꟼIϤЄ (pro HTAIPE) vocabula affert. Jam vero duarum linearum alterutra delineanda quum supersedere vellent prisci, literae antecedentis vel subsequentis linea utebantur, eique transversam tantum addebant (§. 203). Quem eundem corripiendi modum quo minus imitarentur Graeci tachygraphi, obstiterunt eis vocalium *α* et *ι* in notis figurae — et I: quibus si transversam lineam addituri fuissent, ut *τα*, *τι*, fieret; ex — evaderet +, atque ex I eadem forma +, quas nemo unquam discerneret. Hanc igitur causam fuisse puto, quare pro linea perfecta duobus tantum punctis uterentur, notarentque ÷ ·|· = *τα*, *τι*, cet. Atque in Latinas quoque literas immigrasse hanc *τὸ* T notandi rationem, documento est compendium scribendi apud Petrum Diaconum (Gothofr. L. L. auctor. col. 1507. f.) ꝯ, pro EST, in quo litera S ita inclinatur, ut simul ꞇ = Є comprehendat. Duo igitur puncta significant T. Neque diversam esse rationem compendii ·Ꞓ· pro EST, quod ex libro Cassellano (§. 333) adtuli, facile perspicitur. Etenim praeter literam E transversa linea superimposita notatur S, duobusque punctis litera T: quam etiam uno puncto saepius in notis Tironianis significari, supra (§. 252) diximus.

Ὑψιλὸν. Errat Montfaucon, qui eam (336) hujus literae figuram, quae caudam amisit, inde a nono demum saeculo reperiri dicit. In antiquissimis enim inscriptionibus (Chandler marm. Oxon. p. 54. n. 27. 28. Murr l. c.) et numis V est pro Υ, atque in charta illa papyracea ⋎ (Schow Tab. I), cui ⋎ in tachygraphorum notis admodum est simile; indeque ⌒, quod in charta anni DLXXV (Marini Tab. V) conspicitur, factum esse videtur.

Φῖ. Circulus a properante tachygrapho non absolvitur; unde est in notis ♈.

Χῖ. Ubique fere eadem est hujus literae forma.

Ψῖ. In eis, quas vidi, notis non comparet haec litera. Neque tamen dubito, quin ψ ejus forma fuerit. Ea enim ipsa, et ✓, conspicitur in charta illa papyracea (Schow Tab. I), sicut ✓ in ea, quae anno DLXXV exarata est (Marini Tab. V).

Ὠμέγα. Ex duobus o hanc literam conflatam esse equidem censeo, sive Ω, sive ω, sive ∞ figuram spectaveris. Sed eam perficere festinantes notarii saepius neglexerunt, ita ut unum tantum o clauderent in ω, quod est in charta anno DXXV exarata (Marini Tab. V); neutrum vero in tachygraphorum ∾; quae ipsa τȣ ὠμέγα forma in vulgaria scribendi compendia transiit (Montfauc. 283. VIII. v. 3. ποιείσθω).

§. 485. Expositis literarum formis, sequitur ut earum conjungendarum rationem ostendamus, et syllabas illustremus. In quibus enumerandis eum, quem adhibuit Montfaucon, ordinem

deserendum esse duximus, et vocalium tantum seriem secuti sumus. Ita enim speramus fore, ut et ipsum hoc scribendi genus magis aperiatur; magisque etiam adjuvetur notarum analysis, et legentium errores facilius detegantur. Capita igitur, in quae syllabas distribuamus, nobis sint *α ε η ι ο υ* et *ω*, quibus consonantes, quae cum iis conjunguntur, subjicimus, numerosque, uncis inclusos, addimus, qui tabulam nostram (p. 437) spectant.

A

α — (91. 2. 91. b. 2. 93. b. 94. 95. 98).
γα (104. b).
δα (96).
ϑα (93. b).
κα (91. 98. b. 3).
λα (91. b. 3. 98. b. 3).
μα (93. b. 94. 95. 2. 112. b. 151. b. 152).
να (91. b. 2. 94. 95).
πα (90. b. 4. 91. 2. 91. b. 3. 94. 95. 2).
ρα (91. 95. 2).
(96. b. 3).
σα (38. b. 92. 97. 2. 98. 2).
(98).
πα ÷ (89. b. 90. 2. 90. b. 94. 95. 2).
φα (38. b. 89. b. 2. 98. b. 2. 98. b. 3).

αι

αι V (97. 2).
λαι (94).
παι (91. 2).
σαι (97. 2).
ται (92. b. 94).

αν

αν (90. 2. 94. b).
ναν (89. b. 92. 2. 97).
ξαντ (105).
ταν (16).

ας

ας (89. b).
κας (89. b. 2).
νας (117).
τας (89. b. 2).

αυ

αυ (93. b. 97. 2).
(91. 2).

E

ε (89. b. 90. 90. 2. 96).
γε (99).
δε (151. b).
κε (94. b. 2).
λε (93. b. 94. 95. b. 96. 96. b).
με (91. 92. b. 93. b. 95. 99. cet.).
(91. 2).
νε (38. b. 91. 2. 98. b. 3).
πε (94. 2. 98. b. 2. 98. b. 3. 126. b).
σε (90. 2. 93. 94. 2. 98. b. 2.
τε (91. 95. 2).
φε (104. b).

ει

ει (90. b. 91. 92. 96. 2).
γει (95. b).
δει (90. b. 91).
θει (150. b).
κει (92).
νει (89. b. 2. 91. 2).
πει (96. 2).
τει (89. b. 2).

εις

λεις (92. 2).
σεις (89. b. 89. b. 2).
τρεις (91. 2).

εν

εν (90. b. 90. b. 4).
(94. 2).

ερ

ερ (96. 2. 99).

ες

ες (94).
τες (93. b).

H

η sive (93. b).
γη (91. b. 3. 93).

δη (97.2. 98. 152. b).
ϑη (95. 2).
κη (91. b. 2. 95).
νη (98. b. 3).
πη (150. b).
ρη (152).
τη (91. b. 2. 91. b. 3. 94. b. 2. 99. 112. b).

ην

ην (90).

ης

της (98. 98. 2).

I

ι (94).
(93. b).
γι (92. b. 95. b. 96).
δι (90. 2. 93. b. 94. 94. b. 95. 96).
κι (96. b. 3).
μι (90. 90.2. 96. b. 97.2).
πι (152).
ρι (90. b. 4. 92. b. 98. 98. b. 2. 126. b).
σι (97. 97. b).
τι (89. b. 90. 90. 2. 90. b. 3. cet.).

O

ο (90. 90.2. 93. b. 94. 117).
(16. 90. b. 95).
γο (98).
δο (90. b. 96. b. 3. 105).
ϑο (91. 91. 2. 99).
κο (90. 94. b. 2. 97).
λο (91. b. 92. b. 95. 97. b. 98. b).
μο (95. 97. 2. 99).
νο (93. b).
(94. 99).
πο (97. 2. 97. b. 98. 98. 2. 98. b. 2. 112. b).
ρο
σο (93. b. 112. b).
το (92. 97. 97. 2).

οι

οι (89. b. 2. 92).
δοι (91. 2).
κοι (90. b. 4. 93. b).
ποι (89. b. 2. 94).

ον

ον (90. b. 2. 90. b. 3).
γον (89. b. 2).
κον (152).
νον (92. b).
τον (91. 2).

ος

ος (89. b. 2).
γος (92. b).
δος (91).
ρος (89. b. 2).
τος (89. b. 2. 99).

ου

ου (89. b. 90. b. 3).
γου (91. b. 95. 98. b).
δου (99).
κου (90. 2).
που (91. b. 3. 97. 2).
του (89. b. 2. 90. 2).
(152. b. 104. b).

ους

ους (89. b. 2).
νους (99).
πους (90. 2).
σους (89. b. 2).
τους (90. 2).

Υ

υ (91. b. 3).
γυ (90. b. 4).
μυ (95. 2).
συ (98. 4).

Ω

ω (91. 95. 2).
κω (96. b. 97. 2. 97. b. 98. 2).
σω (91. b. 3. 97. b).

ῳ

γῳ (94. 2. 97. b).
ζῳ (94. 2).
μῳ (98. 2).
τῳ (90. b).

ων

ων (90. 2. 90. b. 2).
γνων (92. b. 2).
κων (97. b).
νων (93. b. 95).
πων (94. 2).
των (90. 2).

ως

ως (38. b. 94. 2).

ϑως (91. 2).

κως (96. 2. 96. b).

φως (38. b).

§. 486. Inter omnes hasce syllabas nulla est, quae non vere insit in notis, quas supra (§. 468 seq.) explicavimus: neque enim eas, quae desunt, fingere ausi sumus. Attamen plurimas, initiali tantum litera mutata, ad aliarum syllabarum similitudinem facile suppleri posse arbitramur. Ita quum syllabarum, quae exeunt in ɔ — ες, sola .ɔ. = τες reperiatur, ex hujus forma jure collegeris, notari quoque debere = γες, δες, ϑες, cet.

§. 487. Qua ratione factae sint tachygraphorum syllabae, quilibet, qui literarum, quarum formas (§. 482) praemisi, memor est, per se ipse facile perspiciet. Paucae tantum difficiliores sunt intellectu, ut V = αι; nisi Λ = A sit supinum, quod I surgens simul comprehendat. = αν, quae post, rotundato angulo, in vulgaribus scribendi compendiis (Montfauc. 346. col. 2), formam 6 accepit. Illa haud multum discrepat ab eadem Tironiana syllaba <, de qua supra (§. 268) egimus. = ερ ex / = ε et ρ ita conjuncta est, ut superior pars sit litera prima, inferior secunda. Eadem syllaba ex literis Graecorum capitalibus simili modo conflata reperitur , qua in numis antiquis significatur ΕΡεσίων (Montf. 144. Schlaeger de numo Alex. M. Tab. III). Atque in Tironiana quoque scriptura literam R in vocabulorum principio ita annexam vidimus (§. 258. 270). unde sit εν, ne-

quidquam quaesivi. — *ες* fortasse sola litera *σ* primitus fuit, ut terminationem *ες* significet, quemadmodum apud Romanos eadem figura syllabam VS (§. 260). Ea enim hujus literae forma frequens est in charta illa papyracea (Schow Tab. I) in syllabis — *ις* (ibid. Tab. III. Col. V. v. 21. f.) et — *υς* (Tab. IV. col. VI. v. 22. f.). — *της* ex — H negligentius formato atque eodem *σίγμα* subtus adjuncto, additis duobus punctis pro *τ*, compositum esse equidem puto. Nota — *ου* simplicior est, quam ut ejus originem eruere liceat. Fortasse ex N, literae O inserto, transversa linea sola superest. Vulgaribus enim literis scribebatur , ut saepius est pro *ου* in monimento Graeco Ancyrano (Montfauc. 158). — *ους* duobus characteribus constat nunc quidem simillimis, primitus autem illum fuisse *o* apertum, hunc — *υς* (Schow Tab. IV), conjicio. — *ως* dimidia fortasse *τȣ̃ ὠμέγα* pars fuit cum — *σ* adjuncto.

§. 488. Minus dubitamus in solvendis iis, quas nunc proponimus, notis, quantumvis obscurae primo adspectu videantur. Syllabae *ας* nota est, cujus originem facile reperies, si perfectiorem ejus formam in charta saepius laudata (Schow Tab. III. 6. v. *πρωτας*) consideraveris, quae — *α* (§. 484) erat cum *σίγμα* conjunctum; in notis vero quum frequentissime hac syllaba uterentur tachygraphi, non nisi prima *τȣ̃ ἄλφα* pars relicta est. — *ει* primitus fuit (Schow Tab. V. Col. XI. v. 24. penult. Marini Tab. V. n. 75), atque hodie etiam in typographorum officinis

« passim reperitur, ex ϵ atque ι annexo (§. 116) composita. Syllaba ℰ — εις ab illa vix discernitur, nisi quod hemicyclus inferior interdum est major; unde eam praeter ℰ — ει etiam C — σ comprehendere suspicor, praesertim quum C pro εις scripsisse Graecos, (ex Corsini de not. Graecor. libro p. 62) compertum habeam. Eadem ratione nota Ͻ — ος praeter ο apertum etiam C — σ complectitur; nisi ex © — ος in monimento Ancyrano (Montf. 158) aliisque, aut ex Ƹ — ος in charta papyracea (Schow Tab. IV. col. VI. v. 21. col. VII. v. 9) eam repetere malis. ɱ — ων ex ∼ et ɲ (§. 484) compositam esse arbitror.

§. 489. Copulativae καὶ nota proprie est κὲ (§. 471). Ejus enim forma ϟ nonnisi literas ∠ — κ et / — ε comprehendit. Scilicet solius pronuntiationis rationem habentes (§. 307 seq.) tachygraphi ita notarunt. Neque in hoc solum vocabulo ε pro αι priscis temporibus Graecos usurpasse, notissima res est, ut in libris scriptis σήπετε, pro σήπεται (Montfauc. 292), et in gemma quadam (Descript. gemmar. in cimeliarchio Ducis Aureliae. 1784. T. II. Tab. 62. p. 180) AKAKI ZHCEC pro ζήσαις. Contra αι scripserunt pro ε, ut ἀκέσαται. σύνεται. ἀσφαλίσασθαι. ἐνατενήσαται, cet. (Manuscr. cod. bibl. Taurin. I. 470). Sed, ut ad particulam καὶ redeamus, vulgaribus etiam ex majuscularum genere literis in monimento illo Ancyrano aliisque (Montf. 159) ex K atque ϵ conflatam ꝁ animadvertimus. Unde miramur doctos Benedictinos, qui (T. I. Tab. X. col. 1. v. penult.) quum in eo versantur, ut literas

compendiorum ipsas explicent, illam figuram continere dicunt KAI, in qua neque A neque I vere inest. Etenim notissima hujus particulae significatione inducti, analysin compendii neglexerunt. ϟ igitur, quoties in notis comparet, semper legendum est *κὲ*, ita tamen ut illam significet particulam. Si enim *καὶ* tribus literis notare voluissent tachygraphi, notam ex ∠ et V componere debebant. Atque ita etiam formatum invenimus ϬV (Montf. 345. col. 2), cujus pars prima inferior *κ*, et altera *αι* per superiorem calami ductum conjunctae sunt. Eadem ex forma ortum est, quod in typographorum officinis olim fuit ȼ; in cujus locum quod successit ϗ proprie non nisi *κὲ* est.

§. 490. His praemissis viam nobis aperuimus, ad antiquitatem hujus scriptionis curiosius investigandam. Eam autem a primis post Christum natum saeculis repetendam esse nobis persuademus ex iisdem fere argumentis, quae de notis Tironianis adtulimus (§. 48). Notae enim Graecae ex majusculis etiam constant literis, vel paucis saltim cursivis (§. 483. 484), quae tamen a recentioribus plurimum differunt. Neque conjunguntur, ut hae, sed, ut in majusculis usu venit, tum coagmentantur, tum trajiciuntur, tum alteri altera columnae instar superimponitur. Ita enim literas majusculas ab antiquissimis inde temporibus tam apud Romanos, quam apud Graecos, junctas fuisse, supra (§. 157. 165. 203) diximus. Quemadmodum igitur in eis una eademque linea duabus simul literis serviebat, ita etiam in notis ·|· ·/· ÷, i. e. TI, TE, TA,

in quarum prioribus vocales I et E hastilis simul τȣ̃ T munere funguntur, in posteriori vero nota litera A tectum supplet ejusdem T. Item in syllaba — ΠΕ litera E pars simul est τȣ̃ Π, atque in nota — ου praeter ὀμικρὸν etiam ὑψιλὸν latere videtur. Quemadmodum porro in conjungendis majusculis literae literis superimpositae sunt; ita etiam in notis videmus — Δ/O/I pro δοι (Pl. 91. 2); — Π/O/I pro ποι (Pl. 89. b. 2). Sicut denique literarum majuscularum conjunctarum ordo nonnumquam turbatus est, ita etiam in notis reperimus — Λ/ΠΕ, pro πλε; — Ρ/ΠΟ, pro προ; — Ρ/ΚΑ, pro κρα (Pl. 117. 89. b. 94. b. 2); quin etiam (Pl. 97. 2) —


N
ʹ T
Σ Π
K ΕΙ
O pro σκόπτειν.

§. 491. Jam vero ex tribus hisce literas conjungendi modis, qui solis majusculis sunt proprii, in recentiori cursivae scriptionis genere nullum unquam reperies. Et licet paucissimae in notis literae sint, quae cursivarum speciem habeant, ut N et Π (§. 484); has tamen ipsas ex antiquissima illa scriptione, quae cum recentiori cursiva nullo pacto comparari potest, natas esse, satis demon-

stravimus. Omni igitur ratione concludimus, Graecorum notas antiquiore illo tempore esse inventas, quo non nisi literae majusculae, aut certe vetustius illud cursivae scriptionis genus, usurparentur. Neque enim majusculas, quae ad velociter scribendum minus aptae sunt, adhibuissent tachygraphi, si minusculae jam in usu fuissent (§. 157).

§. 492. Qui autem rationibus, quas protulimus, non adducuntur, ut tantam notis antiquitatem esse sibi persuadeant, iis in mentem revocamus similitudinem, quae inter notarum literas, et eas, quas in charta papyracea secundi vel tertii saeculi videmus, intercedit. Haec autem similitudo quo apertius ante oculos ponatur, tabulam hic subjicimus, in qua praeter illa scriptionis genera alias etiam satis antiquas Graecorum literas, et quasdam ex notis Tironianis congessimus. Conferantur igitur ea, si placet.


Literae et syllabae	in charta papyracea apud Schow.	in notis Graecis.	anni 575 et saec. VI. ap. Marini Tab. V. et XIII.	anni 680 ap. Lambeccium T. VIII. p. 864.	in notis Tironianis.	Literae et syllabae	in charta papyracea apud Schow.	in notis Graecis.	anni 575 et saec. VI. ap. Marini Tab. V. et XIII.	anni 680 ap. Lambeccium T. VIII. p. 864.	in notis Tironianis.
A	[illegible]	—	[illegible]			Z	[illegible]				
B	[illegible]	[illegible]		[illegible]		H		[illegible]		[illegible]	
Γ	[illegible]	c				Θ	[illegible]	[illegible]			
Δ	[illegible]	[illegible]			[illegible]	I	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	
E	[illegible]	/		[illegible]	[illegible]	K	[illegible]	[illegible]			<


Literae et syllabae
in charta papyracea apud Schow.
in notis Graecis.
anni 575 et saec. VI. ap. Marini Tab V. et XIII.
anni 680 ap. Lambeccium T. VIII. p. 864.
in notis Tironianis.
Λ
M
N
Ξ
O
Π
P
Σ
T
Υ
Φ
X
Ψ
Ω
αι
αυ
ας
αυ
γι
δι
θο
ει
λι
μι
ος
πο
σι
συ
τε
τι
ων
ως
Spir. asp.

§. 493. His autem comparatis, cogitur, Graecorum notas saeculo tertio vel quarto antiquiores esse non posse. Eam enim scriptionem, quae in charta papyracea reperitur, quum nondum a majuscularum forma adeo recedat, notis antecessisse necesse est. Sive illam, sive has Protogenes, in urbem Antinoum relegatus, ad erudiendos pueros adhibuit. Ita enim Theodoritus (Ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία Λογ. Δ. κεφ. ιη. ed. Vales. 171. 172) Πρωτογένης, inquit, ὁ ἀξιάγαστος, τὰ εὐνομίου γράμματα πεπαιδευμένος καὶ γράφειν εἰς τάχος ἠσκημένος, τόπον εὑρὼν ἐπιτήδειον, καὶ τοῦτον διδασκαλεῖον καὶ παιδευτήριον ἀποφήνας, μειρακίων κατέστη διδάσκαλος, καὶ κατὰ ταυτὸν γράφειν τε εἰς τάχος ἐδίδασκε, καὶ τὰ θεῖα ἐξεπαίδευσε λόγια. δαυϊτικάς τε γὰρ αὐτοῖς ὑπογόρευσε μελῳδίας cet. I. e. *Admirabilis autem Protogenes, in sacris literis eruditus, et velociter scribendi peritus, quum, locum opportunum nactus, scholam ibi ac ludum literarium instituisset, puerorum magister factus est, simulque illos celeriter scribere docuit et in literis divinis erudivit. Nam et Davidis carmina eis dictabat.* Mirum, Tironianis notis plures libros exaratos esse, qui Davidis psalmos etiam continent (§. 355 seq.). Equidem arbitror eos dictatos, atque inprimis ut exercerentur discipuli a praeceptoribus ea de causa adhibitos esse, quod unum idemque vocabulum persaepe in eis repetitur.

§. 494. Quae hactenus protuli, ea ex libro Parisiensi, quem ipse perlustravi, didici. Alterum vero librum, Graecorum tachy-

graphorum notis scriptum, Romae esse, supra (§. 460) commemoravi. Sed frustra operam impendi, ut quaedam ex eo notae mecum communicarentur. Neque tamen alius generis eas esse, compertum habeo ex literis doctissimi viri, Hieronymi Amati, in quibus quinque priores Iliadis versus ad similitudinem notarum, quae in Vaticano libro sunt, ita expressit:



In paucis tantum differunt hae notae a notis libri Parisiensis. E. g. \ — δ minus distinctam habet formam in syllabis 7 — δε, ˥ — δι; λ pictum est 1, pro 1; ∽ — ϑ magis rotundatur, quam rigida nostra forma Y; et syllaba ει notatur /·, pro qua nos habemus ℓ. Sed vereor ne in notando passim erraverit Amati. Versu enim primo χε habet, pro χι; versu secundo ος, pro ου, ℰ pro ῆ; κε autem, quae hunc versum claudit, prisca nota ⟩, non vulgari compendio ⲭʒ (§. 489), notare debebat. Versu tertio syllabam μους equidem notaverim ∽ʃι, et finalem ԑ — ψεν. Ita etiam versu quarto αὐτοὺς scripserim ⁻∽.ʃʃ. Nota enim ·ʃ·, quam ille adhibuit, της est, non τους. Versu quinto οἰωνοῖσι notare debebat ·ʔ∽ʒς, pro quo exhibuit ὀσωῶσσι: mox autem pro ⲍ̂ς, i. e. πᾶσι, scripsit κᾶσι; et Διού, pro Διός. Sed calami hos

esse lapsus arbitramur, quos facile ignoscimus iis, qui ad hoc genus scribendi crebris exercitationibus non sunt adsueti.

§. 495. A Graecis autem tachygraphorum notis profectas esse Tironianas, multi sunt qui opinentur, ut vel Carpentier (praef. ad alphab. Tir. p. IV) Romanos Latinas notas a Graecis accepisse affirmet (§. 21). Atque ipse Amati iisdem literis, quas ad me misit, *notas Latinas Graecarum filias* appellat. Male. Nemo enim quisquam id poterit profiteri, nisi qui, verae utriusque scriptionis naturae atque indolis ignarus, vaga tantum historicorum testimonia sequatur. Quod quo facilius intelligatur, utrarumque notarum quum similitudinem, tum dissimilitudinem contemplemur, instituta earum comparatione. Quarundam quidem figurarum similitudinem (§. 101. 114. 118. 125. 132. 267. 487) jam attigimus. Cave tamen, ne ea motus a vero aberres. Equidem satis demonstrasse mihi videor, et Romanorum (§. 48. 89. 165 seq.) et Graecorum (§. 490) notas literis constare, quae ex genere sunt majuscularum. Quod qui reputaverit, simulque meminerit, plurimas literas Latinas et Graecas ejusdem generis et nunc esse, et magis etiam olim fuisse; facile veram illius similitudinis causam assequetur, neque, alteram scriptionem ex altera ortam esse, temere inde colliget. Quae enim partibus constant quibusdam similibus, similitudinis etiam aliquid habeant, necesse est. Quid? quod fortuitam interdum hanc esse similitudinem exempla docent.

Ita Graecorum ϲυ — *σν* a C, quod sigma lunatum vocant, incipit; Romanorum autem ſv — SV, ejusdem fere formae, ab S.

§. 496. Sunt quidem et aliae inter utramque scriptionem similitudines, ut literarum positio, quae columnae speciem interdum prae se fert (§. 164. 490), literarumque trajectio (§. 166. 209. 490). Quoniam autem utraque scriptio literis constat majusculis, quarum jungendarum ratio haec semper fuit; hujus etiam consensus causa facile cognoscitur. Quod denique utrumque scribendi genus literas habet imperfectas et truncatas, id cuique festinanti scriptioni est commune.

§. 497. At tanta est notarum in utroque scribendi genere dissimilitudo, ut neutrum earum ex altero repeti posse eo facilius probari liceat, quo majus discrimen est in utriusque linguae vocabulorum terminationibus; ita ut quilibet nullo negotio intelligere possit, frequentes alterius linguae esse notas, quibus alteri vix opus sit, Graecasque notas ne aptas quidem esse sermoni Latino. Sed his non immoremur, atque, ut rem paucis absolvamus, firmissima duo proferamus argumenta. Primum, in utraque scriptura non solum formae sunt dissimiles, easdem tamen res significantes; sed etiam simillimae, quibus prorsus diversa significantur, prout vel Graece, vel Latine eas legas. Ita significat



figura	Graece,	Latine:
	α	e
	ε	ad
	μι	ri
	ο	arum
	ρι	ra
	αυ	pi
	ας	bus
	σε	ga
	ερ	ru
	οι	o
	ον	um
	ες	us
	δι	li
	γον	ge
	κον	atque
	λε	pro
	λ	prae
	η	p
	αι	ut
	ρ	or
	ω	r *sive* n.

§. 498. Alterum argumentum offert peculiaris notarum Tironianarum indoles, qua consonantis eadem figura, prout varie in-

clinatur, sola hac inclinatione varias exprimit vocales (§. 150 seq.); quaque literae et syllabae in aliis involvuntur (§. 200), atque diversus vel terminationis vel puncti locus unius ejusdemque notae diversam gignit significationem (§. 234. 323). De quibus omnibus ne species quidem in Graecis tachygraphorum notis reperitur. Alius praeterea diversitatis ante (§. 460) jam mentionem fecimus. Neque tamen propterea negaverim, aliquot characteres ex Graecorum notis in Tironianas passim transferri potuisse, immo translatos fuisse; idque mirum non videbitur, quum iidem Romanorum tachygraphi ad notanda et Latina et Graeca haud dubie adhibiti fuerint. Ceterum cur tachygraphi a Graecis trito nomine *ὀξυγράφοι* appellentur, idemque vocabulum *ὀξὺς* tam *acutum*, quam *promtum* et *expeditum* significet, causa ex Graecarum notarum contemplatione intelligitur. Earum enim characteres cuspidati, vulgaribusque longe acutiores subtilioresque sunt; indeque *ὀξυγράφους* appellatos esse, qui eis uterentur, verisimile est. Frequentissimarum autem in hac scriptione cuspidum atque angulorum, qui festinanter scribendi rationi minime convenire videntur, causa eadem est, quam in Tironianarum notarum ratione explicanda (§. 19) adtulimus.


§. 499. Jam vero notarum Graecarum cognitionis utilitatem multis probare argumentis facile supersedemus, quum manifestum sit incommodum, quod ex earum ignoratione exsistit. Quod enim de homine dicitur, qui literarum expers est, *ὁ γραμμάτων ἄπειρος*

οὐ βλέπει βλέπων· id etiam convenit in notarum rudem et ignarum. Sed proficit earum cognitio non solum ad intelligenda, quae continuis notis exarata reperiuntur, verum etiam ad legenda ea, quae in vulgarem scriptionem ex illis passim illata vexant imperitos, erroresque saepius pariunt. Ita Montfaucon in libro quodam manuscripto (334. col. 3. lin. 7) legit παμμιαρὰν. Vidimus hunc librum, qui in charta papyracea exaratus est, olimque Stephani Baluzii fuit, atque in eo scriptum reperimus παμμιῗ ∖ ut igitur terminatio minime sit αν, sed ∖ = ον, legendumque παμμιαζόν. Aliud exemplum falsae ex eadem causa lectionis nobis suppeditavit Bastius. In egregio saeculi decimi libro, ex quo Villoison Homeri Iliadem edidit, quique olim fuit Venetiis, nunc est Parisiis in bibliotheca imperiali, σχόλιον (ad Iliad. Θ. v. 479) legitur: Ζεὺς δὲ συναντήσας αὐτοῖς καταγωνίζεται πᷱ·✓ (i. e. παντας) et paulo post: Ὀφίονα δὲ τὸν δοκοῦντα πᷱ ∴ ὑπερέχειν κατηγωνίσατο. Ubi Villoison secundo quoque loco legit παντας, pro παντων.

§. 500. Atque horum exempla innumera sunt. Abundant enim libri Graeci, licet vulgaribus literis scripti, tachygraphorum notis admixtis. Ex quibus praesertim notari velim illum, qui est Parisiis, cujusque scripturae specimen edidit Montfaucon (283. VIII), qui in primo versu ⟆ legit δὲ, quod proprie est κὲ (καὶ). Permulta in paucos hosce versus ex tachygraphorum notis irrepserunt, ut syllabae ρυ, ας, ως, ην, τα, ὅτι, δε, υ, ης, ερ.

Vulgaria quoque scribendi compendia, quae aeri incisa sunt apud eundem (345. 346), notarum reliquiis sunt referta.

Haec quidem ea sunt, quae de notis tachygraphorum Graecis proferre licuit. Quae quamvis pauca videantur, satis superque tamen docent, et hasce notas dignas esse quae cognoscantur; neque leve pendendum, neque contemnendum, quod in iis ponitur studium. Etenim



A D D E N D A.

Pag. 6. *Tachygraphorum munus vilissimorum mancipiorum esse.*] Idem arguit Quintilianus (I. 1. p. 16. ed. Bip.) verbis: „Non est aliena res, quae fere ab *honestis* negligi solet, cura bene ac *velociter* scribendi." Multo apud Grajos honorificentius scribae munus fuisse, tradit Cornelius Nepos (Eumen. 1), additque: „Nam apud nos revera, sicut sunt, *mercenarii* scribae existimantur."

Pag. 12. seq. *Celeriter scribendi et leviter verba notandi ad hunc principalem finem notas adhibitas esse.*] Dio (55. ad a. 746. p. 633. sive 376) de Maecenate: *Ὅτι πρῶτος σημεῖα τινὰ γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε.* Basilius (epist. 333): *Οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι· διὰ τοῦτο σημείων χρήζουσιν, ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων.* (Vid. supra p. 240.)

Pag. 17. *In tabulis ceratis notae exaratae.*] In passione S. Pionii (Ruinart. Act. martyr. p. 144) legitur: „Cum *cerae* notarius, quae respondebantur, *imprimeret*" cet. Hinc etiam pro *scribere* verbum *exarare,* quod maxime convenit in tabella notatis. Ovidius (ex Ponto 3. 2. 90): „Ad fratrem scriptas *exarat* illa *notas.*"

Pag. 19. *Velocissimos fuisse notarios.*] Unde apud Martialem (10. 6) notarii epitheton est *Velox.* Ausonius (Epigrammate 146. ed. Bip.):

Quis quaeso, quis me prodidit?
Quis ista jam dixit tibi,
Quae cogitabam dicere?
Quae furta corde in intimo
Exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tam novus,
Veniat in aures ut tuas
Quod lingua nondum absolverit.

Hieronymus (ad Julian.): „Ille apposito notario cogebat sequi, quae *velociter* edicta *velox* consequeretur manus (Hugo de prim. scrib. orig. C. 18. p. 186). Atque etiam Suetonius (C. 3) „Comperi" ait „Titum Vespasianum notis excipere *velocissime* solitum fuisse."

Pag. (6. 19.) 21. 23. *Orationes notis exceptas esse.*] Facit huc Suetonii (Jul. 55) locus, ubi Caesaris pro Metello orationem, ait, non immerito ab Augusto existimatam esse magis ab actuariis *exceptam*, *male subsequentibus verba dicentis*, quam ab ipso editam. Ciceronis quoque orationem ita, uti eam pro Milone dixit, notis *exceptam* fuisse, longe diversam a politiore ea, quam nunc habemus, testatur Asconius Pedianus. Quintilianus (VII. 3. p. 21.) queritur, orationes aliquot suas circumferri, negligentia *excipientium* in quaestum *notariorum* corruptas. Seneca (in Apocolocynthosi. Oper. T. V. p. 250. ed. Bip.) de Jano: „Multa diserte dixit (in senatu Deorum) *quae notarius persequi non*

potuit: et ideo non refero, ne *aliis verbis* ponam, *quae* ab illo *dicta* sunt." Vel *ipsa* igitur oratorum verba veloces excipere debebant notarii.

Pag. 45. Graecis tachygraphi iidem, qui Latinis notarii.] *Ταχυγράφος βασιλικὸς ἐκ τοῦ τάγματος τῶν καλουμένων νοταρίων* (Sozomeni hist. eccl. IV. 10. p. 550). Apud utramque etiam gentem simile inter tachygraphos et calligraphos reperias discrimen. Justinianus Imp. (Nov. 42. 1) mentionem facit et *τῶν ἐις κάλλος*, et *τῶν ἐις τάχος γραφόντων* (Guadagni de Florent. cod. p. 21). Philostratus (Apollon. L. 1): *ἐξέλαυνε τῆς Ἀντιοχείας μετὰ δυοῖν θεράποιν, ὁ μὴν ἐς τάχος γράφων, ὁ δὲ ἐς κάλλος.* Eusebius (hist. eccl. 6. 21) *ταχυγράφους* et *βιβλιογράφους* appellat, qui notarii et librarii Latine dicuntur (l. 1. §. 6. D. de extraord. cognit.). Illis scilicet dictabant, quae celeriter excipienda erant. Hi ex notis eleganter ea exscribebant. Suidas: *ὑπηγόρευε τοῖς ταχυγράφοις, καὶ οἱ βιβλιογράφοι σὺν γυναξὶν ἔγραφον ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἐξησκημέναις.* (Woweri polymath. C. 6. p. 55. Trotz ad Hugon. p. 181. add. Popma de different. verbor.). Atque verba celeriter excipere et leviter notare Apulejo (6. p. 155. ed. Bip.) dicitur *Praenotare:* „Sed adstans ego dolebam mehercules, quod pugillares et stilum non habebam, qui tam bellam fabellam *praenotarem.*"

Pag. 45. *In judiciis plerumque adhibebantur notarii.*] Ammianus Marcellinus (14. 9): „Et adsistebant hinc inde notarii,

quid quaesitum esset, quidve responsum, cursim ad Caesarem perferentes." Idem (22. 3): „Pentadius notis excepit, quae interrogatus responderat Gallus" cet. Acta etiam eorum, quae fiebant in ecclesia, notis excipiebantur (Vales. ad Socrat. hist. eccles. p. 71); cumprimis acta martyrum (Baron. T. II. ad a. 238. Lambecc. bibl. Caes. L. 4. 151. 6). Ab excipiendo hi notarii dicti sunt exceptores (l. 19. §. penult. Locati. l. 5. C. de numerariis. Gothofr. ad Cod. Theod. VIII. 1. 2. Wower. polym. p. 55). Nec non a privatis adhibebantur notarii (Cic. Attic. 2. 23. et 7. 13. Q. fratr. 2. 6. Gell. 1. 23. Quintil. 10. 3. p. 243. ed. Bip. Euseb. hist. eccl. L. 6. C. 23. p. 224. Ammian. 28. 4). Plinius (IX. Epist. 36. 2) scribit: „Notarium voco, et, die admisso, quae formaveram dicto." Apud Ammianum (18. 3): „Dictat ancillae, notarum peritae, domina epistolam." Neque tamen ad omne dictionis genus aptas fuisse notas observat Hieronymus, qui (ad Avitum de libris περὶ ἀρχῶν pr.) „Adhibitis notariis opus omne descripsit. — Et quia difficile grandes libros, de rebus mysticis disputantes, notarum possunt servare compendia, praesertim qui furtim celeriterque dictantur; ita in illis confusa sunt omnia, ut et ordine in plerisque et sensu careant."

Pag. 49. *Funccius, de onere disputans imposito memoriae, qua teneantur tot notarum formae, non nisi arbitraria ea signa esse, falso sibi persuadet.*] Ne vero Quintilianus (11. 2. p. 288. ed. Bip.), ubi de arte scribit, qua juvatur memoria, videri

possit in eandem ire sententiam, ejus verba, a Trotzio (ad Hugon. p. 171. 175) non intellecta, apponere placet. Respuens ille Ciceronis praecepta, de locis et imaginibus ad sublevandam memoriam animo proponendis: Habeamus enim, ait, sane, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium, et loca scilicet infinita, per quae verba, quae sunt in quinque contra Verrem secundae actionis libris, explicentur, ut meminerimus etiam omnium quasi depositorum: nonne impediri quidem eorum, quae dicit, decursum necesse est duplici memoriae cura? Haec ille. Tachygraphorum igitur notas, cum imaginibus comparat. At vero *comparat*, haud *esse* arbitraria signa asserit. Notam verbi imaginem videri quis neget? Ista autem imago literis composita est, quae sunt partes verbi, vulgari etiam charactere scripti. Neque in vulgaris scripturae lectione quisquam erit, qui singulas verbi literas intueatur; sed complexus omnium praebebit verbi quasi imaginem. Haud male igitur Dio (55. ad a. 746) notas, quas non solo signorum nomine comprehendit, *σημεῖα γραμμάτων* appellat. — Ceterum haud miror, notarum imperitos, quamvis doctos homines, literas in iis haud perspexisse. Idem accidisse Ottoni II, Ekkehardus (de casib. S. Galli. C. 16. Senckenb. S. R. Alam. p. 58) auctor est his verbis (si modo nostras notas hoc loco intelligere licet): „Eccehardus autem notularum peritissimus poenae (l. paene) omnia haec eisdem notavit in tabula verbis. Quibus Otto — multum delectatus est sibi relictis (l. relectis), cum ipse praeter notulas mihi (l. nihil) viderit in tabula."

Pag. 199. *Justinianum Imp. lege sua notas juris et vulgares siglas magis respexisse, quam Tironianam scripturam.*] Perperam enim omne notarum Tironianarum genus syncopis adnumeratur (p. 166. 167). Neque *siglarum* (in Basilicis etiam σιγλῶν) nomen, quo Justinianus utitur, satis convenit cum earum notarum ratione, in quibus plurimae, et interdum omnes, vocabuli literae insunt. Ita etiam, quum eadem lege Imperator prohibeat, ne *numerorum singulae,* quas (Nov. 107. C. 1) σύμβολα τῶν ἀριθμῶν dicit, adhibeantur, si exemplo ponimus notas  cet. quae literis constant apertis (et involutis) M(i)Le, D(e)Cim, U(i)Gti, et cum iis comparamus vulgares numerorum siglas M. X. XX; profecto constabit, magis in has, quam in illas cadere legis prohibitionem. Quodsi notas etiam Tironianas *siglarum* nomine comprehensas esse largiamur; certe Justiniani temporibus, quippe quibus scriptio Romano currens (p. 79) jam diu invaluerit (16. 41), verae notarum rationis et indolis expertes fuisse eos, qui illas, quasi signa adhibuere, statuamus necesse est. Quoniam autem saepius animadverti, multos esse, qui, ex notarum Tironianarum ambiguitate omnes fere errores in jus Justinianeum irrepsisse, sibi persuadeant, ne falsa istorum opinio quibusdam similium notarum exemplis superius (p. 339) prolatis confirmari videatur, hoc ego loco rem diligentius explanare constitui. Si qua igitur est similitudo notarum, diversa vocabula significantium, ut notarum  *Quia,* et  *Qua,* quo-

rum vocabulorum permutationem in describendis legibus perperam factam saepenumero observarunt viri docti (Best rat. emend. leg. 1. 7. 2. Bynkershoek observ. 7. 1. et 25. §. 3); ea profecto major etiam est similitudo vulgarium siglarum, siquidem uno eodemque Q et *Quia* significatur, et *Qua* (Manutius, Sertor. Ursatus, aliique). Ex reliquis vero diversarum lectionum exemplis, quae notis Tironianis transscripsi, facile apparet, minime ex illo fonte, falsam emanare potuisse lectionem. Sunt vero exempla haec: In l. 7. §. 8. de injuriis Cujacius (Obs. 9. 16) pro *Praetoris* legere mavult *Populi Romani*. Quorum verborum vulgares quidem siglae decipere potuerunt librarium; neutiquam Tironianae notae, quae sunt *Praetor*, *Populus Romanus*. Eadem ratio est in emendatione l. 1. ad l. Jul. de vi priv. ubi idem pro *Eum ordinem* reponit *Quatuordecim ordinibus* (Eum, Quatuordecim). Neque Tironianarum notarum similitudine decipi potuit librarius in eis lectionibus, quas proponit Bynkershoek (Obs. V. 19. et 25), reponens in l. 49. pr. de legat. 3. *comites* pro *comatas* (Comes, Comatus); in l. 27. de condit. et demonstrat. *tam* pro *tum* ; in l. 6. de pign. et hypoth. *perinde* pro *proinde* ; in l. 22 de ann. legat. *finiisset* pro *fuisset* (Finit, Fuit); in l. 9. §. 4. de interrog. in jure fac. *utique* pro *itaque* ; in l. 1. §. 5. de remission.

defensionem pro *detentionem* ( Defendit,  Detinet). Quorum exemplorum numerum quilibet augere poterit, diversas lectiones notis Tironianis ita transcribens, ut radicibus vocabulorum terminationes addat, quae suo quaeque loco desiderantur. Sed melius hoc procedet, si Lexici Tironiani elaborandi munus susceptum aliquando explevero.

* * *

Haec quidem hactenus scripsi exsul patriae, inter atrocissimum bellum ab hostibus occupatae. Haud igitur scio, an umquam opportunum tempus venturum sit, quo hoc opus, typis jam excusum, vulgari possit. Quod si contigerit

Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,
Excusata suo tempore, lector, habe.

INDEX.

A, Tironiana literae forma. p. 74. consonantis inclinatione notatur. 125—127. confunditur cum O et V. 265. Vid. Alpha.
Ab, notae origo. 220.
Abbas tabernarius. 383.
Accentus in notis tachygraphorum Graecis earum interpretationem faciliorem reddunt. 436.
Accessoria signa in notis Tiron. 69. 152. seq. similia Hebraeorum praefixis et affixis. 150.
Ad notae origo. 221. cur eadem forma etiam At notetur. 255.
Ades, Adicula pro Aedes, Aedicula. 354.
Adjectivorum cum substantivis conjunctio. 157.
AE diphthongus simplici E notata. 265. pro eadem posita OE. ibid.
Agnosco inter et Adgnosco, quae sit differentia 354.
Alarici breviario annotationes in margine notis Tiron. passim adscriptae sunt. 33. quarum quaedam exempli causa proferuntur 334 atque etiam cursivae script. specimen 333.
Alcuini de notis sententia. 43.
Alpha in notis Graecis, ejus in formam inquiritur. 451. 471.
Alphabetum ex notis Graecorum erutum. 453. Tironianum. 73. Vid. Carpentier.
Altiora, symbolica ea notandi ratio. 217.
Am, notae origo. 221. conspicitur etiam in compositis. 227.
Ambasciare verbum, pro Impetrare, saepius in diplom. notatum. 387 seq.
Ambiguitas ex conjunctione literarum orta 117. 130. 131. in notis etiam Tiron. obvia 132 seq.
An notae origo. 226.
Analysis notar. Tir. necessaria 9. 10. ejus ope alphabetum eruitur 73. neque Lexicon Tiron. condere quisquam poterit, nisi dissolutis notis in partes, quibus constant. 67. Graecarum etiam literarum formae analyseos ope ex notis Graecis eruuntur 452.
Anglorum tachygraphorum notae perperam cum Tironianis confunduntur. 32.
Anscharius notis scribere peritus. 46.
Ant, notae origo. 227.
Antiquissimarum notar. exempla 375.
Antiquitas notar. Tiron. 32, seq. notarum Graec. 469, seq.
Antoninus Pius, sub eo notarum Collectionem factam esse, ea ipsa indicio est. 39.
Aquilam, libertum Maecenatis, notas invenisse ferunt. 23.
Ar notae origo. 224.
Arbitraria signa, perperam eis adnumerantur notae Tiron. 48 seq. Vid. Signa.
Arevali falsa de not. Tir. opinio 49.
Argentorati servatur Collectio notarum scripta. 300.
Armenicas literas conspicere sibi visi sunt, notas Tiron. haud intelligentes. 48.
Arnulfi regis diplomata 411 seq.
As, notae origo 220.
At et Ad una eademque nota notantur. 255.
Au (Lex. Tir. 439. y), notae origo 227. diphthongus haec cum O confunditur 265, 266.

Audax corripiendi vocabula ratio, ejusque causa 188 seq.
Audrichii falsa de notis Tiron. opinio 49.
Aversa in chartae pagina interdum reperiuntur notis Tironianis scripta 426 seq.
Aversae literae 125.
Ausonius notarium velocem describit 19, 482.
Auxialiare notae signum quid sit 69.
B cum V permutatur 100 (Lex. Tir. 425 z, 446 m) pro PH ponitur 269. Tironiana ejus forma 77, similis syllabae cus 143. Vid. Beta.
Barcenonensis academiae circa notas Tir. error. 47.
Baringius nihil significari notis Tiron. putat 48.
Barthelemy laudatus 2.
Bastius laudatus 435, 439 notas Graecas perperam signorum nomine comprehendit 452.
Benedictinorum falsa de notarum interitu opinio 44 eorumque error circa notas, perperam Tironianas habitas 418. Vid. etiam Toustinius.
Bernae Collectio notarum scripta exstat 294 ibique Curtii liber, cui annotationes additae notis Tir. scriptae 327 seq.
Beta in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 454, 471 pro V Latino ponitur 455.
Bis servire interdum cogitur una eademque literae linea 185, 469.
Boicorum monumentorum liber permultas chartas spurias vulgavit 432.
Brenckmanni falsa de notis Tiron. opinio 51.
Breviarium, vid. Alarici.
C litera et G permutantur 266, 268. pro C ponitur et Q, et X 267. et contra C pro Q 269, 270. Tironiana ejus forma 78. diversa ejus figura diversas ei junctas literas indicat 217. Aversa 80, 221.
Calendarium christian. ecclesiasticum in Collectione notar. obvium 36.
Calligraphi 45, 483.
Calmetius siglas cum notis Tiron. confundit 47.
Cancellarii regum Francor. imitati sunt notarios Imperatorum Graecor. et Roman. 22. notarum Tiron. haud ignari 46.
Capitales literae in notis Tiron. insunt 41, 71. difficillimus earum nexus 130, 169. aliarum in aliis involutarum exempla 170 seq.
Capitulare Ludovici P. notis Tiron. scriptum 13, 319.
Caroli Calvi dipl. 406 seq. 427.
Caroli M. dipl. genuina 379, 384, 386, 387. spuria 429, 430, 432.
Carolomanni dipl. 378, 379.
Carpentieri alphabetum Tir. 51, 62, 322. ex libro temporibus Ludovici P. scripto desumtum 40, 317. Hujus auctoris errores 51, 62, 86, 229, 252, 322 seq. notas ipsas eum haud intellexisse apparet 251 seq. 322, 323. (Lex. Tiron. 443 x. 469 c. 517 q. 543 q).
Casselanus Collectionis notarum liber scriptus ceteris antiquior 294, 299. describitur 295 seq. vulgarium in eo literar. specimen 296. glossemata 300. vitia sermonis 298. differt a Gruteriano 149.
Casus nominum obliqui quomodo notentur 239, 260, 285 numquam puncto indicantur 154, 213. recti vero tam puncto, quam literali terminatione 213, 214.

Catonis oratio notis excepta 21 (Lex. Tir. v. Saepenumero patr. conscr.)
Celeriter utscriberetur causa et finis haud dubie fuit Tironianae scriptionis 12, 14, 481. Vid. Tachygraph.
Cera, ei imprimebantur notae stilo 17, 481.
CH, aspirationis hujus vice fungitur tum G litera, tum H sola. 266.
Chartae antiquissimae, in quibus notae Tir. comparent 40, 323 seq. privatae 383 seq. 407. Vid. Diploma.
Chi in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 461, 472. in notis Tiron. obvium. 122, 123.
Childeberti III dipl. 375 seq. 378. 426.
Chrismon ope notar. Tir. illustratur. 423 seq.
Chronologicae ad diplomata annotationes in notis Tiron. latentes. 386, 393.
Chrysostomi epistola notis Tiron. exarata. 319, 320.
Ciceronis aevum, ab eo abhorrent plura in Collectione notar. vocabula. 26, 36.
Cifras Arabicas in notarum figuris conspicere perperam sibi visi sunt viri docti. 47, 273.
Circum, notae origo. 222.
Collectio notarum a Grutero edita. 53. describitur. 55 seq. 229. perperam imposturae insimulatur. 26. ejus aetas. 33. plura ejus sunt exempla. 291, 294. pluresque auctores. 37, 38, 148, sed verae notarum indolis jam ignari 71, 154, 251, 253, (Lex. Tir. p. 489. n) Quanta ejus sit utilitas 144, 292. Summa notarum in ea contentarum 56, 57, 298.
Columnae instar positae literae in notis tum Tironian. 137. tum Graecis. 470.
Comma ex duobus punctis natum. 277.
Commentaria sunt interpretationes. 24.
Compendia scribendi, diversa eorum ratio 159 seq. compendiariae scriptionis primae lineae 165 seq. alia compendia facile intelliguntur 187. alia difficillime. 188. nisi ratione eorum cognita 189 seq. Vulgarium compendiorum cum notis Tir. collatio 50, 162 seq. eorum etiam, quae medio aevo usurpata sunt 162, 337. quae in notis insunt, facilius intelliguntur, quam quae in vulgaribus literis. 281. Graeca vulgaria minime confundenda sunt cum veris tachygraphorum Graecor. notis 439 seq.
Compendiaria signa 215 paulatim sensimque nascuntur 27. festinantis denique calami ductu absolvuntur 216 seq. eorum descriptio a Plutarcho facta 21. diversa eorum in notis Tiron. statio, sive locus 231 seq.
Compositio notarum 146 seq.
Compositorum verborum terminatio eundem locum occupat, quem in simplicibus 245. in eis quae sit ratio mutandi vel praepositionis finalem literam, vel verbi simplicis primam 257 seq.
Con, compendio scribendi notatum 221, 222.
Confessio fidei notis Tir. exarata 316.
Conjugatio verborum 152.
Conjunctio in notis Tiron. adjectivi cum substantivo 157. praepositionis cum nomine 156, 157. cum verbo 205 seq. vocabulorum 157. plurium notarum 243, 157. literarum 41, 78. in notis Graecis 461 seq. 469. Conjunctarum literar. vulgarium cum Tiron. collatio 138 seq. Conf. Nexus.
Conradi I diplomata 419.
Conspectus operis 9 seq.

Constans quodammodo literar. forma et situs in notis observanda 181.
Constructio notarum Tiron. 146.
Conversio literarum 125.
Corsini falsa de notis Tir. opinio 50.
Critico chartarum studio notar. Tiron. cognitio adjumento est 429 seq.
Cryptographia antiquis satis cognita 13. minime confundenda cum Tironiana scriptione 12, 418.
Cu, syllaba 107, 108.
Cujacii falsa de notis Tir. opinio 48, 50.
Cuneatae Persepolitanae literae nondum intelliguntur 2.
Cursivae scripturae eadem cum Tironiana origo 27. Tironianam submovit 16. 41. Romanae specimen 79, 120. et Merovingicae 333.
Curtii libro scripto adnotationes additae sunt notis Tir. exaratae 327, 329.
Cus syllabae et B literae in notis Tir. similitudo 131.
D, Tironiana hujus literae forma 80. Vid. Delta.
Dam, Tir. notae origo. 225.
Declinatio nominum notis Tir. notata. 152, 239, 244, 260.
Decurtatio literarum 12, 71, 75, 77 seq. 142, 169.
Defunctus compendio scribendi notatum 180.
Delta in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 455, 471. in notis Tir. 80. conjunctis aliis literis simillimum 145.
Denarii nomen compendiario signo notatum 210.
Derivata vocabula notandi ratio 235, 238, 240, 244. ex Collectione notar. perspicitur 145. in iis primitivi vocabuli forma maxime servatur 258.
Desunt, hujus notae origo 301.
Dictata notis excipiebantur 14, 17, 19, 45, 46, 483. Cancellarii regum Francor. dictabant diplomata notariis 398.
Dionysii Areopagitae liber notis Graecis scriptus 435.
Diplomata praeter libros scriptos sola sunt notarum Tir. monumenta 32. eorum antiquitas 40, 373 seq. quo in eis loco notae reperiantur 373 seq. 388. tota et integra notis Tir. exarata fuisse, error est doctor. virorum 13. spuria 429 seq. frequentes eorum formulae leviter notatae 191, 192. Vid. Chartae.
Diplomaticae arti deditorum praecipue interest, notas Tir. intelligere 371 seq.
Distinctionis signa in notis Tir. 276 seq. 388, 420. in notis Graecis 450.
Diversae res una eademque nota notatae 70.
Diversis notis idem vocabulum notatum 39, 148 seq. 159. ratione habita orthographiae 272. et diversae significationis 283 seq.
Dolus malus abesto, hujus enuntiationis idem est compendium, tam vulgaribus literis scriptum, quam Tironianis 50.
Domnus quando pro Dominus ponatur 342.
Ductus calami festinantis obscura significatio 216.
Durandi notarii Ludovici P. subscriptio 434.
E, literae Tironiana forma 82. sola etiam

consonantis inclinatione notatur 125 seq. ponitur interdum pro AE 265, et pro I 268, et pro ea vicissim I 267. Graeca, vid. Epsilon.
Eckhard notas Tir. arbitraria signa esse, perperam putat 166.
Elementa notarum 69 seq.
Eligius praefationis in Collectionem notarum auctor 313.
Ennius notarum inventor an fuerit 23, 25.
Enuntiationes leviter notatae 193, 194. usus quarumdam frequens compendiariae scribendi rationis causa fuit 188, 189.
Epiphanius notar. peritus 46.
Epsilon in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 456, 471.
Errores doctor. virorum de notar. Tir. indole 7, 44, 47, 48 seq. notariorum 261. 262, 276, 293. in jure Justinianeo animadversae num ex notarum Tir. ambiguitate originem traxerint 486.
Et, hujus notae origo 222 seq.
Eta in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 457, 472.
Etymologia notis Tir. illustrata 293, 352 seq. ejus ratio habita in notarum compositione 256 seq.
Eusebius primus mentionem facit inventoris notarum, Tironis 22.
Ex, hujus notae analysis 225.
Exceptores qui? 45, 46, 484.
Excipere acta, quid sit 14, 45.
Exemplar autographo oppositum esse videtur 428.
Expunctarum literar. specimen 333, 334.
F, Tironiana literae forma 85. obscurior 88, 89, 137. Trajicitur, quamvis ab ea incipiat vocabulum 141, 178. Inclinatae formae causa 127. Ponitur pro PH 269 et pro V 270.
Fabricii falsa de not. Tir. opinio 47.
Facio, hujus verbi composita 151.
Falsariorum in imitandis notis Tir. dubiorum conatus 429 seq.
Finis, ad quem Tir. notae usurpatae sint 9, 12 seq.
Firmare diplomata ad officium notariorum refertur 391, 398.
Flectentes nomina et verba notarii radicem notae servarunt 259. Conf. Casus, Conjugatio, Tempora, Verba.
Folradi episcopi testamentum 383, 384.
Fons notarum literae majusculae. Vid. Majusculae.
Forenses formulae prout notissimae leviter notatae 190 seq. 50.
Forma literarum mutabilis et varia 71 seq. 133.
Forma notarum semel recepta temere immutatur 181. vera 16. aspera 17.
Formulae, quo sunt frequentiores, eo magis corripiuntur 190 seq.
Francorum aspera pronuntiatio 266 (Lex. Tir. 427 h. 436 e) regum cancellarii. Vid. Cancellarii.
Frequentiores, vid. Enunciationes, Formulae.
Funccii falsa de notis Tir. opinio 49, 484.
G, literae Tiron. forma 89. ponitur pro CH 266. pro Q (nisi legendum C) 270. Et contra pro G ponitur C 268. quae quidem literae saepius permutantur 266. Vid. Gamma.
Gamma in notis Tironian. 89. in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 455, 471.

Gattererus verae notar. indolis ignarus 32, 44, 65, 68, 166, 388, 418.

Geminatarum literarum altera omissa 43, 183, 185. earum significatio 200.

Genesius notarum peritus 46.

Geographia antiqua notarum Collectione illustratur 37, 292.

Gerrardius siglas, minime vero notas Tir. explicuit 52.

Geyeri absurdum de notis Tiron. judicium 372 seq. 396, 48.

Giselae, sororis Caroli M. charta 385.

Glossae Isidori illustrantur 370 seq. (Lex. Tir. p. 460 y. 463. i. 478 u. 488 f.)

Goebelius notas Tir. signis arbitrariis perperam adnumerat 49. quarumdam formam vulgavit 62.

Gothicas literas cum Tironianis confundit Schilterus 48.

Gothwicensis chronici auctores siglas cum notis confundunt 47.

Graecarum literarum capitalium nexus 174. Quae conjunctae sunt Graecae literae perperam nomine abbreviaturarum veniunt 209. In notis Tiron. Graecae literae 72, 122.

Graecae notae 435. facilius intelliguntur, quam Tironianae 436. in Hermogenis libri margine 438. Earum analysis 452 seq. incognita fuit et Montfauconio 438. et Bastio 439, 452. Earum et antiquitas 469 seq. et in vulgari scriptura vestigia 479.

Graecae originis an fuerint notae Tir. 19, 52, 73, 475, 476.

Graeci tachygraphi 45, 435, 473, 483. Quid intersit inter Graecorum et Romanorum tachygraphiae rationem 476 seq.

Graeca vocabula in notis Tiron. obvia 162. (Praef. ad Lex. Tir.)

Grafiare pro Scribere 386.

Gregorius M. an ejus temporibus posteriores sint notae Tir. 26, 33. mentio ejus fit in praefatione ad Collectionem notar. 304, 311, 312.

Gruberi de notis Tir. errores 44, 166.

Gruterus notarum Tiron. ipse ignarus 52, 57, 58, 251. (Conf. Vol. II Praefat. et Lex. Tir. p. 498 y) earum Collectionem vulgavit 53. Vid. Collectio.

Guazzeronii de notis Rom. liber scriptus 66.

Gundlingius siglas cum notis confundit 47.

H, literae aspera pronuntiatio 266, 267. Tironiana forma 90. mutilata 91, 266. Inclinatio sive diversus ejus status 127. Cur saepe neglecta sit haec litera, et contra temere addita 268. Puncto notata 212.

Heinrici I dipl. 414, 419.

Hermogenis de arte rhetorica liber scriptus 436. literarum vulgarium, quibus exaratus est, exemplum 437. notae Graecae in margine additae 438.

Hieronymus, ejus, vel Eusebii, de Tirone, notarum inventore, narrata 22.

Historia notar. Tir. 18. studiique in eas collati 45.

Huchius notas Tir. esse signa compendiaria tradit 166.

Hugo signis arbitrariis notas adnumerat 49.

Hygini de sideribus liber notis Tiron. scriptus 316.

I, literae Tir. forma 91. in fine syllabae 132. consonantis inclinatione I notatum 125 seq.

Ponitur pro E 267. et contra E pro I 268. Vid. Jota.
II pro E 83, 84.
Jacet, symbolica hoc verbum notandi ratio 125.
Janus a Porta, vid. Porta.
Im syllaba duobus punctis, ad perpendiculum positis, notatur 221.
Ima, symbolica ea notandi ratio 247.
Imperator monogrammate notatum 205.
In sola I litera notatur 221. praepositio, ante S literam 134.
Inchoativa verba notandi ratio 245 seq.
Inclinatio literar. Tir. varia 123 seq. Notarum inclinatione varia diversae notantur syllabae 176. diversusque notarum sensus elicitur 128.
Inex, vocabulis praepositum, quomodo notetur 228.
Inferiora, symbolica ea notandi ratio 247.
Initialis vocabuli litera a compendio scribendi interdum abest 203, 204. interdum superimponitur 204, 205. verbi simplicis in notandis compositis saepe omittitur 206. nonnumquam servatur 206, 207. in iis etiam, quorum primam simplicis verbi literam Romani mutarunt 257.
Inscriptiones proferuntur 84, 87, 89, 99, 100, 105, 106, 111, 114, 115, 170, 171, 172, 180, 183, 184, 196, 205, 223, 336, 354, 456. haud semper iisdem literarum formis excusa sunt, quibus autographa exarata erant 170. vestigia neglectae pronuntiationis in eis obvia 262. Phoeniciae, Palmyrenae, Persicae 2.
Int, notae origo 227.
Interitus notarum Tiron. 16, 17, 44, 417.
Interpretes notarum, vid. Collectio.
Interpunctio 276 seq. 388, 420. in notis Graecis 450.
Inventio notarum Tir. cui adscribatur 23.
Inversae literae 124, 125.
Involutarum in aliis literarum origo 169. in notis Tir. frequentissima haec involutio vel totius literae 175. vel partis ejus 174. involutio syllabarum 185, 186.
Jor, notae origo 224.
Jota in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 457.
Ire et Redire, frequens enunciatio 192.
Isidori de notis Tiron. tradita 23, 42. Collectionis notarum is minime auctor 312. ejus liber notis Tir. scriptus 316. Glossae, quae sub ejus nomine circumferuntur, notarum Collectione illustrantur 370 seq.
Judicia, in iis notarii adhibebantur 483.
Jussu regis diplomata facta esse, notis Tir. notatur 383, 384, 386 seq.
Justinianus Imp. utrum Tironianas, an vulgares siglas prohibuerit 199, 486 seq.
K, literae Tir. forma 93. syllabam Ca exprimit 93. Ejus inclinatio varia 127. Vid. Kappa.
Καὶ compendio scribendi notatum 468.
Kappa in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 457, 472.
Kilianus. Quo is usus est Evangeliorum libro, ejus scripturae specimen 117.
Klüber notarum Tiron. indolis ignarus 52.
L, literae Tiron. forma 96. solo terminationis loco interdum significatur 241, 242. Vid. Lambda.
Lambda in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 457, 472.

Lectionum varietas ex notis Tironianis num explicari possit 338, 339, 487.
Lennepius de notis Tir. imperite disputat 51.
Lexicon Tironianum diu exspectatum 8, 9, 66 seq.
Libra vocabulum, compendio scribendi notatum 210.
Librarii indocti 261. Romani 45. eorum munus 14, 483.
Librorum scriptorum aetas, num de ea ex notis Tir. adhibitis judicari possit 338.
Libri notis Graecis scripti 435. atque etiam notis Tiron. 13, 32, 326, 338.
Lichtenbergius notarum Tir. verae indolis ignarus 52, 66, 418 seq.
Limnisci figura et significatio 279.
Linea transversa notis superimposita 278, 279.
Lipsii de notar. Tir. studio judicium 7. Idem signis arbitrariis eas perperam adscribit 48.
Literae AV et AN junctae confunduntur 144. Literae duae pro una interdum habitae 130. Iisdem scripta vocabula diversae significationis 283 seq. Ignotae explicantur 418. Literis constant notae tam Tironianae 9, 10, 12, 70. quam Graecae 452. Vid Geminae, Major, Majusculae, Supinae, Vocales.
Literarum Tironianarum forma 44. Quarumdam defectus dubiam reddit notarum significationem 168. literae vulgares cum iis mixtae 426, 428. earum et vulgarium capitalium similis conjunctio 138 seq. Vid. Conjunctio, Decurtatio, Geminae, Involutae, Unciales.
Literis vulgaribus scripta Graecis aeque ac Tironianis notis immixta 158, 319, 398, 439 seq.
Literae in notis Graecis latentes, earum forma et origo 453. comparatio cum antiquissimis aliis 471 seq.
Literaria notitia de notis Tiron. 53.
Locus terminationis notarum receptus probe servandus est 182.
Lotharii Imp. dipl. genuina 392. spuria 429, 430. regis Lotharingiae dipl. 408.
Ludovici Balbi diplomata 427.
Ludovici Germanici dipl. genuina 373, 394, 395, 401 seq. 407 spuria 429, 430, 431, 432.
Ludovici Infantis dipl. 413.
Ludovici Junioris dipl. 429.
Ludovici Pii dipl. genuina 387, 388 seq. 393, 396 seq. diplomatarium 62, 319. diplomata spuria 429, 430 seq.
M, literae Tiron. forma 97. inclinatio varia 127. Vid. My, Omega.
Mabillonius notas Tir. cum siglis Rom. confundit 47. praestantissimo ejus opere parum proficitur ad cognoscendas notas Tir. 5, 61.
Maffeus notas Tir. cum symbolis Sinensibus comparat 5.
Magistri notariorum munus 422, 423.
Major litera inter minores 184.
Majores Domus in diplom. notati 375.
Majuscularum literarum nexus 130, 469, 470, 476. ex iis compositae esse videntur notae quum Graecae 469. tum Tironianae 16, 41, 71.
Manilius promti notarii imaginem exponit 19, 42.

Mannert notas Tiron. compendiariis signis adscribit 166.
Manuscripta, vid. Libri.
Marginales animadversiones scriptae notis Tironianis 13, 33, 321, 333. et Graecis 438 seq.
Marini error in explicanda litera Beta 455.
Martyrum acta notis excepta 484.
Memoriae onus in retinendis notar. Tir. formis 49. allevatur 182.
Mensuralium notarum cum Tironianis collatio 336.
Merovingicarum literarum specimen 333.
Merovingicorum regum in diplomatibus notae Tir. obviae 374 seq.
Meses pro Menses 263.
Mille non sigla notatur, sed pluribus literis 274, 486.
Minima notae mutatione diversa elicitur sententia 15.
Minutae literae num in notis Tir. compareant 72.
Minuto-cursivis literis scriptus lapidis titulus anno 338. p. C. n. 41, 114.
Monogrammata uti in vulgari scriptura 177. ita etiam in Tiron. reperiuntur 71, 140, 141. 178.
Montfauconius primus notas tachygraphorum Graecas vulgavit 436. verae earum indolis ipse ignarus 438, 452.
Monumenta notis Tir. exarata 32.
Muliebrem sexum notandi ratio 125, 248.
My in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 457, 472.
N, literae Tir. forma 98. Graeca, vid. Ny.
Nexus literarum 129 seq. 469, 470, 476. formam earum immutat 145. Conf. Conjunctio.
Ni syllaba trifario modo notatur 133.
Nicolai falsa de notis Tir. opinio 49, 51.
Nomina flectendi ratio in notis Tiron. 152, 239, 244, 260. propria Romanorum in Collectione notarum 292.
Non, verbo praefixum, ejusdem verbi notae Tir. saepe inseritur 275.
Notae nomen 20, 69. haud semper Tironianam scriptionem indicat 21.
Notae Graecae 435. Vid. Graecae.
Notae Tironianae paulatim natae 27, 37. num vulgari scriptura clariores sint 281 seq. 487. earum usus 23. et cognitionis utilitas 291. priscarum et recentiorum comparatio 38. omnibus literis perscriptarum exempla 131, 167. plurium conjunctio 157, 243. diversis notis unum idemque vocabulum interdum exprimitur 147, 272. notarum omnium in Collectione Gruteriana summa 56, 57, 298. notae in diplomatibus obviae 388. explicantur 375 seq. et vitiose exscriptae emendantur 387, 391 seq. quid praesertim in iis lateat 421. Notae perperam Tironianis adscriptae 48, 412, 418, 419 seq. 430 seq. Conf. Tironian.
Notarum juris cum Tironianis collatio 335.
Notarii 45, 46, 483. quinam fuerint 19, 23. eorum munera 14, 21. diversis officiis conjuncta 383, 387, 392, 396, 397. indocti 6, 261. recentiores antiquioribus vix comparandi 412. Conf. Tachygraphi.
Notata opponuntur Perscriptis 14.
Numerales notae, vid. Cifras.
Numeros notandi ratio 273, 274, 486.

Ny in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 458, 472.
O, in alius literae formam inseritur 100. cum A confunditur 265. ponitur pro AV 266. ejus locum occupat V 269. Tironiana ejus forma 99. Graeca, vid. Omega, Omicron.
Oberlin signis compendiariis notas Tir. adnumerat 166.
Obliqui casus puncto haud notantur 154. Vid. Casus.
Obscurarum literarum origo 215 seq.
Odonis regis diplomata 428.
Omega Latinis literis immixtum 100. atque etiam Tironianis 72, 73, 99, 101, 145, 181. in literae M supina forma latet 97, 145. in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 461, 472.
Omicron in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 459, 472.
Operans pro Intercedens 376.
Or, hujus notae origo 224.
Orationes notis exceptae 6, 19, 21, 23, 482. (Lex. Tiron. v. Saepenum. patr. conscr.)
Ordo literarum perversus 177. praesertim in compendiaria scriptione 161. in notis Tiron. 71. et Graecis 470.
Ordo notarum turbatus 383, 385.
Origo notarum 21 seq. 25 seq.
Orthographia apud antiquos incerta 184. varia et inconstans 250. etiam in notis Tir. 41, 43, 272. ejus rationem non habuerunt interpretes 71. notis Tir. illustratur 339. prisca in notandis numeris 274.
Os, hujus notae Origo 218.
Ottonis M. diplomata 416.
Ottonis II diplomata 417, 420.
Oxygraphi iidem qui Tachygraphi 478.
P, simplex pro PH ponitur 269. Tironiana hujus literae forma 101. quomodo notentur quaedam, quae ab hac litera incipiunt, vocabula 141. Graeca, vid. Pi.
Palaeographiae criticae suscipiendum opus 3, 8.
Palmyrenae inscriptiones a quibus explicatae 2.
Pancirollus siglas cum notis confundit 47.
Papebrochii falsa de notis Tir. opinio 48.
Parisiis qui libri notis Tir. scripti exstant recensentur 301 seq.
Particula nomenque, iisdem vulgaribus literis scripta, Tironianis notis discernuntur 284.
Pedius notas literas esse negat 42.
Per praepositio quomodo notetur 102, 135, 224.
Perfectum tempus mutato terminationis loco notatur 245, 249, 290. interdum etiam literis mutatis 272.
Perscripta opponuntur Notatis 14, 483.
Petitus notas Tiron. esse arbitraria signa putat 49.
Petrum Diaconum Tironianas notas explicasse, error est doctor. virorum 47.
Peveratus notas Tiron. suppositítias esse dicit 26.
PH, pro junctis hisce literis ponitur et F, et P, et B 269. Tironiana earum forma 103. Graeca, vid Phi.
Phi in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 461, 472.
Philargium notarum Tiron. inventoribus adnumerant 23.

Philologi, quos fructus capiant ex studio notarum Tiron. 291 seq. 338 seq. et Graecarum 478 seq.
Phoeniciae inscriptiones a quibus explicatae 2.
Pi in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 459, 472.
Pipini Aquitanor. regis dipl. 392. Pipinus, major domus 375, 376.
Pluralis numerus geminatis literis expressus apud Romanos 200. et Graecos 441.
Plutarchi de notariis relata 42.
Porta paucas Tiron. notas vulgavit 53. quae arbitraria signa esse putavit 49.
Prae, praepositio, compendio scribendi notata 224. in notis Tiron. confunditur ab interpretibus cum P litera 135.
Praeceptor notariorum qui fuerit 422.
Praefatio ad Collectionem notarum 304 seq. quis ejus auctor fuerit 310 seq.
Praenotare, leviter et celeriter verba excepta notis scribere 483.
Praepositio majori charactere, Nomen minori notatum 156. cujus rei causa quaeritur 157. Praepositionum notae a quo inventae 23. eorum finalis litera in compositis vocabulis haud mutata 257. Per, Prae, Pro 224.
Praesens tempus 248, 290.
Praestantia Tironianae scriptionis 280 seq.
Praeteritum tempus 248. Conf. Perfectum.
Primitiva, vid. Derivata.
Principale signum in notis Tiron. quid sit 69.
Pro, compendio scribendi notatum 244.
Pronuntiatio melior neglecta 262. facilior literarum E et V est, quam I et O 268, 269.
Ps et Ph in Tir. notis forma simillima 104.
Psalmi exarati notis Tiron. 13, 48, 316 seq. et Graecis 473.
Psi in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 461, 472.
Puerile notarum studium 28.
Puncti in notis Tiron. obvii apud auctores mentio 28, 240. Varia ejus significatio, omissum esse aliquid, plerumque arguit. 210. vicem literalis terminationis supplet 211. et interdum literarum T, H, R, X 212. saepe casum rectum indicat 213. locum etiam quo literalis terminatio in casibus obliquis ponenda 214, 215. quasdam praeterea syllabas arguit 215, 221. alio etiam officio fungitur, quam ut eo nota terminetur 154. superimposito nonnumquam symbolica quaedam significatio inest 247. Locus puncti in notando semel receptus, in eadem nota semper est servandus 182. loco enim mutato discernuntur derivata a primitivis 233. item diversae vocales, syllabae, quin etiam integra vocabula 232, 234, 235, 236, 199. In puncti locum substituitur literalis terminatio in flectendis nominibus et in verborum personis temporibusque mutandis 239. Substituitur etiam in ejus locum nota, quae alteri, cui punctum adscriptum erat, jungenda est 237, 238. atque augmentum derivatarum notarum 238, 239 Puncti usus in notis Graecis 453, 460. Vid. Interpunctio, Signa distinction.
Pulschium Tironianas notas vulgasse, perperam tradit Gundlingius 47.
Q, pro C ponitur 267 et C pro Q 269, 270.

Tironiana hujus literae forma 105. in qua V simul inesse sibi persuaserunt prisci 107, 108.
Que, cur solo puncto notetur 215.
Quintiliani locus illustratus 484 seq.
R, literae Tir. forma 109. solo puncto subinde notatur 212, 213. Conf. Rho.
Radices notarum 150. servantur 256 seq. 364
Rationes lectionis reddendae sunt 9, 68.
Recognitionis signum, an recte ita appelletur 372. in eo saepe notae Tir. comparent 22, 44, 45, 388. Asberti, notarii regis Arnulfi 411. Brunni, notarii Ottonis M. 416. in dipl. Ottonis II 421. et Ludovici Pii, a falsario fictum 430. Vuineradi, cancellarii 385.
Referendarius Lotharii Imp. a Carpentiero fictus 325.
Repetitae in terminatione literae notae principalis 153.
Rex compendio scribendi, et nota Tiron. notatum 50. in omnibus ab hac derivatis notis X conservatur 38.
Rho in notis Tir. 109. in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 459, 472. superimpositum 141, 470.
Rogationum dies, quando haec dictio invaluerit 33.
Rotundantur literae celeriter scribendo 105.
S, litera, pro ea et X, et Z usurpantur 270, et vicissim S pro X 271. inversa ejus forma 219. Tironiana 113. Graeca, vid. Sigma.
Sacy laudatur 2.
Salica lex notis Tir. exarata 13.
Sas pro Suas 263.
Scaliger notar. Collectionem imposturam dicit 26.
Schilterus notas Tir. literas Gothicas esse arbitratus est 48.
Schmidt Phiseldeck Tironianae scriptionis haud peritus 32, 44, 372.
Schoenemanni falsa de notis Tir. opinio 44, 66, 166. difficultatem in emendanda hac scriptura idem adgnovit 68. magna eum de Lichtenbergii lexico Tir. spes cepit 8, 9.
Schola, vid. Puerile studium.
Scholia, vid. Marginales animadversiones.
Schow antiquiss. chartam papyraceam, Graece scriptam, vulgavit 453.
Schwabii de notis Tir. opinio 166.
Schwartneri opinio 166, 44.
Scripta notis Tir. quae supersunt 13.
Scriptura omnis sive literata, sive realis 9. Vid. Cursiva.
Scripturae specimina, (a) vulgaris exscriptae ex chartis 79, 120, ad 379, ad 386, ad 387, ad 392, ad 413, ad 414, ad 417, ad 430, ad 432, 434. ex libris 82, 117, 296, 333, ad 437. ex titulis lapidum 84, 87, 88, 89, 100, 105, 106, 111, 114, 170, 171, 180, 205, ad 219, ad 223, 336, 354, 456. et statuarum 99, 115. (b) Tironianae, eadem forma, qua in autographis 279, 375, 377, 378, 385, 404, 406, 411. (c) Graecorum tachygraphorum 435, ad 437, 474, 480.
Senecae rhetori notarum Collectio adscribitur 23, 54, 297.
Sensus notae immutatur minima ejus immutatione facta 15, 176, 128, 182.

Sertorius Ursatus notas Tir. arbitraria signa esse opinatus est 49.

Sigillo diplomata quis munierit 401. eo apposito pars notarum Tiron. saepe tegitur 433, 434.

Siglarum 165. antiquitas 194. audacis per eas corripiendi modi ratio 189. earum sensus ex loco, quo reperiuntur, intelligitur 195. abusus 196. ambigua notio 197. notarum nomine etiam siglae veniunt 19. unde evenit, ut cum illis confunderentur 47. sunt quidem in notis Tir. ipsis 197. quae cum vulgaribus comparantur 198, 50, 51. iisque praestant perspicuitate 128, 198, 199, 486, 487.

Sigma in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 459, 472.

Signa arbitraria, iis perperam adnumerantur notae Tironianae 9, 48, 50, 51, 67, 70, 71, 147, 160, 485. et Graecae 438, 439.

Signa compendiaria 208. nominis abusus 209, 166. In notis Tiron. 183. sunt vel literata vel punctum 211, 215. obscuriorum exempla 227.

Signa distinctionis 276 seq. 388, 420. in notis Graecis 450.

Signa recognitionis, vid. Recogn.

Similitudo quarumdam notarum 228, 229, 486.

Spirituum appositorum ope Graecae notae facilius intelliguntur, quam Tironianae 436.

Stili apud Romanos usus 17.

Struvius notas Tiron. esse arbitraria signa putat 49.

Studii notar. Tiron. brevis expositio 45 seq.

Suavis, an hujus nominis umquam fuerit Caroli M. notarius 386.

Suinton laudatur 2.

Supinarum literarum significatio 125. Vid. Omega.

Syllabae diverso modo notatae 132. sola notarum inclinatione 176. quae incipiunt a B 78. a C 80. cet. desinentes in A, E, et I 125, 126 in I 132. In aliis involutae 185. in notis Graecis 462 seq. quarum numerus suppleri nullo negotio potest 466. obscuriorum explicatio 466 seq.

Sylvestri II charta spuria 417 seq.

Symbolica quasi notatio 247 seq.

Syncopae in notis Tir. interdum opinatae tantum, haud verae 129.

Synodalia acta 408, 409.

T, quandoque puncto notatur in notis Tir. 212. duobus punctis in notis Graecis 460. Tironiana hujus literae forma 115. uncialis 143. Graeca, vid. Tau, Theta.

Ta, hujus notae origo 226.

Tabulariorum custodes haud semper priscarum literarum periti 2.

Tachygraphi imago descripta 19, 482. munus 45. ipsi indoctum plerumque vulgus erant 6, 261, 481. Conf. Graeci, Notarii.

Tachygraphiae antiquitas 18. institutiones 3. quid intersit Romanam inter et Graecam 73.

Tau in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 459, 472.

Te compendio scribendi notatum 223.

Temporis notatio in diplomatibus interdum notis Tir. facta 386, 393.

Tempora verborum, vid. Perfectum, Praesens, Verba.

Terminatio notis adjicitur, rarius omittitur 201. minori charactere scribitur 152. sola interdum, principali nota omissa, servatur in jungendis duabus notis 157. una pluribus partibus constans 153, 155. duae unius notae 153, 186. in ejus locum aliquando substituitur alia nota 243.

Terminationis locus in nota Tir. semel receptus, semper servandus, ut idem significetur vocabulum 182, 241. eo enim mutato diversus omnino sensus nascitur 243, 244. interdum symbolicam quandam notionem affert 247. literam quoque X, vel L, arguit 241.

Terminatio vocabuli apta notae addenda 152. tum notis inhaeret 150, 151, 154. tum ab iis separatur 152.

Theoderici regis dipl. 374, 375.

Thesaurus inscriptionum Gruterianus, ei Collectio notarum accedit 54, 55.

Theta litera defunctum significat 179. in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 457, 472.

Tho in notis Graecis, et To in notis Tir. syllabarum similitudo 225.

Tiro, nomen 27, 32. Ciceronis libertus an notas invenerit 22 seq.

Tironianarum notarum appellatio medio demum aevo invaluit 22. adhuc explicatum non erat hoc scriptionis genus 5. difficile intellectu 6. a Graecis notis minime profectum 19, 52, 73, 475, 476. utriusque scripturae collatio instituitur 475 seq. Conf. Notae Tir.

To, hujus notae origo 225. Vid. Tho.

Tor, hujus notae origo 224.

Toustinius laudatur 51, 53, 63.

Trajectionis literarum 177. exempla ex notis Tir. 178, 140, 141.

Thrithemius primus quasdam notar. Tir. formas vulgavit 53, 149.

Truncatae literae, vid. Decurtatio.

Turmae curator quinam 397.

Tus, hujus notae origo 218.

V ponitur pro A 265. pro O 269. et pro Y 271. sed etiam F pro V 270. Tironiana hujus literae forma 118.

Varietas in notando 39, 40.

Velocitas, vid. Celeriter, Tachygraph.

Verba num intervallo distincta sint 274, 275. eorum personae et tempora quomodo notentur 239, 245. Per tertiam personam in Collectione notar. verba notantur 56. in compositis locus terminationis 245. Vid. Perfectum, Praesens.

Vero, hujus adverbii nota 153.

Versuum intervalla in dipl. 427.

Vignerius notas Tir. esse arbitraria signa opinatur 49.

Virilis sexus symbolica notatio 248.

Vispasianus num notas Tiron. invenerit 23.

Vm syllaba compendio scribendi notata a tachygraphis Tironianis 219. eodem, quo a Graecis On 220. Interdum illa terminatio notae Tir. inhaeret 151, 152, 226.

Unciales literae in notis Tir. 41, 71.

Vnt, hujus notae origo 226.
Vocabula in Collectione notarum tum vere Romana 55. tum sequioris aevi 51.
Vocales compendii causa omissae 186. in notis Tiron. nexus causa retentae 186, 187.
Vossii falsa de notis Tir. opinio 47, 49, 50.
Vr, hujus notae origo 226.
Vs, compendio scribendi notatum 218. in compositis etiam notis 227.
Usus frequens, Vid. Enunciatio, Formula.
Vt, hujus notae origo 225.
Vtilitas, quam habet cognitio notarum Tiron. 291. aeque ac Graecarum, ostenditur 478.
Vuineradi cancellarii signum recognitionis 385.
Vulcanius notarum Tiron. specimina vulgavit 53, 148.
Waltherius notas Tiron. esse arbitraria signa putat 49.
X, ponitur pro C 267, pro S 270. et S pro X 271. superfluum ei additur S 271. Tironiana hujus literae forma 119. solo terminationis loco X interdum indicatur 241, 242. quandoque solo puncto 213.
Xy in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 459, 472.
Y, pro eo ponitur V vel I 271, 272. Tironiana hujus literae forma, vid. Praefat. ad Lex. Tir. In notis Graecis, ejus in formam inquiritur 461, 472.
Z pro S ponitur 270. Tironiana literae forma 121.
Zeta in notis Graecis, ejus in formam inquiritur 457, 472.

219.



223.


N· H· D· D·
GENIVM· PLATEAE· NOVI VI
CI· CVM· EDICVLA· ET ARA·
T·FL·SANCTINVS·MIL·LEG·XXII
P·F· IMM·COS ET·PER
PETVVS·ET· FELIX· FRATRES C
R·ET TAVNENSES·EX· ORIGI
NE·PATRIS·T·FL·MATERNI·VE
TERANI COH·III·PRÆT· PIAE·
VINDICIS·ET· AVRELIA· AM
MIAS·MATER·EORVM·C·R·D·D·
AGRICOLA ET CLEMENTINO COS

386

